

11-12057

# Introductiones

Artificiales in Logicam Iacobi Fabri  
Stapulensis, per Iudocum Clichtoueū  
Neoportuen. collectæ, familiaricq; per  
eundem Commentario declaratæ.

IUDOCI ITEM CLICHTOUEI  
in Terminorum cognitionem Introductio, cum altera de  
Artium diuisione, eiusdemq; in vtraq; Annotatiunculis.

Seriem contentorum in hoc opusculo sequens  
indicat pagina.

*Reben & Zanada*



VINCENTI

LVGDVNI.

Apud hæredes Simonis Vincentij.

M. D. XXXV.

11-13029

# Introductiones

Artificiales in Logicam Iacobi Fabri Stapulensis, per Iudocum Clichtoueū Neoportuen. collectæ, familiariq; per eundem Commentario declaratæ.

**IUDOCI IFEM CLICHTOUEI**  
in Terminorum cognitionem Introductio, cum altera de Artium diuisione, eiusdemq; in vtraq; Annotatiunculis.

Seriem contentorum in hoc opusculo sequens indicat pagina.

*Belen & Garada*



VINCENTI

LVGDVNI.  
Apud hæredes Simonis Vincentij.

M. D. XXXV.



PRAESENS OPVSCV-  
lum XIII. continet Introductiones:  
quarum duæ priores Iudoci Clichto-  
uei, reliquæ. XII. Jacobi Fabri sunt.

## CLICHTOUEI.

In Terminos Logices int. I. fo. iij.  
In Artiū scientiarūq; diuifi. II. f. xviij.

## IACO. FABRI.

In Suppositiones. III. fo. xxxvj.  
In Prædicabilia. IIII. fo. lxiiij.  
In Diuisiones. V. fo. lxxj.  
In Prædicamenta. VI. fo. lxxxiiij.  
In Librū de enuntiatione. VII. fo. xcix.  
In Primum Priorum. VIII. fo. clij.  
In Secundum Priorum. IX. fo. clxxvj.  
In Libros Posteriorum. X. fo. cxcvij.  
In Locos dialecticos. XI. fo. ccvij.  
In Fallacias. XII. fo. ccxxvij.  
In Obligaciones. XIII. fo. ccxlj.  
In Insolubilia. XIII. fo. cclj.

IUDOCVS CLICHTOUEVS NEOPOR-  
tuensis, adolescentibus bonarum artium studiosis.

**T**radit Aristoteles in phisicis, omnem rem  
naturalem quantitate determinatam esse, vt  
neq; in immensum excrecere possit, neq; quā  
tulumcumq; decrecere, sed maximo ac mini-  
mo certis quidem limitibus definitū subsistere. Sic & cuiq;  
scientie sui sunt fines, vltra quos citraq; non progreditur:  
vt pote maximum quod considerat, & minimum. Quod  
ipsa grammatica satis ostendit, cuius maximum est oratio  
latina: nam maius quicquam oratione non disserit. Eius  
verò minimum, est litera: cum minus literis illa nō tradat.  
Et quemadmodum natura, exiguae molis rem primo pro-  
ducit, quam paulatim maiorem reddit, quousq; perfectum  
assecuta fuerit incrementum: ita sanè omnis disciplina na-  
tura emula, à minimis in ea suum sumit exordium: & de-  
inde ad maiora sensim procedit. Vt grammatica à literis  
prima iacit fundamenta: & demum ad orationis contextū  
perducit. Logice autem minima, termini sunt & dictiones:  
circa quæ dialecticus resolutionem non molitur. Non em̄  
in literas diducit aut syllabas, neq; de eis pertractat. Quo  
circa operapretium ac vtile mihi visum est, nonnulla de  
terminis breuissimula introductione perstringere, quæ præ-  
gustata, ad apertiore[m] Logice intelligentiam viam parent  
ac aditum. Adieci in super de artium, scientiarumq; diuifio-  
ne introductumculam, omnes cum mechanice, tum doctrina-  
lis artis species cōplectētē: quod in principio institutiōis  
dialectice ille plerūq; tradi soleat. Ex qua quid vtilitatis  
& dignitatis habet vnaqueq; sciētia, promptū erit dignoa

scere, quod ad pulchra literarum studia non mediocre præ-  
bet incitamentum. Nec superuacui putavi literæ & textui  
faciles quasdam annotationes subnectere: quo omnia sint  
intellectui magis peruia. Hoc itaq; opusculum iuuenes bo-  
narum artium amantissimi, vestre utilitatis habita ratio-  
ne duntaxat emissum, benigni suscipite: & ex ipso, vel rus-  
dem terminorum descriptione, artiumq; nomina, & quam  
determinant materiam cognoscite. Valete.

### IO. BAVCII AD LECTOREM.

Quem doctrina iuuat, cui vera scientia curæ est:  
Hoc legat, & facili mente reuoluat opus.  
Quod duo concludens vno compendia libro,  
In quæ diuiditur Terminus, Arsq; docet.  
Fundamenta locat Logica prior: altera cunctas  
Pars artis species, ordine quancq; refert.  
Littera Grammaticæ primum est ita terminus artis  
Principium Logicæ: pandit & eius iter.  
Si cæco oclusum lateat velamine quicquam,  
Ambages omneis abdita scripta mouent.  
Leta igitur Iuuenes hunc sumite fronte libellum.  
Quæ data sunt vltro, spernere dona, nefas.

### INTRODVCTIO I.

¶ IVDOCI CLICHTOVEI NEO-  
portuensis, in Terminorum cognitionem  
Introductio: adiectis eiusdem non-  
nullis Annotatiunculis,  
familiariter declarata.

### DIVISIONES.

¶ Terminus,	¶ Absolutus;
Rei.	Communis.
Propositionis.	Singularis.
¶ Terminus propositio- nis,	¶ Communis;
Terminus vocalis.	Primæ intentionis.
Scriptus.	Secundæ intentionis.
Mentalis.	¶ Secundæ intentionis;
¶ Terminus vocalis,	Logicus.
Vniuocus.	Non logicus.
Æquiuocus.	¶ Logicus,
¶ Vniuocus,	Diuisio.
Categorematicus.	Diuisum.
Mixtus.	Membra diuidentia.
¶ Categorematicus;	Diffinitio.
Materialis.	Diffinitum.
Personalis;	Argumentatio.
¶ Personalis;	Antecedens.
Incomplexus.	Consequens.
Complexus.	Maior.
¶ Incomplexus;	Minor.
Absolutus.	Concedere.
Connotatiuus.	Negare.
	Distinguere.

INTRODVCTIO I.  
Diffinitiones Termini.

TEXTVS.

**T**erminus, est quod aliquid claudit & terminat.  
Terminus rei, est cuiuslibet rei finis ac ultimum.  
**T**erminus ppositionis, est propositiōis extremū.

ANNOTATIO.

**R**atens Introductio, ut & alix solent, tria cō-  
tinet. Primo, diuisiones termini, deinde, diffini-  
tiones eorum quæ in diuisione posita sunt: &  
tertio, regulas. Diuisiones quidē, hæc formula  
cōplectitur: in qua dictio cui præponitur paragraphus,  
est diuifum: & dictiones sine paragrapho, adiecto suppo-  
sitæ, sunt membra diuidentia: in quibus semper intelligē-  
dum est diuifum, quāuis ad uitandā prolixitatem nō ex-  
primat. Itaq; in oibus & diuifis & mēbris diuidētibus,  
intelligi debet ista dictio terminus: quousq; ad extremū  
paragraphum deuentum fuerit: cui postpositæ dictiones  
per se & sine alicuius adiectione sumendæ sunt. Exem-  
pli gratia, terminus, primo diuiditur in terminum rei &  
in terminum propositionis. Deinde terminus propo-  
sitionis, subdividitur in terminum uocalem, terminū scri-  
ptum, & terminum mentalem. Postea terminus uocalis  
in terminum uniuocum, & terminū æquiuocum, & ita  
deinceps, usq; ad ultimum paragraphum. Et quamuis  
unum membrorum diuidentium solum ulterius diuida-  
tur: alia tamen membra condiuidentia in plarissq; diuifio-  
nibus intelligenda sunt consimiliter debere diuidi: ut ter-  
minus scriptus & mentalis, eodem modo diuiduntur,  
quo uocalis: & complexus sicut incomplexus: & cōno-  
tatiuus sicut absolutus, & ita in alijs. Post ultimum aut  
paragraphum, propriè non est diuifio, sed numeratio ter-  
minorum logicorum, non quidem omnium, sed eorum  
duntaxat qui ad aliquātulam diuifionis, diffinitionis &  
argumentationis (quæ tria præcipue in logica tradunt)  
cognitionem sunt necessarij. Nam tres primæ dictiones,  
scilicet diuifio, diuifum, & membra diuidentia, ad natus

TERMINO. CLICHTO.

ram diuifionis intelligendam pertinent. Deinde duæ se-  
quentes, ad diffinitionem spectant. Quinq; alix ad argu-  
mentationem. Et deniq; tres ultimæ, ad respondendum  
in argumentationibus & disputationibus. Horum enim  
rudis cognitio necessaria est iuuenibus dialecticam audi-  
turis: sicut quid adiectiuum, substantiuum, suppositum  
& appositum, cognoscere debet qui grammaticam dis-  
cit. ¶ Consequenter, seruato eodem profus ordine qui  
in diuisione est habitus, ad faciliorem memoriam, diffi-  
niuntur omnia prius numerata. Et primo terminus com-  
muniter & generaliter acceptus diffinit, quod est ens, ali-  
quid claudens & terminans. ut extremitas ligni, nam  
claudit, hoc est finit & terminat aliquid, scilicet lignum.  
Similiter ista dictio homo, est terminus, nam claudit &  
terminat aliquid scilicet propositionem cuius est extre-  
mum: ut hanc. homo est animal. ¶ In diffinitione autem  
termini rei: particula cuiuslibet, non uniuersaliter sed  
particulariter accipitur: ut idem sit quod alicuius. Nam  
signa uniuersalia in diffinitionibus posita, particulariter  
accipiuntur. Et res non communiter sumitur pro ente:  
sed propriè pro eo quod non est signum siue ( ut uulgas  
to utar nomine ) pro re ad extra. Finis autem & ultio-  
num non capiuntur solum pro eo in quod aliquid desit  
nit: sed indifferenter pro illo à quo aliquid incipit, ut cap-  
ut hominis: uel in quod aliquid desinit, ut pes homi-  
nis. ¶ De termino propositionis, exemplum, ut homo:  
nam est extremum propositionis; ut huius, homo est ani-  
mal, aut alterius, similiter & animal.

TEXTVS.

**P**ropositio, est oratio indicatiua, verum vel falsum sig-  
nificans.

Oratio indicatiua, est quæ ex verbo indicatiuo consti-  
tuitur.

Extremum, est subiectum vel prædicatum.

Subiectum est extremum, copulam verbalem præce-  
dens.

## INTRODVCTIO I.

*Predicatum verò, sequens.*

*Copula verbalis, est verbum substantiuum, propositionis extrema copulans.*

*Terminus vocalis, est terminus qui ore profertur.*

*Scriptus, qui scribitur.*

*Mentalis verò, qui mente concipitur.*

*Terminus vniucus, est qui vnica ratione significationeque sua significata significat.*

*Aequiuocus, qui diuersis.*

*Aequiuocus, homonymus.*

## ANNOTATIO.

¶ Quia prius diffinitus est terminus propositionis, esse propositionis extremum, ideo ne ex ignotis detur diffinitio, quid sit propositio, & quid extremum, subiungitur. De propositione, exemplum, ut homo est animal. nam est oratio indicatiua (cum ex uerbo indicatiui modi constituatur) uerum uel falsum significans; nam significat uerum, & sicut res se habet. Similiter homo est lapis, est propositio: nam est oratio indicatiua, uerum uel falsum significans, significat enim falsum, & aliter quam res se habet. Et quia coniunctio disiunctiua in diffinitione posita, denotat aliquam diuisionem diffinitio: ex diffinitione prædicta innuitur hæc diuisio, Propositionum, aliqua est uera, & aliqua est falsa, cuius quidem diuisionis membra posterius declarabuntur. ¶ Deinde diffinitur extremum propositionis, quod est subiectum propositionis uel predicatum; ut in hac propositione, homo est animal: terminus homo, est extremum quia subiectum, cum præcedat copulam uerbalem. Etiam animal est extremum, quia predicatum: sequitur enim copulam uerbalem. Verbum autem substantiuum est, est copula, nam copulat extrema datæ propositionis quod si interdum copula & predicatum includuntur in aliquo uerbo, illud resoluendum est in uerbum substantiuum eiusdem temporis, & suum participium præsentis tempus

## TERMINO. CLICHTO. 5

ris: & tunc manifestè conspicietur copula & predicatum. ut currit, est currēs, legit, est legens. Nam regula est. Ad propositionem implicitam ne respondeas, priusquam explicaueris illam. Et quamuis diffinitio prædicati in litera uideatur incōpleta, ne fiat crebra & inepta eiusdem repetitione: ex diffinitione tamen subiecti ita perficienda est. Prædicatum, est extremum copulæ uerbale sequens. Et ita, quoties diffinitio imperfecta ponitur, ex præcedenti est perficienda. ¶ Et ut ex grāmaticis iam cognitis fiat ad logica intelligenda manu ductio: quæ plurimum rudibus adhuc adolescentulis conducit: oratio ex supposito & appposito constituta in grāmatica, est propositio logica. Quod uocatur suppositum in grammatica, est subiectum in logica. Et nominatiuus post uerbum reclusus, est prædicatum. Verbum autè substantiuum, est copula. ¶ De termino uocali exèplum, ut ista uox homo, nam est terminus propositionis, qui ab ore profertur. ¶ De termino scripto, ut hæc scriptura homo: nā est terminus qui scribitur, nō quidem in præfenti tempore, sed aptus est scribi. Et uerba in diffinitionibus posita, nō actum, sed aptitudinem important. Neque hic scribi, capitur solum ut significet calamo: literas in papyro formari: sed communiter, ut significet literas effigiari in qualibet materia, siue in lapide, siue in ligno & quocūque instrumento. De termino mentali: ut iste terminus homo in animo alicuius existens. ¶ Neque hic quicquid exigit materiā cōceptuam, & notionum animi declarari. Nā hæc difficiliora sunt, quam ut à teneris adhuc adolescentum animis intelligantur: & suo loco declaranda referuari debent. Nō uerò collocanda sunt prima fundamenta logicæ intelligentiæ: quæ nihil nisi captu facillima requirunt. Nō etiam sophisticis captionibus enitendum est tenella adhuc ingenia obtundere, & rectam eorum quæ dicuntur intelligentiam subuertere, quamuis quo modo illæ solui debeant, adiectæ ad literam explanationes satis declarant. Sed dictorum in primis recta expecti debet intelligentia. Qua habita, facile quis obiectiones formare & eas dissoluere sciet: imò rectius & promptius quam qui solum sophisticis imbuuntur. Nam qui cognoscit rectum,

cognoscit & obliquū: sicut qui scit formare orationē congruā, scit etiā formare incongruā, sed non ediuerso. Nā rectum est index sui & obliqui. ¶ De termino uniuoco exemplum, ut homo ad hominem uiuum. nam unica significacione, sua significata, scilicet omnes homines significat. Neq; ibi ista dictio significata, designat significacionem pluralitatem: sed rerum significatarum multitudinem: & indifferenter secundum numerum accipitur, ut tantum ualet sicut unum significatum uel plura. Nam uocabula in diffinitionibus posita, indifferenter secundum numerum accipiuntur. De termino æquiuoco exemplū, ut homo ad hominem uiuum & piētum. Nam diuersis rationibus significacionibusq; sua significata significat. Neq; inconueniēs puterur eundem esse terminum uniuocum & æquiuocum respectu diuersorum significatorū. Terminus autem æquiuocus & terminus homonymus, idem sunt: hoc græcum, illud latinum.

## TEXTVS.

- ¶ Terminus categorematicus, est qui aliquid significat: & syncategorema non includit.  
 Significare, est præter seipsum, intellectui quicquam representare.  
 Terminus categorematicus, terminus significatiuus, categorema, idem.  
 Terminus mixtus, est qui terminum categorematicum simul & syncategorema includit.  
 Syncategorema, est quod per se nihil significat, alijs tamē dictionibus in oratione adiungitur.  
 Syncategorema, consignificatiuum, idem.  
 Terminus materialis, est qui pro sola uoce, cum eam ex impositione non significet, accipitur.  
 Terminus materialis, terminus materialiter acceptus, idem.  
 Terminus personalis, est qui pro re ipsa quam ex imposi-

tionē designat, sumitur.

Terminus personalis, terminus personaliter acceptus, terminus significatiue acceptus, idem.

## ANNOTATIO.

¶ Ut terminus sit simpliciter & pure categorematicus qualis hic diffinitur: primo requiritur quod per se & solitarie sumptus aliquid significet, ut homo per se prolatus, oēs homines: per quod excluduntur syncategoremata. Secundo requiritur quod nō includat syncategorema, neq; resoluator aut exponatur p̄ illud: ut homo nullum prorsus in se syncategorema cōtinet, per quod excluduntur termini mixti. ¶ Ut autem quid significare dicatur: oportet quod aliquid uel aliqua intellectui representet ultra seipsum: ut iris, significat pluuiam. & circulus pendens ante tabernam, uinū uenale. Sic uox homo, ubi audita percepta fuerit, apud intellectū representat oēs homines: quod si aliquid solū seipsum significaret ut bas, nō idcirco diceretur significare, nisi seipsum ex impositione importaret: ut ista dictio, hæc uox (demonstrata p̄ pronome ipsamet uoce) solū seipsum representat, & tamen significat: quia seipsum ex impositione importat. Deinde ponitur interpretatio termini categorematici. Est autem interpretatio nominis minus noti per nomen totius conuertibilis explicatio: & cum diffinitione magnam habet affinitatem. Et in proposito, terminus categorematicus siue categorema, est terminus minus notus & græcus: terminus uerō significatiuus siue significatiuum est terminus notior. Et uniuersaliter quando plures, uirgulis distinctæ ponuntur dictiones quibus postponitur hoc pronomen, idem ubi est interpretatio explicita. Aliquando uerō pronomen omittitur, & est interpretatio implicita. ¶ De termino mixto exemplum ut nihil, includit enim terminum categorematicum scilicet ens: & syncategorema scilicet nullum. Ita nemo, id est nullus homo, nunquam, id est nullo tempore, seniper, id est omni tempore. De syncategoremate exemplū plū, ut omnis, nullus, non, & uel. Nam quodlibet corū

per se solitariè sumptum, nihil significat: alijs tamè dictio-  
nibus significatiuis in oratione notum est adiungi: ut om-  
nis homo est animal. Suntq; similia fruticibus qui per  
se subsistere non possunt: solidioribus autem innixi: ut ui-  
uex stipitib? aut ulmis alligatax, bene subsistunt. Et quod  
Græci dicunt syncategorema, Latini uocant consignifica-  
tium. Vnde syncategorema non est terminus: cum non  
possit esse totum propositionis extremum. ¶ De termino  
materiali exemplum: ut in hac propositione uocali,  
homo est nomè: ista uox homo, est terminus materialis.  
nam accipitur pro sola uoce quam tamen ex impositione  
non significat. quod si dictio aliqua sumeretur pro uoce  
& eam ex impositione significaret: ut subiecta harū pro-  
positionum, omnis uox ore profertur, omnis sonus au-  
ditur, non acciperet materialiter sed significatiuè. Et sub  
uoce hic cōprehendunt scriptura & cōceptus: quæ di-  
ctio exclusiua ibi posita non excludit: sed solum secludit  
rem ex impositione significatam: pro qua dictio materia-  
liter accepta nō supponit. ¶ De termino personali exem-  
plum, ut in hac propositione, omnis homo est animal: iste  
terminus homo capitur significatiuè, quia sumitur pro  
re ipsa quam ex institutione primi impositoris significat.  
Et in diffinitione termini personalis, ista dictio res, gene-  
raliter accipitur pro ente, ut etiam extendat se ad signa.

## TEXTVS.

¶ Terminus incomplexus, est simplex terminus, & ex plu-  
ribus dictionibus minimè constitutus.  
Complexus uerò, qui ex multis constituitur dictionibus.  
Terminus absolutus, est qui solum illud pro quo in proposi-  
tione supponit, significat.  
Connotatiuus autem, qui ultra id ipsum aliud importat.  
Et hic præterea concretum dicitur, & denominatiuum.  
Substantiuum autem, ei uoce & significato respondens,  
abstractum eius est, & denominans.

Terminus communis, est qui natus est prædicari de plu-  
ribus.

Prædicari, est uerè & affirmatiuè de aliquo enuntiare.

Terminus communis, uniuersale, prædicabile, idem.

Terminus singularis, est qui de pluribus prædicari non  
potest.

Terminus singularis, terminus discretus, singulare, indiuisi-  
uum, idem.

## ANNOTATIO.

¶ De termino incompleto exemplum: ut homo & unus  
quisq; terminus per se sumptus: nam est terminus sim-  
plex, non quia partes non habeat & sit indiuisibilis: sed  
quia ex pluribus dictionibus non constituitur. De termino  
incompleto, ut homo albus, & omnis oratio ex adie-  
ctiuo & substantiuo, aut dictione regente & dictione res-  
ta constituta: nam ex pluribus constituitur dictionibus  
non facientibus unum uocabulum & integram dictio-  
nem. Quod ad excludendum nomen compositæ figuræ  
adiectum est: nam licet ipsum ex pluribus constituitur di-  
ctionibus, illæ tamen faciunt unum uocabulum, & ergo  
nomen compositæ figuræ non est dictio complexa.

¶ De termino absoluto exemplum: ut homo: quia solum  
significat illud pro quo in propositione supponit, scilicet  
omnes homines. Album autem est terminus conno-  
tatiuus, quia ultra id ipsum pro quo in propositione  
supponit, aliud importat. supponit enim pro re alba, &  
præterea importat albedinem. ¶ Terminus autem pro  
illo in propositione supponit: de quo uerificatur medijs  
ante copula suæ (in qua supponit) propositionis. hoc est  
quando mediante eadem copula uerificatur de pronomi-  
ne, eam rem pro qua supponit, demonstrante, ut in hac  
propositione, homo est animal, iste terminus homo, sup-  
ponit pro Sorte: quia eo demonstrato uerum est dicere,  
hoc est homo. Etiam iste terminus animal, supponit pro



Sorte: quia demonstrato Sorte, uerum est dicere, hoc est animal. Itaq; terminus connotatiuus supponit pro subiecto in quo est accidens: & ultra hoc, adhuc significat accidens quod est in illo subiecto, & explicatur per nomē abstractum. Vt album supponit pro re alba; & insuper significat albedinē. Calidū supponit pro re calida; & præterea designat caliditatem. Vocatur autem terminus connotatiuus, alio nomine, concretum siue denominatiuum, substantiuum uerò ab eo formatum, & ei uoce respondens, sic quòd conueniat cum eo in principio & differat in fine: insuper eidem in significato respondens, sic quòd idem significet accidens sicut ipsum concretum; dicitur eius abstractum siue eius denominans. Vt album, concretum est & denominatiuum: albedo uerò, eius est abstractum & denominans. ¶ De termino cōmuni exemplū, ut homo: quia natus est prædicari de pluribus; dicendo, Sortes est homo, Plato est homo. ¶ Et diffinitur hic terminus, nomine & re, communis, qui scilicet habet rationem significandi communē & plures res significatas: ut homo, animal, lapis. Non autem diffinitur terminus cōmuni nomine tantum, qui scilicet rationem significandi habet communem, sed rem significatam, unicam & singularem, ut sol, luna. Nam talis nō potest prædicari de pluribus diuersis ob defectum rei. Et ergo huiusmodi terminus quodam modo medius est inter terminum communem nomine & re, & terminum singularem, cum uocem quidem habeat communem, & rem singularem. Neq; hic capitur prædicari large & communiter, ut idem sit quod esse prædicatum in quacunq; propositione, sed propriè & specialiter, ut sit idem quod esse prædicatum in propositione uera & affirmatiua, ut homo est animal. Quare terminus qui prædicatur in propositione affirmatiua, sed falsa, aut uera sed negatiua, aut falsa & negatiua, non dicitur in proposito prædicari, ut prædicatum harum propositionum, lapis est animal, lapis non est animal, homo non est animal. Terminus autem communis, alio nomine dicitur uniuersale, siue prædicabile: quæ tria omnino sunt idem; cum eandem habeant diffinitionē, scilicet præ-

dicari de pluribus. Terminus singularis, est qui non est natus prædicari de pluribus, supponētib; quidem pro diuersis. Quod postremum in diffinitione eius intelligendum est: quia non est inconueniens terminum singularem prædicari de pluribus terminis acceptis pro eodem. ut hic homo est Sortes, homo est Sortes, animal est Sortes, Terminus autem communis bene prædicatur de pluribus diuersis; ut Sortes est homo, Plato est homo. Itaq; quod in grammatica dicitur, nomen appellatiuum, est in logica terminus communis. Et quod in grammatica nomen proprium, est in logica terminus singularis.

## TEXTVS.

¶ Terminus primæ intentionis, est qui significat res, quæ non sunt signa.

Terminus primæ intentionis, terminus primæ impositionis, terminus primæ intentionaliter sumptus, idem.

Terminus secundæ intentionis, est qui solum signa significat.

Signa, signa doctrinalia.

Terminus secundæ intentionis, terminus secundæ impositionis, terminus secundæ intentionaliter acceptus, idem.

Signum, est quod præter seipsum, alicuius est significatiuum.

Quod quidem si res sit quæ neq; est uox, neq; scriptura, neq; conceptus, signum reale dicitur.

Si uerò tale signum terminus est, aut ex terminis compositum, & ad doctrinam accommodatum, signum est doctrinale.

Vox, scriptura, conceptus.

Terminus logicus, est terminus secundæ intentionis, qui logicæ est determinationis.

## INTRODVCTIO I.

Non logicus, qui ad alterius discipline rationalis considerationem spectat.

Disciplina rationalis, est quae praecipuam sermonis curam, peculiaremque determinationem agit.

Grammatica, Logica, Rhetorica.

Congruum, verum, ornatum.

Disciplina rationalis, disciplina sermocinalis, idem.

### ANNOTATIO.

¶ De termino primae intentionis exemplum, ut homo. Significat enim res quae non sunt signa, scilicet omnes homines, qui neque sunt uoces, neque scripturae, neque conceptus. Et quamuis nonnulli termini primae intentionis significant signa: ut sonus, qualitas, ens: cum hoc tamen etiam significant res quae non sunt signa: quod sufficit ad hoc quod aliquis sit terminus primae intentionis. ¶ De termino secundae intentionis exemplum: ut nomen, subiectum, propositio. Nam dati termini, solum signa significant, non qualiacumque, sed doctrinalia. Vt enim sequens diffinitionem interpretatio ostendit, terminus secundae intentionis solum debet significare signa doctrinalia, hoc est uoces, scripturas aut conceptus. Quare isti termini imago, effigies, simulachrum, statua, non sunt termini secundae intentionis: quia solum significant signa realia, & non doctrinalia. De signo exemplum, ut iris est signum pluuiae: circulus ad tabernam suspensus, uini uenalis. & unusquisque terminus, est signum rei significatae: quia ultra seipsum illam representat. Et est duplex: signum scilicet reale & doctrinale. Signum reale, est signum quod est res & non uox, scriptura uel conceptus. ut imago Sortis, est signum Sortis reale, & statua Herculis ipsius Herculis. Signum doctrinale, est signum quod est terminus, aut ex terminis compositum, & ad doctrinam accedens modatum, ut homo, lapis, homo albus, lapis est substantia. Et ipsum est triplex, ut innuit tria uocabula, uox, scriptura, conceptus, post eius diffinitionem in litera posita: scilicet uocale, scriptum & mentale. Signum uocale, est signum

## TERMINO. CLICHTO.

signum doctrinale quod ab ore profertur: ut ista uox, homo. Signum scriptum, est quod scribi natum est: ut iste terminus scriptus, homo. Signum mentale, est quod mente concipitur: ut iste terminus mentalis, homo, & quaelibet oratio mentalis. ¶ De termino logico exemplum, ut uerum, falsum, affirmatiuum, negatiuum, & similes. Nam hi, logicae sunt determinationis. De termino non logico: ut adiectiuum, substantiuum, suppositum, appositum & ceteri grammaticae, uel rhetoricae termini. Nam sunt termini secundae intentionis, qui ad alterius a logica disciplinae rationalis scilicet grammaticae, uel rhetoricae considerationem spectant. Est autem disciplina rationalis, quae principaliter de sermone tanquam subiecto attributionis determinat: & ergo alio nomine disciplina sermocinalis dicitur. Et est triplex (ut innuit tria uocabula eius diffinitioni postposita) scilicet Grammatica, Logica, et Rhetorica. Grammatica quidem determinat de sermone congruo, Logica de uero, & Rhetorica de ornato: quod denotant tria nomina, congruum, uerum, ornatum, sermocinalis disciplinae speciebus supposita. Sub quibus comprehenduntur eorum opposita, scilicet incongruum, falsum, & inornatum. Nam in disciplinis, unum oppositorum per alterum intelligitur.

### TEXTVS.

¶ Diuisio, est termini communioris in plures terminos minus communes diductio.

Diductio, partitio, sectio, distributio, idem.

Terminus communior, est qui altero plura significat.

Minus communis, qui pauciora.

Diuisum, est terminus communior, qui diuiditur.

Membra diuidentia, sunt termini minus communes, qui diuidunt.

Diffinitio, est oratio, quid sit diffinitum conuertibiliter explicans.

Diffinitum, est dictio, quae a diffinitione conuersim explicat.

*Conuersum, conuertibiliter, idem.*

*Ea conuertibiliter dicuntur, quae uniuersaliter de se inuis-  
cem & mutuo uerificantur.*

## ANNOTATIO.

¶ Diffinitur in litera diuisio logicalis, quod sit dictus  
ctio siue partitio termini communioris, scilicet diuisi, in  
plures terminos minus communes, scilicet membra di-  
uidentia. Vt animalium, aliud homo, aliud brutum. Ibi  
enim est partitio termini communioris, scilicet animal,  
in plures minus communes, scilicet hominem & bru-  
tum. Et quod aial sit terminus comunior, patet; quia plu-  
ra significat quam homo, plura itidem quam brutum. Quicquid  
enim significat homo: id significat animal, & adhuc am-  
plius. Et e conuerso, homo terminus est minus commu-  
nis quam aial, nam pauciora significat. Quod ex practica  
tione statim est notum. Nam terminus comunior praer-  
dicatur de termino minus communi uniuersaliter sum-  
pto, & non contra. ut omnis homo est animal, sed non  
omne animal est homo. ¶ Et diuisio logicalis facile in-  
telligitur per analogiam diuisionis realis: quae est alicui-  
us totius in partes minores dissectio. ut diuisio ligni.  
Nam ut in diuisione reali, est totum & maius quod di-  
uiditur: & praeterea partes minores in quas totum di-  
uiditur: ita in diuisione logicali, est diuisum & membra  
diuidentia. Vt in supradicta diuisione, animal est diuisum;  
quia est terminus comunior, quam quodlibet membro-  
rum diuidentium sigillatim sumptum. Et homo & brutum  
sunt membra diuidentia: quia sunt termini minus com-  
munes; non quidem simul per distinctionem sumpti. Nam  
sic sunt aequae communes sicut diuisum, & cum eo con-  
uertuntur. ¶ Distinctum enim ex membris diuidentibus  
conuertitur cum suo diuiso: ut quicquid est homo  
uel brutum, est animal: & omne animal est homo uel bru-  
tum. Quemadmodum partes simul sumptae aquantur  
suo toti: ut quatuor & duo sunt sex. Sed membra diui-  
dentia sunt termini minus communes, quando unum  
quodque eorum per se & sigillatim sumitur, & ad diuisi-

sum comparatur, ut homo est terminus minus comunior  
quam animal: & etiam brutum. Sicut & quaelibet pars  
per se sumpta est minor quam suum totum: ut quaternas  
rius minor senario, & etiam binarius. Et diffinitio me-  
bra diuidentia in plurali numero: quia semper eiusdem  
diuisi debet esse plura diuidentia, ad minus duo; non tam-  
en est inconueniens esse plura duobus, sicut totum reale  
semper in multas diuidentur partes, saltim in duas, & inter-  
dum in plures. Quare uulgata propositio, omnis diuisio de-  
bet esse bimebris, si ita intelligatur: omnis diuisio debet ad mi-  
nus habere duo membra, & non pauciora, uera est. Si  
uero hoc pacto exponatur: quod omnis diuisio debet so-  
lum habere duo membra diuidentia, & non plura, est  
falsa. Sicut & falsum est omne totum reale solum debere  
diuidi in duas partes, & non plures. Neque laborandum  
est, ut omnis diuisio reducat ad bimebrem: tum quia  
id superuacuo labore pluribus diuisionibus pro uia fieri  
plerumque deberet: tum quia id interdum non minus dif-  
ficile occurreret, quam uirum in plurimas partes contra-  
ctum ad duas reducere. ¶ De diffinitione exemplum. ut  
haec oratio, animal rationale est diffinitio hominis, quia  
est oratio explicans quid est homo. Conuenienter enim  
respondetur ad quaesitum, quid de homine. Vt quae  
renti quid est homo? recta datur responsio: est animal ra-  
tionale. Praeterea dicta oratio explicat, quid est homo con-  
uertibiliter: quia conuertitur cum homine. Omnis enim  
homo est animal rationale, & omne animal rationale est  
homo. Iste autem terminus homo, est eius diffinitio: quia  
est dictio, quae a sua diffinitione conuertibiliter explicatur.  
Omnis enim diffinitio cum suo diffinito conuertitur, &  
de eo conuertibiliter dicitur: quia & diffinitio de diffini-  
to uniuersaliter sumpto, & diffinitum e contra de diffini-  
tione uniuersaliter sumpta uerificatur. Quod si interdum  
diffinitio uideatur esse comunior diffinito, & alicui con-  
uenire, cui non conuenit diffinitum: hoc eo uenit, quia  
non tota diffinitio sumitur, sed genus diffinitum omittitur:  
quod tamen addendum erat. In cuiuslibet enim diffinitio-  
nis principio, exprimentum est genus diffinitum, aut saltim

intelligendum. Quod cum exprimitur, diffinitio est facta dum uocem completa; cum uerò intelligitur, est imperfecta secundum uocem: nihilominus tamen semper perfecta secundum mentem. Sicut in diuisione, diuisum debet repeti cum membris diuidentibus; aut saltem in eis intelligi. Quod cum expresse ponitur ad membra diuidentia: ipsa sunt completa secundum uocem. Cui uerò solū intelligitur: sunt imperfecta secundum uocem, tamen perfecta secundum intelligentiam. Et hæc duæ regulæ sunt summopere notandæ.

## TEXTVS.

Argumentatio, est unius propositionis ex alia per consequentiæ notam illatio.

Argumentatio, consequentiæ: idem.

Nota consequentiæ, est coniunctio, unam ex altera propositionem sequi denotans.

Nota consequentiæ, nota illationis: idem.

Antecedens, est prima pars argumentationis, & alteram propositionem inferens.

Antecedens, assumptum: idem.

Consequens, est argumentationis secunda pars, & quæ ex altera propositione infertur.

Consequens, conclusio: idem.

Maior, est prima pars antecedentis, & coniunctionem copulatiuam præcedens.

Minor, est antecedentis secunda pars, & coniunctionem copulatiuam, aut eius æquiualentem sequens.

## ANNOTATIO.

Quid sit argumentatio, per analogiam propositionis hoc modo intelligatur. Sicut in propositione sunt tria, scilicet subiectum, prædicatum & copula: ita in argumentatione sunt antecedens, consequens, & nota illationis. Antecedens quidem in argumentatione est, ut subiectum in propositione: utrunque enim est prima pars. Consequens in argumentatione, est ut prædicatum in propositione: quia

utrunque est secunda pars. Et nota illationis in argumentatione, est ut copula uerbalis in propositione. Quia utrunque sui totius partes coniungit. Huius tale sumatur exemplum. Vt hæc est argumentatio: homo est animal, ergo homo est substantia: nã est illatio unius propositionis scilicet consequentis, homo est substantia, ex altera scilicet antecedente, homo est animal, per notam consequentiæ scilicet coniunctionem, ergo. Et in hac diffinitione similiter & cæteris sequentibus, termini indifferenter secundum numerum accipiuntur, ut sit sensus. Argumentatio est illatio unius propositionis, aut plurius, ex altera aut ex alijs pluribus. ¶ Nam sicut quatuor modis potest uariari propositio penes extremorum incomplexionem uel complexionem. Primo, potest subiectum esse incomplexum & etiã prædicatum, ut homo est animal. Secundo, subiectum complexum & prædicatum incomplexum, ut homo albus est animal. Tertio, subiectum incomplexum & prædicatum complexum, ut homo est animal rationale. Quarto, tã subiectum quã prædicatum complexum, ut homo albus est animal rationale. Ita argumentatio quatuor modis potest uariari penes antecedentis & consequentis simplicitatem & compositionem. Primo, antecedens potest esse simplex, & unica propositio: similiter & consequens. Vt homo est animal, ergo homo est substantia. Secundo, antecedens compositum & ex pluribus propositionibus constitutum, consequens autem simplex. Vt omne animal est substantia, & omnis homo est animal, ergo omnis homo est substantia. Tertio, antecedens simplex, & consequens compositum. Vt homo est animal, ergo homo est sensibilis, & homo est substantia. Quarto, antecedens compositum & consequens compositum. Vt omne animal est substantia, & omnis homo est animal: ergo omnis homo est sensibilis, & omnis homo est substantia. Et primus modus consequentiæ primo modo propositionis respondet: secundus secundo, & ita deinceps. Vocabula artis sunt. Ex uno unum. Ex pluribus, unum. Ex uno, plura. Ex pluribus, plura. ¶ Neque semper oportet consequens esse alterum ab antecedente secundum rem; sed

interdum est solūmodo alterum secundum rationem. Vt in hac argumentatione, homo est animal. ergo homo est animal, consequens est re ipsa idem antecedenti, ratione tamen ab eo diuersum. Nam ista propositio, homo est animal, dicitur antecedens, in quantum infert consequens, & præponitur notæ illationis. Et dicitur consequens, quatenus infertur ex antecedente. & postponitur notæ illationis. Quemadmodū in propositione interdum prædicatum est re ipsa diuersum à subiecto. Vt in hac propositione, homo est animal. Interdum uerò est re ipsa idem subiecto, & solum ratione ab eo diuersum, ut homo est homo. In qua propositione terminus homo quatenus præponitur copulæ, dicitur subiectū, & quatenus postponitur, est prædicatum. ¶ De antecedente exemplum. Vt in hac argumentatione, homo est animal, ergo homo est substantia: ista propositio homo est animal, est antecedens: quia est prima pars argumentationis, & quæ alteram infert propositionem, scilicet consequens. Ista uerò propositio: homo est substantia, est consequens: quia est secunda pars materialis argumentationis, & quæ ex altera propositione infertur, scilicet ex antecedente. Et ista coniunctio, ergo, est nota illationis: quia est coniunctio denotans unam propositionem, scilicet consequens, inferri ex altera scilicet ex antecedente. Similiter & ceteræ coniunctiones rationales, ut ideo, igitur, itaque, & similes, sunt notæ illationis. In data autem argumentatione, non est maior aut minor: cum antecedens sit simplex & unica propositio. Cum autem antecedens est compositū & ex pluribus propositionibus coniunctione copulatiua aut æquiualeute coniunctis, constitutū: tunc eius prima pars est maior, & secunda pars (quæ scilicet coniunctionem sequitur) est minor. Vt in hac argumentatione, omne animal est substantia, & omnis homo est animal, ergo omnis homo est substantia: ista propositio, oē animal est substantia, est maior: & ista, omnis homo est animal, est minor: & totum aggregatum ex maiore & minore constitutum, est antecedens. ¶ Aliquando tamen altera partium antecedētis & sæpius maior, specialis no-

mine dicitur sequela: cum scilicet ipsi adiungitur conuētio, si, & uerbum optatiuum denotans aliquam sequelam. Vt in hac argumentatione: si omne animal esset irrationale, sequeretur quod omnis homo esset irrationalis, sed hoc est falsum: ergo & illud ex quo sequitur. Maior, si omne animal esset irrationale, sequeretur quod omnis homo esset irrationalis, uocatur sequela. Diffinitio autem antecedētis, consequētis, maioris, & minoris, intelligenda est de parte principali & propinqua: quæ scilicet solum est pars totius, & non pars partis. Et non de parte minus principali & remota: quæ nō solum est pars totius, sed etiam pars partis. quomodo litera & syllaba, & terminus, bene est pars argumentationis antecedētis & consequētis: sed de hac non loquuntur auctores.

## TEXTVS.

¶ Concedere propositionem, est ipsam veram esse admittere.

Propositio vera, est quæ ut res est, ita significat.

Negare propositionem, est asserere ipsam esse falsam.

Propositio falsa, est quæ aliter quam res se habet, significat.

Distinguere propositionem, est ipsam multiplicem in plures sensus dirimere.

Dirimere, diuidere.

Propositio multiplex, est propositio diuersos habens sensus.

Antecedens, consequens, maior, minor.

Concedere consequentiā, est datam argumentationem bonam esse admittere.

Bona consequentiā, est cuius si antecedens sit verum, & consequens simul verum esse, est necessesse.

Negare consequentiā, est asserere datam argumentationem esse malam.

Mala consequentiā, est cuius etsi antecedens sit verum, nō

oportet eius consequens simul esse verum.

Distinguere consequentiam, est ob aliquam diuersitatem ei accidentem, ipsam modo bonam, & modo malam esse ostendere.

## ANNOTATIO.

¶ Tunc propositio conceditur, cum à concedente admittitur ipsa esse vera, ut homo est uiuens. Vnde quemadmodum circulus ante tabernam pedens, dicitur esse uerum signum, cum in domo esse uinum uenale, sicut circulus representat: ita propositio dicitur esse uera, quando ita est in re, sicut ipsa significat esse. Vt homo est albus: uel nō ita est in re, sicut ipsa significat nō esse: ut Chimæra non est homo, equus non est lapis. Sed hæc particula negatiua, comprehenditur in litera sub particula affirmatiua, per hanc regulam. Negatio sub affirmatione comprehenditur: & per affirmationem intelligitur negatio. Et sub temporis presentis uerbo scilicet, est, intelliguntur & aliorum temporum copulae scilicet, fuit, erit, & potest esse. Nam autores sub uno simili, alia similia comprehendunt: & pauca experimentes, multa subintelligunt, ab his qui rectam intelligentiam in primis quaerunt, facillè cognoscenda. Itaque propositio de præterito uera est, quæ ut res fuit, ita significat fuisse. Vt Adam fuit. & propositio de futuro uera est, quæ ut res erit, ita significat fore. Vt sol orietur cras: & ita de alijs per analogiam. Et hæc intelliguntur de propositionibus, in quibus copula importat tempus. In his autem quarum copula absoluitur à tempore, & nullam prorsus differentiam temporis designat propositio, uera est, quæ ut res nata esse, ita significat. Vt tonitruum est sonus, nullo etiam existente tonitruo. Nam ad huiusmodi propositionum ueritatem non requiritur rei significatæ existentia: cum æquæ ueræ sint re non existente, sicut existente: sed sufficit naturalis rei aptitudo. Et in hac diffinitione iterum sub affirmatione intelligitur negatio. ¶ Propositio autem negatur, cum ipsa asseritur esse falsa: ut nullus homo est uisus. Vnde quemadmodum circulus ante tabernam suspensus,

¶ sus, dicitur falsum signum, cum in ea domo non est uinum uenale, & aliter est quam ipse representat: ita sanè propositio dicitur esse falsa, quando significat aliter quam est in re. Vt nullus homo est albus: hoc est, quæ significat id esse quod nō est, uel id non esse quod est: & ita de alijs prædicatis: iterum sub affirmatione negatione, & sub tempore presenti cætera tempora comprehendendo. Vbi uerò copula nullam temporis rationem importat: propositio falsa est, quæ aliter quam res nata esse, significat. Vt tonitruum nō est sonus: homo non est animal. Et hæc diffinitiones sumuntur ex hac propositione Aristotelis. Ab eo quoddam res est, uel non est, oratio dicitur uera uel falsa. In qua Aristoteles aperte, facillè & uerè ostendit, à quo sumenda est propositio ueritas aut falsitas. Cuius sententiæ, quia nostra tēpestate non sequantur, neque probent plerique, qui dialecticam profitentur, idcirco ad opinionum uarietatem & graues controversias lapsi, in diuersa problemata inciderunt: à quibus facillè liberarentur, si eam, quæ uideatur Aristotelis, reciperent determinationem. ¶ Tunc autem propositio distinguitur, cum ipsa in plures sensus diuiditur. Vt ista propositio: canis est animal, hoc modo distinguitur. Si eius subiectum capitur pro cane domestico, aut æquoreo, ipsa est uera: si uerò pro cane cælesti, est falsa. Et data propositio est multiplex: quia diuersos habet sensus, qui modo disticti sunt. ¶ Quatuor autem uocabula, uirgulis distincta, scilicet antecedens, consequens, maior, minor, in textu posita denotant, quod ista tria uerba, concedere, negare, distinguere, possunt ad quodlibet ipsorum quatuor comparari. Et sic sumuntur duodecim specialia diffinita, scilicet, concedere antecedens, negare antecedens, distinguere antecedens. Item concedere consequens, negare consequens, distinguere consequens: & ita de alijs. Et hæc duodecim diffinitiones sunt per analogiam diffinitionum prius positarum: solum loco dictionis communioris, particularē ponendo, hoc modo. Concedere antecedens, est antecedens uerum esse admittere. Negare antecedens, est asserere antecedens esse falsum. Distinguere antecedens, est antecedens multiplex in plures sensus diuidere, & ita de alijs. Porro,

consequentia conceditur, cum ipsa admititur esse bona. Ut homo est animal, ergo homo est substantia. Bona autem consequentia est, cuius non potest antecedens esse verum, & consequens simul falsum; ut ea quæ ante data est. Non enim potest ista esse vera, homo est animal; & simul ista falsa, homo est substantia. ¶ Quod si quis obijciat. Potest ista esse vera, homo est aial, & simul ista non esse vera, homo est substantia, scilicet, si ipsa ponatur nõ esse; ergo non oportet, si antecedens sit verum, quod eius consequens sit verum. ¶ Facilis est ad eam objectionem responsio: concessio antecedente negando consequens & consequentiam; quia si ista propositio homo est substantia, non sit; tunc non est consequens huius propositionis, homo est animal, neque hæc illius antecedens. Nam antecedens & consequens sunt relativa actu: quare non potest esse quod denominatur ab uno; quin simul sit, quod denominatur ab altero. Præterea diffinitiones consequentia bonæ & malæ, intelliguntur in sensu composito, hoc pacto. Necessè est, si bonæ consequentia antecedens sit verum; & eius consequens simul esse verum. Siue, quod in idem redit. Impossibile est antecedens bonæ consequentia esse verum, & simul eius consequens esse falsum, capiendõ necesse & impossibile, ut faciunt modales compositas. ¶ Negatur autem consequentia, quando ipsa asseritur esse mala. Ut homo est sedens, ergo equus est ambulans. Mala autem consequentia est, cuius antecedens potest esse verum, & consequens simul falsum. Quæ diffinitio, eiusdem est sententia cum diffinitione posita in litera: ut prius data consequentia, cuius antecedens scilicet, homo sedet, potest esse verum; & consequens equus est ambulans, simul esse falsum, scilicet omni equo simul sedente. Non enim oportet si homo sedeat, protinus equum ambulare. ¶ Vnde bonitas consequentia non pendet ex eo, quod antecedens est verum, aut consequens verum; sed ex necessaria habitudine antecedentis ad consequens penes veritatem. Potest enim bonæ consequentia antecedens esse verum & consequens verum. Ut homo est aial, ergo homo est

substantia. Potest & antecedens esse falsum, consequente existente vero. Ut homo est equus, ergo homo est aial. Denique potest antecedens esse falsum, & consequens falsum. Ut homo est equus, ergo homo est irrationalis. Sed nõ potest antecedens esse verum & consequens falsum. Ita inualiditas consequentia non euenit ex falsitate antecedentis aut consequentis, sed ex eo quod non est necessaria antecedentis ad consequens in ueritate habitudine. Potest enim malæ consequentia antecedens esse verum, & consequens verum. Ut homo est, ergo equus est. Potest & antecedens esse verum, consequente existente falso. Ut homo est animal, ergo homo est brutum. Præterea potest antecedens esse falsum, & consequens verum. Ut nullus homo est, ergo equus est. Denique potest antecedens esse falsum & consequens falsum; ut nullus homo est, ergo nullus equus est. ¶ Et hæc duæ diffinitiones tantam habent ueritatis necessitatem, ut non modo uerissimæ sint, sed prima logicæ principia; neque earum quæ ræda est probatio, cum nullas habent manifestiores, per quas ostendi possint. Obiectiones autem quæ contra eas fiunt, sophisticæ sunt, & suis locis diluendæ. De quibus nihil in præsentiarum dicendum est. ¶ Distinguitur autem consequentia, cum propter aliquam uarietatem in ea existentem, ipsa ostenditur aliquando esse bona, & aliquando mala. Ut hæc consequentia, omne animal est sensibile, igitur canis est sensibilis; hoc modo est distinguenda. Si in consequente canis capitur pro cane domestico uel marino, ipsa est bona, & eius consequens uerum, si cut antecedens. Si uerò in consequente canis sumitur pro sydere cælesti, ipsa est mala; cum antecedens eius sit verum & consequens falsum. Neque idcirco concedendum est eandem consequentiam esse bonam & malam; nam illa non est eadem secundum uocem & rem simul, sed secundum uocem tantum. Idem autem in tota logica sumitur pro eo, quod idem est nomine & re simul. Quæ admodum ista propositio, canis est animal, in diuersis sensibus accepta aliquando est uera, & aliquando falsa. Sed quia non est eadem secundum rem & uocem simul:

idcirco non sequitur eandem propositionem simul esse ueram & falsam. Nam consequentia multiplex, ita se habet ad bonitatem aut inualiditatem; sicut propositio multiplex ad ueritatem & falsitatem.

### Regulæ terminorum.

¶ Prima regula.

In disciplinis, æquiuocatio summopere fugienda est.

¶ Secunda regula.

In prædicationibus doctrinalibus, termini significatiuè, & non materialiter, accipiuntur.

¶ Tertia regula.

Termini singulares, à disciplinarum consideratione sunt reiecti.

¶ Quarta regula.

Termini logici, in secundæ intentionis significantia sunt accipiendi.

¶ Quinta regula.

In disciplinis, omnia expendenda sunt secundum materiã subiectam.

¶ Sexta regula.

Diuisio in genitiuo, partitionis notam præcedens, est diuisum: quæ uerò sequuntur, membra sunt diuidentia.

¶ Nota partitionis, est diuisio partitiua in diuisione posita: ut aliquis, alius, hic, ille.

### ANNOTATIO.

¶ Prima regula, docet æquiuocationem, & multipliciter terminorum, à disciplinis esse remouendam. Nã quærenda est unica significatio termini, quam autores in loco intendunt: & alia omnes reijcienda. Vt em̄ diuersitas multarum uiarum in unum concurrentium uiatori affert ambiguitatem, per quã potissimum sit eundem, non autem una sola: Ita diuersitas & multitudo significationum eiusdem termini intellectu reddit ambiguum, de qua significatiõe

præcipue agitur sermo. Hinc qui nouas pro arbitrio diuisionum significantias imponunt, & confingunt: ad sophisticam potius labi, quam rectas tradere disciplinas dignoscuntur. ¶ Secunda regula ostendit, quod in prædicationibus doctrinalibus extrema non accipiuntur materialiter, sed significatiuè, Sunt autem prædicationes doctrinales, propositiones in quibus definitio de definito, aut superius de inferiori prædicatur, & ita de alijs quibus disciplina utuntur: ut subiectum est extremum propositionis, subiectum est extremum copulam præcedens. In istis, extrema capiuntur personaliter. ¶ Tertia regula, dicit terminos singulares esse reiectos à disciplinis: sic quod non sunt principia res in eis considerati, neque principiorum, neque conclusionum, aliarumque quarumlibet propositionum ad disciplinas pertinentium extrema. Non enim hæc propositiones principia sunt neque conclusiones: Sortes est homo, Plato est animal. Nã disciplina infra specialissima nunquam descendunt. Non tamen negauerim eos considerari in disciplinis tanquam exempla & terminorum doctrinalium significata. Vt cum definitur terminus singularis siue indiuiduum, dantur exempla: Sortes, Plato, Petrus, Paulus, hic homo. ¶ Quarta regula, docet terminos logicos esse accipiendos secundæ intentionaliter. Et quauis aliam habeant significationem, in qua sunt termini primæ intentionis, illa tamen non consideratur in logica. Vt terminus, subiectum, prædicatum, genus, species. Et ratio est, quia logica principaliter de signis representatiuis determinat. quare & sui termini præcipue signa significant, & sunt secundæ intentionis. ¶ Quinta regula, præcipit quæcumque in disciplinis dicuntur, intelligenda esse secundum propositum, de quo fit sermo. Vt in logicis omnia intelligenda logicè: & in physicis physicè, & in metaphysicis metaphysicè. Quæ quidem regula, si (ut debet) bene obseruaretur, non fierent tam extortæ & impertinentes expositiones, quales fieri conspiciuntur cum logica metaphysicè, physica logicè, & metaphysica non metaphysicè explicantur. Vnde maxima in scientijs confusio extorta est. ¶ Sextæ regulæ exemplum, Vt in hac diuisione:



Animalium, aliud homo, aliud brutum: genitiuus animalium est diuisum, & nominatiui homo & brutum, sunt membra diuidentia: & dictio, aliud, est nota partitionis: quia est dictio denotans fieri diuisionem, & tantum ibi ualeat sicut, aliquis. Apud autores etiã hæc nomina hic & ille, sunt notæ partitionis, & significant etiam idem quod aliquis. Vt propositionum hæc uera est, illa falsa: hoc est, propositionum aliqua uera est, & aliqua falsa. Et intelligitur hæc regula de modo diuidendi cõmuni & usitato: nã possunt & alij diuidendi modi fieri, in quibus non seruabitur hæc regula.

¶ Septima regula.

Quod ad quæsitium, quid, de aliquo conuenienter respondetur, est diffinitio: & quod interrogat, est eius diffinitiu.

¶ Octaua regula.

Cum diffinitum de aliquo per quæsitium, quare, interrogatur: protinus respondenda est eius diffinitio.

¶ Nona regula.

Omnis diffinitio, per applicationem eius ad uaria exemplata particulatim declaranda est, & intelligenda.

¶ Decima regula.

Propositio notæ illationis præposita, est argumentationis antecedens: postposita uero, consequens.

¶ Undecima regula.

Ad argumentationem & questionem ne respondeas, prius quam repetueris illam. Nam præceptum & impræmeditata responsio, carere uitio non solet.

¶ Questio, est cum nota interrogationis sumpta dubitabilis propositio.

¶ Notæ interrogatiõis sunt: cur, quare, quid, an, ne, utrum & similes.

## ANNOTATIO.

¶ Septimæ regulæ exemplũ. Vt si quis interroget quid est subiectum? & respondeatur, est extremum, copulam

uerbalem præcedens, ibi, quod in responsione ponitur; est diffinitio, & quod in questione cum signo quæsitio locatur, est diffinitum. Et capitur hic interrogatiuum, quid, ut est quæsitium diffinitionis, & non ut est quæsitium prædicabilis superioris. Quia ad interrogatiõnem factam per quid, hoc secundo modo sumptum, non respondetur diffinitio, sed superius ad quæsitum. Vt si quærratur, quid est homo? respondetur, est animal.

¶ Octauæ regulæ exemplum. Vt si quis interroget, quare homo est subiectum istius propositionis, homo est animal? apta datur responsio: quia est extremum, copulam uerbalem præcedens. Ibi diffinitum, scilicet subiectum, quæritur de aliquo, scilicet de isto termino homine, per quare: & ergo rectè eius respondetur diffinitio. Et sicut ad diffinitum affirmatiuè interrogatum respondetur diffinitio affirmatiuè: ita ad diffinitum negatiuè interrogatum respondenda est diffinitio negatiuè. Vt si quis quærat, quare datae propositionis, homo est animal, iste terminus animal non est subiectum? bona datur responsio: quia non est extremum, copulam uerbalem præcedens. Est em̃ diffinitio prima & præcipua causa, quare diffinitum alicui conuenit, aut disconuenit: & idcirco semper respondenda. ¶ Nonæ regulæ exemplũ, in omnium diffinitionũ prius positã declaratione ferre non potest: ut cũ diffinitio propositionis explicaretur, data est pro exẽplo una oratio significãs uerum, & deinde altera significãs falsum, quo singulæ diffinitionis particule fieret manifestæ. Hac itidem regula sepius in explanatione introductionum logicãũ usi sumus: ut modulus conueniens aperiãũ, quo dis diffinitio rectè declaratur. ¶ Nihil enim ad rectam diffinitionis intelligentiam magis conducere puto, quàm uariam exemplorum ad eam applicationem per frequens exercitium.

¶ Decimæ regulæ exemplum. Vt in hac argumentatione, homo est animal, ergo homo est substantia: ista propositio, homo est animal, est antecedens, quia præcedit notã illationis: ista uerò, homo est substantia, est consequens, quia sequitur illationis signum. Et intelligitur hæc rex-

gula, quando nota illationis est cōiunctio rationalis, que solum est nata interponi antecedenti & consequenti. Nā si illationis nota fuerit cōiunctio conditionalis, si: tunc antecedens est propositio, quæ immediatē sequitur cōiunctionem, si: consequens uerō propositio quæ non immediatē sequitur dictam cōiunctionem: sed aut præcedit: ut homo est substantia, si homo est animal: aut mediā tē sequitur (quod frequentius fit) ut si homo est animal, homo est substantia: in utraq; harum consequentiarum ista ppositio, homo est animal, est antecedens. Et hæc, homo est substantia, est consequens: non quidem secundum situm, sed ratione inferendi. ¶ Undecimæ regula: ratio est: quia cum argumentatio aut quæstio pposita resumitur à respondente, melius ab eo intelligitur: & si inter resumendum respondens errauerit, perperamq; intellexerit, dirigitur ab opponente. Insuper, interea conceditur ei tempus meditandi, excogitandiq; argumentationis solutionem, aut rectam quæstionis ppositæ responsionem. Quocirca, resumendę argumentationis quæstionisq; cōsuetudinem iuuenes assumere debēt. Nam opposita eueniunt mala, si quis sine resumptione respondere tentauerit, scilicet quodd interdum non exactē intelligat, quodd à recta formatione aberret, quodd solutionem aptam assignare non ualeat. ¶ Ad quæstionem autem doctrinale (quæ sola hic diffinit) duo requiruntur. Primo quodd ppositio quæ interrogatur sit dubitabilis, hoc est, nata dubitari, & non sit propositio manifestē uera, aut manifestē falsa. Quare hæc non est quæstio, utrum totum est maius sua parte, utrum homo est lapis. Secundo, requiritur quodd huiusmodi propositio sumatur cum signo interrogatio siue aduerbio interrogandi, quod si omittetur, non esset perfecta quæstio, cum (sicut hic diffinitur) quæstio sit aggregatum ex signo quæsitio & propositione interrogata. Ut, utrū omnis homo est susceptiuus disciplinæ, utrum solus homo habet intellectum.

¶ Duodecima regula.

¶ Proposita ab opponente argumentatione, & eadem à respondente

respondente semel repetita: ad singulas eius partes iterū sigillatim resumendas, quæ proponuntur serie, particulatim est respondendum.

¶ Modi autem respondendi sunt tres: concedere, negare, distinguere.

¶ Decimatertia regula.

¶ Omnis propositio ab opponente proposita, cum peculiari siue denominationis, ut antecedentis, consequentis, maioris aut minoris expressione, à respondente est concedenda, neganda, aut distinguenda.

¶ Opponēs, est qui alteri argumentū pponit, negatū probat, & datam solutionem sequenti obiectione impugnat.

¶ Respondens, est qui argumentationem ab altero propositam diluit, & dissoluit.

ANNOTATIO.

¶ Duodecima regula, ostendit ordinē seruandū à respondente in solutione alicuius argumenti ppositi. Debet enim primo argumentū integrū resumī: ut præcedens regula admonuit. In qua repetitione maximē enitendū est: ut in eadē forma repetat, quæ ab opponente est pposita, non mutata sententia. Deinde quælibet pars sigillatim est repetenda, & ad eā rëndendū. Ut primo repetēda per se maior: & ad eā danda rñsio. Deinde repetēda solaminor: & ad eā ferēda rñsio. Postea resumendū cōsequēs: & ad ipsam rëndendū est. Deniq; ad cōsequentiā adhibēda est responsio. Modi autē respondēdi quibus in argumentorū solutione utitur respondens, sunt tres. Nā oēm ppositionem in argumentatione ppositā aut debet concedere, aut negare, aut distinguere. ¶ Decimatertia regula, docet respondentem non debere concedere, negare, aut distinguere aliam quam ppositionem inter respondendum, nisi adiecto & expresso speciali noīe siue denominationis, quo designat esse pars illius argumentationis. Ut si sit antecedēs, expresso nomine antecedentis: & si sit consequens, adiecto ad dicta ŷba noīe cōsequētis, & ita de alijs. Exēpli grā.

Si ad maiorē habeat respōdere, nō sufficit dicere, cōcedo; nego, aut distingo, nullo amplius addito: sed addijciendū est maioris nomē ad prædicta v̄ba, sic, cōcedo maiorē, nego maiorē, distingo maiorē. Et ita de cæteris argumentationis partibus. Sic em̄ rñdētis oñdit se cognoscere ad quā argumētationis partē respondet, tollitq̄ incertitudinem. ¶ Deinde ponit diffinitio opponētis in argumētatiua disputatione exprimēs tria eius officia. Primum est, quōd opponēs rñdētū argumētū, hoc est obiectionē, contra aliquod respōdentis p̄positū, format. Secundū, quōd opponēs p̄positionē suā obiectionis à respōdētē negatam, p̄bat. Tertium, quōd opponēs solutionē præcedentis obiectionis à respōdētē datam, ulteriori obiectionē impugnat: quōd vulgō replicare uocant, & oppositum eius quōd respōdētis in solutione asseruit, sequenti instantia p̄bare nititur. Diffinitio autē respōdentis, unicū eius officij exprimit: scilicet soluendū obiectionē ab opponente p̄positam: sub quo cōprehendūtur cætera particularia officia: utpote concedendi, negādi & distinguēdi, quæ in respondendi officio includuntur.

## ¶ Decimaquarta regula.

¶ In disputatione, p̄positio vera est cōcedēda: falsa, negandā: & multiplex, distinguēda.

¶ Itidem cōsequētia bonā est concedēda: malā, negandā: & multiplex, distinguēda.

¶ Disputatio, est mutue exercitationis gratia de aliquo p̄posito duorum disceptatio.

## ¶ Decimaquinta regula.

¶ Cum argumētandi, respōdēdiq̄; p̄p̄tudo potissimū vsu ac exercitatiōe (quæadmodum ars om̄is & doctrina) patriatur: vt à primis dialecticæ rudimentis adolescentes disputationi assuescant, curandum est.

¶ Exercitatio, est frequēs & assidu<sup>9</sup> vni<sup>9</sup> cuiuscūq̄ rei vsus.

¶ Decimaquartæ regulæ exemplū. Vt p̄positio, hō est aīal, in disputatione assumpta, est cōcedēda: q̄a est v̄a. Et p̄positio

tio, hō est lapis, est negāda, q̄a falsa. Hęc v̄d, canis est aīal, est distinguēda, q̄a est multiplex. Ita hæc cōsequētia, hō est aīal, ergo hō est substātia: in disputatione est cōcedēda, q̄a est bona. Et hęc, hō est aīal, ergo homo est sedēs, est negāda, q̄a mala. Hęc v̄d, omne aīal sentit, ergo canis sentit, est distinguēda, q̄a est multiplex. ¶ Diffiniē deinde disputatione p̄ triplicē causam. Primo, p̄ materialē, circa quā uersatur, cū dicit, de aliquo p̄posito. Nā p̄positū hīc, est p̄positio quā rñdētis uerā defendit, & opponēs impugnat: quā vulgō positionē uocāt. Secūdo, p̄ cām efficientē: cū dicit, duorū, scilicet opponētis & rñdētis. Neq̄ ibi nomen, duorū, denotat numerū disputantū: possent em̄ plures duobus, inter se disputare: sed exercitiū officia in disputatione: quæ solū sunt duo, scilicet officij opponētis & respōdētis, quōd si q̄s apud seipm̄ disputet, ipse un<sup>9</sup> est, reipsa: sed duo, ratio: cū uicissim duorū fungat officio. s. primo opponētis, & deinde rñdētis. Tertio, p̄ cām finalem cū dicit, mutue exercitatiōis gr̄a. Nā ad hūc finē potissimū adolescentū disputatione debet ordinari: ut ex mutua exercitatiōe euadāt p̄p̄tiores. ¶ Decimaquinta regula, rationē reddit cur adolescentē logicā audituri, frequēter disputationē exercere debeāt: idq̄ ut faciāt, admonet. Nā ex crebra disputatione, acquirūt in eis p̄p̄tudo opponēdi pariter & rñdēdi, q̄ nō nisi assidua exercitatiōe haberi p̄t. Quādoquidē ars oīs & doctrina, frequenti usu pariat, ut s̄pe scribēdo, euadit q̄s scriptor: frequēter pingēdo, pictor: & crebro latinē loquēdo, gr̄amatic<sup>9</sup>. Tolle usum, exercitatiōēq̄ remouet: oēm pariter tollis artē & sciētā, & ne unā quidē perfectē cōsequeris. Hinc antiq̄ usum, doctrinæ patrē dixerūt: quōd ex usu, exactissima quæq̄ doctrina gignat. & sine ea, nulla profusus. Proinde s̄p̄t<sup>9</sup> admonēdi sunt adolescentē, ut disputationis, & eorū q̄ discūt exercitatiōē in primis habeāt: si ad p̄fectā sciētariæ cognitionē puenire uolūt. ¶ De exercitatiōe exem̄plū. Vt exercitatio scribēdi, est frequēs & assidua scriptio. Exercitatio pingēdi, est crebra, s̄piusq̄ iterata descriptio. Et exercitatio loquēdi latinē, est frequēs & cōtinua, s̄m gr̄amaticę regulas, locutio, & ita de alijs. Finis.

**S**IVDO CICLI CHTO VEI NE O POR  
tuōsis, de Artū scientiarūq; diuisione Introductio, adiectis  
eiusdem explanatiunculis, ad faciliōrē literæ intelligētiam.

### Diuisiones Artium.

<b>Ars,</b>	Rhetorica.
Mechanica.	Mathematica,
Doctrinalis.	Musica.
Mechanica,	Arithmetica.
Lanificium.	Geometria.
Nemoraria.	Astronomia.
Militaris.	Non liberalis,
Nautica.	Moralis.
Agricultura.	Naturalis.
Medicina.	Supernaturalis.
Fabrilis.	Moralis,
Doctrinalis,	Ethica.
Liberalis.	oEconomica.
Non liberalis.	Politica.
Liberalis,	Naturalis.
Sermocinalis.	Physica.
Mathematica.	Medicina.
Sermocinalis.	Supernaturalis;
Grammatica.	Metaphysica.
Logica.	Theologia.

#### Diffinitiones Artium.

**A**rs, est recte quicquam faciendi aut cognoscendi,  
preceptione, vsu ac imitatione acquisita promp-  
titudine.

#### EXPLANATIO.

**I**n hac introductione (ut præcedenti) præmittitur, eo-  
rum quæ determinanda sunt diuisio. In qua dictio, cui

præponitur paragraphus, est diuisum; & quæ sine para-  
graphi adiectione directe supponuntur, sunt membra di-  
uidentia: quemadmodum etiam in præcedenti. Porro in  
principio Ars, communiter & largè sumpta, diuiditur  
in artem mechanicam & doctrinalem. Secundo, Mecha-  
nica, in septem diuiditur species: quarū nomina his uul-  
gatis carminibus habentur,

Lana, Nemus, Miles, & Nautica, Rus, Medicina.

His ars Fabrilis connumeranda uenit.

Et quod pleriq; secundo carmine Architectonicam no-  
minant hoc modo,

His ars fabrilis Architectonica subsit.

Non id faciūt, octauam aliquā speciem designantes. Nō  
enim Architectonica, noua est artis species, sed nomen  
adiectiuum & artis fabrilis epithetū, significans in latīs  
no, idem quod præcipua uel principalis. Medicina autē,  
sexta artis mechanicæ species, nō hic pro ea sumit sciē-  
tia, quæ humani corporis cōplexionem morbosq; cōsis-  
derat (nā illa ars doctrinalis est, & in noua diuisione sub  
arte naturali collocat) sed pro illa quæ uulnera, & ex-  
teriores corporis læsiones curat. Et hæ septē sunt artes  
mechanicæ generales, ad quas alix speciales habēt redu-  
ci, unaquæq; ad eā cum qua maiorē habet cōuenientiā.  
Numeroq; septenario hic assignant, quod ab alijs totidē  
& eo ordine assignari soleāt. ¶ Tercio, ars doctrinalis di-  
uidit in artem liberale, & nō liberale. Vocamus q; artem  
nō liberalem, oēm artē doctrinale, quæ nō est una septē  
artium liberaliū, quæ ferē ab oibus assignantur, cū aptius  
nomē nō occurrat. ¶ Quarto, ars liberalis diducit in ser-  
mocinale, quæ deinde in tres species subdiuiditur, & in  
mathematicam quæ sexta diuisione in quatuor mem-  
bra distribuitur. Cæterū artis liberalis septem species,  
suo ordine in hoc usitato carmine continentur.

Gra. loquitur, Dia. uera docet, Rhe. uerba colorat,  
Mu. canit, Ar. numerat, Geo. ponderat, Ast. colit astra.  
Deinceps, ars nō liberalis, i tres species diducitur, quæ  
rū unaquæq; in sua membra consequenter dissecat: ut ipsa for-  
mula quā apertissimè ostendit, ¶ Postea, eo quo diuisa

sunt ordine, diffiniunt oīa: & primo ars. In cuius diffinitione p̄ particulā, faciēdi, innuit̄ ars mechanica, quæ facere, hoc est circa materiā exteriorē operari dicit̄. Et per particulā, cognoscēdi, tangit̄ ars doctrinalis, quæ docet cognoscere. Cuiuslibet autē artis propriū est, ut ad rectē & sine errore agentē dirigat: quæadmodū regula plūbea dirigit ductentē lineam, ne in obliquum protrahat. Propterea, dirigit ars ad agendum promptē, expediteq̄, & sine magna mora, sine difficultate. Reddit enim ars hominem promptissimū: ut, cum uoluerit, sine negotio, id cuius artem callet, peragat. Tres autē particulæ præceptione, usu, & imitatione: exprimentur tria, quibus ars omnis perfectē acquiritur: ut prima regula clarius ostendet.

## TEXTVS.

**A**rs mechanica, est ars expedite operandi ea quæ corpori humano sunt necessaria.

Ars mechanica, ars seruilis idem.

Mechanica quidem, quod eorum sit operum effectrix, quæ ingenio simul & manibus sunt. *μηχανικὸν ἐστὶν* (unde hæc dictio deriuatur) molior, machinor, inuenio, & ex cogito significat.

Seruilis vero, quod ad cæteras artes eam seruet habitudinem, quā seruus ad dñm, qualem itidem corpus ad aīm.

Quodq̄ natura seruus hominibus, & ingenua indole minime præditis accommodetur.

Ars seruilis, seruus, corpus.

Ars doctrinalis, dominus, animus.

**A**rs doctrinalis, est ars promptē cognoscēdi ea quæ animum perficiunt, scientemq̄ reddunt.

## EXPLANATIO.

**A**rs Mechanica, diffinit esse ea quæ ad humanæ uitæ necessitatē, & ad corporis curā accomodata parat, ut lasnificium hoi indumēta, Ars Memoraria, ligna & c. ignis fomēta, Militaris, suarum rerū defensionem, Nautica &

Agricultura, alimēta, Medicinā, lassionū sanationē, Ars fabrilis, ædificia, & habitacionē: & ab Aristotele uocaf̄ alio noīe, ars seruilis. ¶ Vtriusq̄ autē denominationis reddi in litera ratio. Nā huiusmodi ars, circa exteriorē materiā, suā operationē exercens dicit̄ Mechanica: eo quod cū quadā animi solertia, tū etiā manibus, cæterisq̄ corporis mēbris exerceat: cuius cōmodū huius artis totus est scop⁹. Inde mechanic⁹, mechanicarū artium opifex uocaf̄. Scribiturq̄ rectius hæc dictio uocali e simplici, citra diphthogū: ut placet graecarū literarū nō ignaris. Eadē ars dicit̄ seruilis, duabus de causis. Prima est, quia ipsa ad artes doctrinales eā habet p̄portionē cōparationēq̄, quā habet seruus ad dñm, siue quā habet corpus humanū ad aīum. Quāquidē ars seruilis corpori, doctrinalis uero, aīo curādo applicaf̄. Seda causa est, quā dicta ars circa extrinsecū opus intēta, hoīb⁹ aīo seruus, obtuso ingenio, hebetata mēte, & fluxa memoria, exercēda destinaf̄: quæ natura eā indolē nō sunt fortiti, ut ad lras addiscendas sint idonei. ¶ Ars autē doctrinalis, ijs natura designaf̄, quibus natura pulchras rerū cognitiones nō inuidit, quibus acre ingeniu, clarā mentē, tenacēq̄ memoriā, optimas doctes, bñficia cōtulit: quosq̄ ipsa ad bonarū literarū studia destinasse uisa est. ¶ Sēq̄ntia autē uocabula uirgulis distincta, breuī arte cōprehendūt eas cōparatiōes, quæ factæ sunt: in quibus primū uocabulū supius primo sibi directē supposito in hac analogia respōdet, & secundū secūdo, & tertiu tertio. Triplexq̄ ex illis colligit̄ habitudo. In quarū prima conferat̄ primū ad primū, & secūdū ad secūdum, hoc modo. Ars seruilis, sese habet ad artē doctrinalem: ut seruus ad dñm. At seruus, longē est inferior & indignior dño suo: igitur & ars seruilis arte doctrinali. In secūda, comparaf̄ primū ad primū, & tertiu ad tertiu: hoc modo. Ars seruilis se habet ad artem doctrinalem, sicut corpus, cui necessaria uidet̄, ad animum. Sed corpus est imperfectius quām animus, sicut caducum & mortale est multo ignobilius quām permanens & immortalē: ergo & ars seruilis est ignobilior arte doctrinali. In tertia, comparaf̄ secūdū ad secūdū, & tertiu ad tertiu,

hoc pacto. Sicut seruus se habet ad dominū, ita corpus ad animū. Atqui seruus, est multo minor & ignobilior domino suo: igitur & corpus animo. Postremum, diffinitur ars doctrinalis ea esse, quæ animum cognoscens & scientem efficit: ut Grammatica. reddit hominem latinæ linguæ peritū: Logica, differendi modum aperit: Rhetorica, persuadendi, & ita de cæteris.

¶ Parergon exortatorium.

¶ Cū itaq; tanta sit artis doctrinalis supra seruilem, & animi supra corpus excellentia: ueltrum omnium officium est, o generosi adolescentes, literarū studio destinati, animo peruoluere ad quædignam prouinciā estis designati, ad quā animi perfectionē uocati potius, quam ceteri qui solis artib<sup>9</sup> mechanicis impēdūt operā suā. Et ex hac consideratione uos ipsos ad laborē incitate pro animo excolēdo, pro artib<sup>9</sup> doctrinalibus cōsequēdis: quæ animum tātopere perficiunt. Si enim quantō dignus est quicquam, tantō maior diligentia ad illud assequendum est adhibenda. Quis uigilias & sudorem recusauerit ad comparandam doctrinam, quādoquidem uidemus eos qui artes mechanicas primum discunt, totos dies & interdum noctes illis operā præstare, nullumq; labori tempus intermittere. Nolite obsecro illud cōmittere, ut ab illis assiduitate laboris uincamini, quos longē uincere deberetis. Neq; minus pro re digniori desudetis, quā illi pro re minus digna. Sanē nihil turpius est, quā his qui mechanicas artes exercent labori intentis: uos ipsos otio torpescere, & tempus inaniter conterere.

TEXTVS.

¶ Lanificium, est ars mechanica, lanam ad humani corporis usum præparans.

¶ Nemoraria, est quæ circa arborum cultum, lignorumq; ad humanam necessitatem apparatus uersatur.

¶ Militaris, est quæ militiam & bella gerenda tractat.

¶ Nautica, quæ navigationem.

¶ Agricultura, est agros colendi ad fructus afferendos in

Industria.

¶ Medicina, est ars, uulnerum curationem peragens.

Et eadē, *ἰατρικὴ* græco nomine dicitur, id est manualis: quod exteriore manū applicatiōe, officioq; exerceatur.

¶ Fabrilis, est quæ ferrū in hominum usus excudit: aut ligna ad ædificiorum constructionem disponit.

Et hæc in ferrariam diducitur, & lignariam.

¶ Ferraria, est ars fabrilis, quæ duris incudibus ferrum ad humanas functiones parat.

¶ Lignaria uerò, quæ ad ædes extruēdas, aliudue ligninum opus componendum, ligna accommodat.

EXPLANATIO.

¶ Diffiniuntur hic artis Mechanicæ septem species. In quarū diffinitionibus, id obseruandum est: quod si sub nomine materiæ in qualibet diffinitione expressæ cōprehenduntur, & cætera cōsimilia, quæ ad eundē finem, idemq; opus applicātur. Vt noīe lanæ, intelliguntur cætera ex quibus hominū parātur indumēta: quæadmodum lini, tela, & similia. Nā ad humani corporis indumenta parāda, principaliter lanificiū ordinatur. Ars autem Nemoraria, ad nemorū culturā & lignorum alterius sit materiæ, qua nutritur ignis, præparationem ordinatur: quo homines frigora depellant, & cibaria decoquant. Militaris uerò, instrumenta, quibus exercetur militia, ut equos, phaleras, hastas, & cætera armamenta, ipsamq; bellorū gerendorū industriam complectitur, ad patriæ & reipublicæ, suiq; defensionem. Nautica uerò, nauigationē, ad piscium capturam, & mercium ab uno loco ad alterum deuectionem, commerciaq; inter distantes longo interitio faciēda, principaliter pertractat. Agricultura, agros colit ad alimenta homini subministrāda. Medicina (quæ Chirurgia) uulnera, ulcera, & cætera id genus quibus humanum læditur corpus, præsertim manuum officio sanat. Fabrilis uerò, aut ferrū parat ad uarios hoīm usus: aut ligna ad construēda ædificia. Nōmine ædificiorum,

cetera quæ ex ligno sũnt machinamẽta intelligẽdo, ut naues, carpẽta, & cõsimilia. Et, dissũctio in ei⁹ diffinitione posita, duas eius spẽs innuit scilicet, ferrariã: quæ p̄ priũ mã intelligit diffinitiois p̄iculã: & lignariã, quæ est per secũdũ. Ars fabrili ferrariã, ea est quæ ferrũ aliudũ me tallũ, ut aurũ, argẽtũ, & stãũ excudit, ex ipsisq; opus cõponit. Lignariã uerò, quæ ex ligno, aut aliquo uices ligni supplete, ut lapide, marmore, domos ad hoĩm habitationẽ cõstruit. Hinc faber ferrari⁹ dicitur, qui ferrũ; lignari⁹, qui ligna ad opus accõmodat. Proinde de Dædalõ ingeniosissimo architecto dicit Ouidius, viij. Meta, Dædalus ingenio fabrẽ celeberrimus artis

Ponit opus.

¶ Necq; inficior, alio modo artes mechanicas assignari posse: ipsisq; aut aliã materiã, aut opationẽ, aut finẽ aliã ascribi, nec nõ ostẽdi posse: quo modo tota artium mechanarũ multitudo ad has septẽ reducitur. Sed cũ hæc nihil aut parũ utilitatis afferre putetur, illis qui uitã literariã amplectũtur, idcirco de ipsis pauca, uel in transcurso dicta sufficere putauimus: ad aliã magis accõmodata, cis quibus operã nostrã prodesse cupimus, festinãtes.

## T E X T V S.

¶ Ars liberalis, est ars doctrinalis, quæ circa sermonis aut quantitatis determinationem negotiatur.

Et hoc dignum nomen sortita est, quia liberũ requirit animũ, liberosq; & ingenuos homines decet.

¶ Ars non liberalis, est ars doctrinalis, aliud quicq; à sermone, quantitatisq; considerans.

Et hæc æquẽ aim requirit ingenuũ, liberaliq; ingenio predictos hoies decet, atq; liberalis: cui etiã dignitate par est aut superior. Noie tñ negatiuõ nũcupat: quod nõ eadẽ quã uulgõ liberales dicta materiã cõtẽplãt, quodq; nomẽ affirmatiuũ cõuenientius non suppetit ad eã pprie, denominãdã.

¶ Ars sermocinalis, est ars liberalis quæ præcipuam sermonis determinationem agit.

¶ Mathematica, quæ quantitatis.

Quantitas, numerus, magnitudo.

## EXPLANATIO.

¶ Ars liberalis, ut geminas habet spẽs, ita, duas sua rõne p̄culas cõplectit: quarũ priã, artẽ sermocinalẽ designat. Ea em̄ circa sermonis determinationẽ uersat. Secũda, artẽ mathematicã insinuat, cũ ipsa circa q̄titatis determinationẽ occupata sit. ¶ Dicẽt autẽ ars liberalis: quia requirit aim liberũ, hoc est rerũ externarũ curis minimẽ impeditũ, q̄ tot⁹ in cognitionẽ & speculationẽ sit intẽtus. Nã ut ocul⁹ instabili motu ad uaria distractus, defixa acie nõ intuet solẽ: ita quoq; anim⁹ sollicitudine mũdi implicat⁹, ad hmõĩ artium cognitionẽ nõ est dispositus. Præterea liberalis dicit: quia decet hoies liberos, hoc est animi p̄turbatiõibus & affectiõibus nõ obnoxios, & suorũ affectuũ seruituti minimẽ subiectos, & ingenuos, id est generosos & nobiles aio, qui sciẽtiã & literarũ cognitionẽ uera animi bona existimãt, in ipsisq; solã ei⁹ nobilitatẽ cõsisterẽ, p̄suasum habent. ¶ Ars nõ liberalis, est ars doctrinalis, necq; sermonẽ necq; q̄titatẽ determinãs, sed aliquid aliud: ut Physica, res naturales. Ethica, hominũ mores confiderans. ¶ Et hæc uocat noie negatiuõ, nõ quia minimẽ requirit aim liberũ, aut quia nõ deceat hoies liberos: cum nõ min⁹ & animi libertatẽ & generositatẽ exigat quã liberalis. Necq; etiã uocat noie negatiuõ: quia sit imperfectior ars nõ liberalis quã liberalis. Nã ars nõ liberalis, aut æquẽ p̄fecta est sicut liberalis: quæ admodũ Physica æquẽ digna sicut Geometria: aut etiã p̄fectior, ut Metaphysica. Sed hmõĩ nomẽ negatiuũ, habet ars nõ liberalis. Primo, quia nõ considerat eadẽ materiã, scilicet sermonẽ, aut quãtitatẽ, quã ars liberalis. Secũdo, quia deest nomẽ affirmatiuũ ad significãdũ oēs artes doctrinales, quæ nõ solent inter artes liberales numerari: idcirco circũloquimur ipsũ per aggregatũ nomine affirmatiuõ, & negatiõẽ præposita. Nã cũ deest nomẽ unius mẽbri diuidẽtis, loco eius circũlocutione ex nomine alterius cũ negatiõẽ sumpto, utẽdũ est. ¶ Cæterũ cũ hæc ratiões q̄uis

sint cōueniētes, tñ uideantur arbitrari: q̄ aliā rationē ab signauerit, quare artes liberales dicantur aut non liberales, etiam rectè dicit, Cum non sit inconueniens, eiusdē artis & eadē ueras esse rationes. ¶ Deinde diffinitur ars, sermocinalis ea esse, quæ sermone principaliter considerat, aut congruum, ut Grammatica; aut uerum, ut Logica; aut ornatum, ut Rhetorica. Et eadem in præcedenti introductione dicta est disciplina rationalis. ¶ Ars autem mathematica, est quæ præcipuam quantitatis determinationem agit: non quidem cuiuscumque: sed aut numeri, ut Musica & Arithmetica (musica numeri harmonici: arithmetica numeri simpliciter) aut magnitudinis, ut Geometria & Astronomia: geometria, magnitudinis simpliciter: astronomia, magnitudinis celestis. Et hoc inuinit, per id quod in arte subiūgit in littera post diffinitionē Mathematicæ. Designat enim quod quantitas, cuius determinationē agit mathematica, est uel numerus uel magnitudo.

## TEXTVS.

¶ Grammatica, est ars sermocinalis, congrui sermonis compositionem tradens.

¶ Logica, est quæ uerum à falso diiudicat: & propriam argumentationis determinationem suscipit.

Logica, Dialectica: idem.

Et hæc due ad cæteras scientias acquirendas usque adeo sunt necessarie, ut sine eis, aliæ minime haberi possint: perinde atque aliarum præsidio destituta, non potest uis in sublime sustolli. His itaque (grammatica dico & logica) quasi geminis aliis subnixi sunt, oportet: qui ad ardua scientiarum fastigia peruiolare cõtendunt. Nempe ea de causâ administratiue dicuntur: quod alijs disciplinis cõsequendis adiuuentum præsent, & sunt tanquam earum instrumenta.

¶ Rhetorica, est ars sermocinalis, quæ uenusta oratione persuadere docet.

Persuadere, est dicendo aliquem in suâ sententiâ inducere.

Et hæc tres artes sermocinales simul sumptæ, triuuium dicuntur: quod trifido calle in unam metum, utpote sermonis cognitionem, tendant.

## EXPLANATIO.

¶ Diffiniuntur hic tres artes sermocinales: quarum Grammatica congruum ab incongruo discernit: & latinæ orationis contextum docet, litterarum enim, syllabarum, dictionumque determinationem in hunc finem refert, ut orationem congruam, latinamque componat. Logica, uerum à falso internoscit, & omnem argumentationis rationem modumque declarat: cætera omnia, ut terminorum proprietates, propositionumque diuersas passiones ad argumentationis cognitionem ordinat. Et eadem alio nomine Dialectica dicitur: non quidem capiendo dialecticam per ea parte logicæ, quæ de locis dialecticis est, sed pro tota logica. ¶ Deinde ipsius grammaticæ & logicæ necessitas pariter & utilitas ostenditur. Necessitas quidem, quod sine eis aliæ scientiæ non possint perfecte haberi. Utilitas uero, quod earum præsidio, in cæteras scientias omnes, patet aditus. Nempe grammatica sermone docet, quo omnis disciplina traditur, & alteri comunicatur. Logica uero rationationem, qua in omni scientiarum genere ueritas comprobatur. ¶ Quare grammaticam & logicam intentissima diligentia sibi comparare debent, antequam ad cæteras perdiscendas se conferant, qui in altioribus disciplinis profectum & intelligentiam quærunter. ¶ Denique Rhetorica, uenustum ab inuenusto distinguit, & persuasionem docet. Est autem persuasio, cum quis dicendo, hoc est uenuste, & secundum leges rhetoricæ orationem habendo, inducit aliquem in suam sententiâ. Ut orator, & quisquis agit cauus, tunc persuadet: cum sua oratione iudicera ad id quod intendit, inflexerit. ¶ Dicuntur autem prædictæ tres artes sermocinales simul sumptæ triuuium, nomine sciuet metaphorico, quasi tribus uis in unum finem, scilicet sermonis notitiam, tendentes.

## TEXTVS.

¶ Musica est ars liberalis, sonorum harmonias, proportionemque diffiniens.



¶ *Aritmetica, est q̄ numeros, & eorū proprietates cōtēplat.*

¶ *Geometria, quae magnitudines.*

Et sub hac, perspectiua continetur, quae circa lineam visua-  
lem, speculāq; & cetera id genus, quibus fit visio, in-  
tenta est.

¶ *Astronomia, est quae corpora caelestia, & eorum motus  
speculatur.*

Et haec quatuor simul acceptae, vocantur *quadriniūm*, quod  
quatuor methodis & vijs in vnum terminum, scilicet  
quantitatis notitiā, progrediuntur.

## EXPLANATIO.

¶ *Diffiniuntur hic quatuor artes Mathematicae: quarū  
Musica cōsonantias sonorū, & numerū harmonicū cōsi-  
derat. Aritmetica uerō, numerū simpliciter, nō conside-  
rādo cui⁹ rei sit, contēplatur. Geometria, magnitudines  
simples nō simul attendēdo in quo subiecto existāt, earūq;  
proprietates docet. Sub qua cōprehendit̄ perspectiua, quae  
principaliter de radio uisuali (quam lineam uisualem di-  
cunt) pertractat, & speciebus rerum uisibilibus, de uar-  
ijs speculorū generibus: & summam quo pacto fit uis-  
io, demonstrat. Astronomia, magnitudines caelestes, earūq;  
motus & uertigines edocet. ¶ Et haec quatuor sciēti-  
arū mathematicarū simul sumptarū, noīe trāslatio dicunt̄  
quadriniū, quasi quatuor uijs in unum finē, pedentes. s. in  
quātitatis contemplationem. Quae libet autem earum  
separatim sumpta, dicitur ars mathematica. quemadmo-  
dum unaquaeq; sermocinalium per se sumpta, dicitur ars  
sermocinalis, sed tres simul acceptarū, dicuntur triuium.*

## TEXTVS.

¶ *Ars moralis, est ars hominum mores, quo bene beateq;  
uiuant, rectē instituens.*

¶ *Ars naturalis, est quae rerum naturalium, humanicōs  
temperamenti determinationem sibi uendicat.*

¶ *Supernaturalis, quae supranūdanorum, resq; naturales*

*supereminentium.*

*Res naturales, sunt totae substantiae quae in hoc mundo  
sensibili consistunt.*

¶ *Supranūdana: deus superbenedictus, & intelligen-  
tiae spiritusq; caelestes.*

¶ *Ethica, est ars moralis, unumquemq; hominem honestē  
& secundum uirtutem uiuere docens.*

Et eadem, monastica dici potest: quod unum hominem ad  
uite probitatem dirigat.

¶ *Oeconomica, est quae domū, familiāq; gubernandā curat.*

*Politica, quae rempublicam & hominum multitudinem.*

*Oeconomica, familiaris, domestica: idem.*

*Politica, Ciuilis: idem.*

Et sub hac, *Ius Canonicum* (quod ecclesiasticum dicitur  
ordinem) & *Ius ciuile* (quod ciuile hominum genus mos-  
deratur) comprehenduntur.

*Ius Canonicum, ius pontificium, ius diuinum, decretū, idē.*

*Ius ciuile, ius caesareum, ius humanum, leges.*

## EXPLANATIO.

¶ *Ars moralis, a componēdis hoīm moribus nomen  
sumit. Et tripartita est: aut enim unius hoīs mores insti-  
tuit, & dicitur Ethica: aut multorum, unam domū & fa-  
miliā constituentiū, & uocat̄ oconomica: aut multorū,  
rempublicam & ciuitatis & multitudinem componē-  
tium, & dicitur Politica. ¶ Ars naturalis, aut rerum  
naturalium determinationem agit, ut Physica: aut hu-  
manae complexionis sanitatisq;, ut Medicina. Sunt  
autem res naturales, substantiarū compositarū in hoc mun-  
do sensibili existentes: ut ignis, aer, equus, homo,  
& cetera quae generantur & corrumpuntur, de quib;  
bus in physica determinatio suscipitur. ¶ Ars uerō  
supernaturalis, supranūdanorum et res naturales  
dignitate supereminentiū determinationem sibi uendicat.*

Sunt autem supramundana, dignissima natura entia, res sensibiles hoc in mundo contentas perfectione & nobilitate longè excedentia, ut deus semper benedictus, & spiritus ægelici. ¶ Deinde tres artis moralis species disti-  
 finunt, & primo Ethica. In cuius diffinitione, adiectiuum, unumquemq; capitur indifferenter secundum genus: ut non modo viros, sed etiam mulieres in sua iu-  
 uersalitate complectatur: sensus q; sit, unumquemq; uirū & unamquamq; mulierem honestè, hoc est secundum uirtutem uiuere docens. Id enim in disciplinis frequen-  
 ter usu uenit: ut uocabula indifferenter secundum genus, numerum, aut personam & similia accidentia sumantur. Et eadem græco nomine, monastica dicitur: quia unum  
 hoïem ad uirtutè moderatur. ¶ Economica aut, docet pa-  
 trẽfamilias rectè gubernare domū & familiã suã, s. uxores, liberos, & seruos. Et latino noie dicitur familiaris, à familia, uel domestica à domo regenda. ¶ Deniq; Politica docet magistratus & optimates gubernare rempublicam, regem moderari regnum: & imperatorem suum imperium. Et latino nomine, ciuilis facultas siue disciplina  
 ciuilis dicitur. ¶ Sub Politica autem continetur Ius Canonicum, quod ecclesiastici ordinis uiros dirigit, eorumq; uitam ac mores componit: decreta, sacrasq; sanctiones, ad ecclesiasticam rempublicã moderandam constituens. Et dicitur alio nomine Ius pontificium, quod à summis pontificibus sit compositum. Præterea Ius di-  
 uinum, quod de rebus diuinis & sacris pertractet: Postremo uulgato nomine dicuntur Decreta, quod sanctorum patrum sint constitutiones. ¶ Continetur insuper sub politica Ius ciuile, quod ciuili, ecclesiasticæ sortimimè destinatorū rempublicã regit. Vocaturq; alio noie Ius Cæsareum, quod à Cæsaribus & imperatoribus Romanis sit cõditū. Dicit & Ius humanū: quia sit de rebus hūanis, & ei⁹ cõstitutioes uulgariter leges dicunt.

## TEXTVS.

¶ *Physica, est ars, res naturales & earū motus cõsiderans.*  
 ¶ *Medicina, est quæ circa humani corporis sanitatē, cõ-*  
*temperamentūq;*

*temperamentūq; insitit.*

¶ *Metaphysica, est ars supernaturalis, quæ ex inferiorum scientiarum adminiculis ad cælestium contemplationem subuehit.*

¶ *Theologia uerò, quæ sublimiore modo ex sacris eloquijs ad diuinorum cognitionem assurgit.*

Omnes autem artes doctrinales suo ambitu Philosophia complectitur: quæ definitur esse perfecta rerum humanarum, diuinarumq; cognitio.

Et Philosophus dicitur, qui cõsummata rerum humanarum diuinarumq; scientiam assectus est.

Quo nomine, dignus Peripateticorum omnium iudicio, in primis habitus est Aristoteles.

## EXPLANATIO.

¶ Diffiniuntur hic artis naturalis & supernaturalis species. Et primo Physica, quod res naturales, earūq; motus ut generationem, corruptionem, augmentationem, diminutionem, alterationem, & secundum locum mutationem determinet. Deinde medicina diffinit, quod circa sanitatem & hominis cõtemperamentum uersetur. Sub sanitatē, ægritudinem; & sub cõtemperamento distemperamentū cõprehendendo, per hanc regulã, Negatio, sub affirmatione cõprehendit. & per eã intelligitur. In qua affirmatio capitur pro re digniore & perfectiore; negatio uerò pro re minus digna, minusq; pfecta, ut sanitas perfectior est, ægritudo imperfectior. Postea diffinitur Metaphysica, quæ quauis idem consideret quod Theologia; non tñ eodẽ modo, neq; eisdem medijs. Nã metaphysica ex inferiorum scientiarū, ut liberaliū, moraliū, & naturalium præsidijs ad cælestia contemplanda perducit: ut ex magnitudine ipsius primi entis, iminẽsam plenitudinẽ; ex multitudine, eius unitatẽ; ex motu, eius semper fixã stabilitatẽ; ex tempore, æternitatẽ; ex uirtutum pulchra imitatione, summã eius bonitatẽ, Theologia uerò,

altiore medio ex sacris literis, prophetarum oraculis, sanctissimorum eloquiorum autoritate, ad ipsius dei & caelestium cognitionem tendit. Et hæc sanctissimorum Apostolorum atq; prophetarum scriptis est tradita. Illa uero, priorum & dignè de deo sentiētium philosophorum. ¶ Et hæc de cuiuslibet scientia materia & nomine generatim adducta præsentī introductioni sufficere poterunt: quæ nihil nisi nomina scientiarum cognoscenda, earumq; materiam summam apericiendam suscepit. Nam propria uniuscuiusq; scientiæ, exactaq; determinatio: eo in loco ubi ipsa peculiariter traditur, requirenda est. Postremo, diffinitur Philosophia, quæ in sua ratione oēs artes doctrinales, scilicet liberales, morales, naturales, & supernaturales coniunctim continet: cum per se sine adiuncto sumitur. Nam quam do ei adiungitur adiectiuum alicuius specialis scientiæ; tunc ratione adiectiuonis pro illa solum sumitur. Vt moralis philosophia, pro arte moralis; naturalis philosophia, pro physica; supernaturalis philosophia, pro metaphysica. Diffiniturq; esse perfecta cognitio rerum humanarum, ad denotandū disciplinas inferiores de rebus humanis, & quæ apud nos sunt, à nobisq; perferuntur tractantes: quales sunt artes liberales, morales & naturales. Dicitur præterea esse rerum diuinarum cognitio, propter disciplinas superiores, & de rebus diuinis determinantes: quales sunt metaphysica & theologia. Et Philosophus, dicitur qui ipsam philosophiam cum humanam, tum diuinam complectè affecturus est. ¶ Quo quidem nomine, quamuis priscorum sapientum multi fuerint insigniti, omnium tamen unus Aristoteles ante ceteros, huiusmodi titulo uisus est dignissimus, qui alios & scientiarum inuentione, earumq; ad omnium utilitatem additione longè exsuperauit: qui diuino quodam munere concessus est mortalibus, ut eorum mentes ignorantie tenebris caligantes, clarissimo doctrinæ lumine perfunderet, essetq; omnium literarum studia amplectentium dux primarius. Qui solus etiam posteritati, & maxime Christianis est usus accommodatissimus; quem ipsi in literaria pro-

fessione ut principem haberent: cuius doctrinam & philosophandi rationem, prætermisiss alijs, sectarentur, nec ab re quidem. Est enim eius doctrina solida, & ueritati firmiter innixa, sine opinionum incertitudine, sine problematum ambagibus clarissima; rationibus, quæ dissolui non possunt, firmata: breuibus uerbis copiosam sententiam comprehendens, animumq; ueritatis amatore rediens sine fluctuatione & uacillatione tranquillū. Quæ oia uix in altero quoquam usque adeo cumulata inuenias.

## TEXTVS.

¶ Porro omnis ars doctrinalis, intellectum & scientiam ut præcipuas partes suas continet.

Intellectus, est habitus principiorum.

Habitus, est ex assiduo usu acquisita quicquam operandi consuetudo.

Principia, sunt propositiones manifestè veræ: per quas in disciplinis aliæ probantur.

Sic intellectus grammaticus, est principiorum grammaticorum habitus: & logicus logicorum. & ita de cæteris sub arte doctrinali contentis speciebus.

Scientia, est habitus conclusionis per demonstrationem acquisitus.

Conclusio, est quæ per alias demonstrari nata est, ex principijs illata propositio.

Demonstratio, est ex principijs conclusionem manifestans argumentatio.

¶ Ita scientia grammatica, est conclusionum grammaticarum habitus per demonstrationem grammaticam acquisitus: & Logica, Logicarum. Et hoc pacto deinceps per cæteras artis doctrinalis species procedendo.

¶ Quemadmodū tota argumētatio, cōtinet antecedens, & consequens, tanq̄ partes suas pr̄cipuas & integrales: ita quælibet ars doctrinalis, intellectū (q̄ est antecedētis notitia) & sciētā (quæ est cognitio cōsequētis) ut suas partes principales cōplectitur. Quare in analogia ipsa, tota ars est, ut tota argumentatio: intellectus, ut antecedens; & sciētia, ut consequens. Et qm̄ unum relatiuè oppositorū eodē modo diuidit̄, ut reliquum; quæadmodū ars doctrinalis prius diuisa est, ita & intellectus diuidit̄ & sciētia. Primū enim intellectus, diducit̄ in intellectū liberalē & non liberalē. Deinde liberalis, in intellectū sermocinālē & mathematicū. Intellectus sermocinalis, in grāmaticū, logicū, & rhetoricū. Mathematicus uerō, in musicū, arithmeticiū, geometricū, & astronomicū; & ita cōsequenter. Ita sciētia, diuidit̄ in scientiam liberalē & non liberalē. Scientia liberalis, in sermocinālem & mathematicā. Sermocinalis, in scientiā grāmaticam, logicā, & rhetoricā; & ita p̄ cætera mēbra formulæ diuisionis in principio huius introductiōis positæ, procedendo. ¶ Deinde diffinit̄ intellectus esse habitus, hoc est firma & nō facile ab animo debilis cognitio principiorū; ut notitia huius principij, omne totum est maius sua parte: aut huius, oīs pars est minor suo toto, firmiter & tenaciter hærens aīo, est intellectus. Habitus aut̄, est cōsuetudo agendī aliquid, siue extrinsecū animo, siue intrinsecū, acquisita ex assiduo usu & exercitatione. Acquiritur em̄ oīs habitus ex operationibus frequenter iteratis. Nā sola una operatio, minimè gignit habitū: ut una scriptio nō reddit quenq̄ scriptore; nec una depictio hominē efficit pingendī peritum: quare debet habitus oīs acquiri frequenti usu: ut habitus pingendī assiduo pingendī usu, & habitus citharizandī, est consuetudo rectè pulsandi citharam, acquisita p̄ assiduū usum. ¶ Postea diffiniuntur principia doctrinalia, quorum duplex in illa diffinitione ostenditur proprietas. Vna, quōd s̄nt propositiones manifeste ueræ, hoc est per seipsas, & non p̄ alias notæ; quemadmodū sol per se est lucidus; & ignis

à se calidus. Secunda est, quōd ipsa principia manifestat̄, & probat̄ alias propositiones non à seipsis notas: sicut sol illuminat illa quæ suapte natura nō s̄nt lucida; & ignis ea calefacit quæ de se non s̄nt calida. De principijs exēplum. Vt impossibile est idē esse, & simul non esse. Quod est maius toto: etiā est maius illius parte. & ita de alijs. Diuiduntur autem principia, eodē modo sicut intellectus. Nam primò aliqua s̄nt liberalia; alia nō liberalia. Liberalium, aliqua s̄nt sermocinalia, alia mathematica. Sermocinalium, quædam s̄nt principia grāmatica, quædam logica, quædam rhetorica, & ita de alijs. Principia grāmatica, s̄nt propositiones grāmaticæ manifeste ueræ, per quas in grāmatica alix probantur. Et principia logica, s̄nt propositiones logicæ manifeste ueræ, per quas in logica alix probantur, & ita de cæteris. ¶ Postea diffinitur sciētia esse habitus, id est firma & non facile mente abolebilis notitia conclusionis, unius uel plurium, acquisitus per demonstrationem unam uel plures. Nam uocabula in diffinitionibus indifferenter secundum numerum accipiuntur. Vt habitus huius conclusionis, terra mouetur deorsum, acquisita per hanc uel similem demonstratiōē. Omne graue mouetur deorsum, terra autem est grauis, ergo terra mouet̄ deorsum: est scētia. ¶ Cōclusio autem demonstratiōis (nam ea sola hic diffinitur) duas habet conditiones, oppositas conditionibus principiorum. Prima est: quōd ipsa de se non est manifesta: sicut neq̄ aer de se est lumine clarus: neq̄ lapis de se calidus. Altera, quōd ab alijs propositionibus, scilicet à principijs suæ ueritatis cognitiōē accipit, sicut aer suscipit lumen à sole; & lapis calo rem ab igne, & diuiditur prorsus eodē modo conclusio, sicut sciētia & ars doctrinalis. Estq̄ conclusio grāmatica: quæ per alias probari nata est ex principijs grāmaticis illata propositione. Et conclusio logica, est propositio logica ex logicis principijs illata atq̄ probata. ¶ Demonstratio autem est tota argumentatio composita ex principijs positis in antecedente, & cōclusionē quæ est cōsequens, ut hæc argumentatio. Quicquid progreditur, habet pedes, cancer

autem progreditur: ergo cancer habet pedes. est demonstratio: quia est argumentatio manifestans conclusionem illam tam, ex principijs in antecedente assumptis. Diuiditurque demonstratio in eadem penitus membra: in quæ ars doctrinalis, secundum disciplinarum numerum & uarietatem. Et demonstratio grammatica, est ex principijs grammaticis conclusionem grammaticam manifestans argumentatio. & logica demonstratio, ex logicis logicam.

## TEXTVS.

**¶** Ex his, quid sit habitus intellectualis, & quid suarum specierum qualibet: non difficile est deprehendere.

Habitus intellectualis, est habitus qui circa veri considerationem versatur, intellectumque perficit.

Intellectus, est anime rationalis potentia quæ intelligit.

Eius species sunt quinque: scientia, intellectus, sapientia, ars, & prudentia.

Quid scientia sit & intellectus: modo, cum de partibus artis doctrinalis sermo fieret, dictum est.

¶ Sapientia, est rerum diuinarum cognitio.

Quæ si ex humanis disciplinis ad caelestia conscendat, Metaphysica: si uero ex sacratissimis & diuinitus reuelatis scripturis, Theologia prius dicta est.

Ars, ars mechanica, quæ prius etiam diffinita est.

¶ Prudentia, est habitus rectè consultandi de ijs quæ ab homine agenda vel fugienda sunt.

Consultare, est de dubijs & incertis à nobis operabilibus, quo pacto agenda sunt, per rationem inquirere.

¶ Sed hæc summis (ut aiunt) labris delibata sufficient: quando quidem exactior eorum determinatio, alio loco requirenda est.

## EXPLANATIO.

**¶** Ut quis dicatur habitus intellectualis: opus est in primis quoddam circa uerum uerferetur. Quare opinio, suspicio, & error non sunt habitus intellectuales secundum hanc rationem, quia plerumque sunt fallorum, & non perficiunt intellectum, sed potius imperfectum reddunt. Hic siquidem habitus intellectualis, pro uirtute intellectuali sumitur, habituque perficiente: & non generaliter pro quocumque habitu quo intellectus aliquid cognoscit. Versaturque habitus omnis intellectualis circa considerandam rationem ueri; aut actiuam, ut ars & prudentia, quæ ordinantur ad agendum; aut contemplatiuam, ut scientia, intellectus, & sapientia, quæ sunt ad speculandum. Et in diffinitione habitus intellectualis, non capitur intellectus pro habitu principiorum; nam hoc modo est secunda ipsius species: sed pro uirtute siue potentia intelligendi, qua solus animalium homo, præditus est, in qua sunt habitus intellectuales tanquam in subiecto. ¶ Deinde enumerantur ipsius intellectualis habitus quinque species, sub quibus alix continentur, ut sub intellectu continentur intellectus grammaticus, intellectus logicus: sub scientia, comprehenditur grammatica, logica & cæteræ disciplinæ: quæ speciali nomine expressæ, ut eas diuisionis series continet, deprehenduntur esse quatuordecim, scilicet Grammatica, Logica, Rhetorica, Musica, Arithmetica, Geometria, & Astronomia, Ethica, oEconomica, Politica, Physica, Medicina, Metaphysica, Theologia. Ita sub arte continentur omnes artes mechanicae. Ars autem doctrinalis collocatur sub scientia & intellectu coniunctis; quoniam ex illis, ut suis partibus, componitur. Ars uero generaliter sumpta, ut est supremum in principio positæ diuisionis, conuertitur cum habitu intellectuali, eandemque species scilicet has quinque hic enumeratas, habet. Prius autem diffinita est scientia & intellectus, cum fieret mentio de partibus artis doctrinalis. ¶ Quid etiam sit Sapientia, ex superioribus factis constat: nam Meta-

physicæ & Theologiæ rationem continet, & ad diuersa cōsideratione habita, modo Metaphysica dicitur, & modo Theologia. ¶ Quarta deinde species scilicet Ars etiā diffinita est: nam ut cæteris annumerata speciebus quartū obtinet locū: in arte mechanica sumitur. ¶ Postremo Prudētia, diffinit esse habitus intellectualis, quo homo rectè cōsultat, & deliberat de agēdis à se & fugiēdis. Et hic ad bñ beateq; uiuēdū per ip̄ necessariū est. Ostēdit em̄ quō faciēde sunt operationes humanæ: & eas ad rectitudinē dirigit: haud sec⁹ ac ocul⁹ corpore⁹, pedes ad rectè & sine offēsiōe ambulādū moderat. ¶ Cōsultare autē est inquirere per rationē, circūstātiarūq; actiōis humanæ cōsideratiōnē, de dubijs & incertis. Nā quæ certa sunt ut presentia, præterita, necessaria, nō ueniūt in cōsultatiōnē. Præterea cōsultatio est de operabilibus à nobis: id est de his quæ à nobis fieri possunt, si uolumus, & dimitti itidē si uolumus. Impossibiliū em̄, & eorū quæ nō sunt in potestate nostra, nō est cōsultatio. Verum de his hætenus: nam ad moralem philosophiam spectat accuratior eorum declaratiō.

## Regulæ Artium.

### ¶ Prima regula.

¶ Omnis ars, tribus potissimū acquiritur: præceptiōe, usu, & imitatione.

¶ Præceptio, est certa lex & regula, aliqd rectè agere docē. Usus, est frequēs & assidua umis, eiusdemq; rei operatio. Imitatio, est aliorum ad aliquid similiter agēdū emulatio.

### ¶ Secunda regula.

¶ Artes doctrinales, eō maiore diligentia quā mechanice comparandæ sunt, quō his digniores habentur: animūq; suapte natura cognoscendi cupidum perfectiorem reddunt.

### ¶ Tertia regula.

¶ Artes mechanicæ, suam quæq; materiā habent & finem: quibus à se inuicem distinguuntur.

Materia artis, est circa quam eius operatio uersatur.

Finis artis, id est, ad quod ipsa ordinatur.

### ¶ Quarta regula.

¶ Artium doctrinalium, cuiq; suum est genus subiectum: quo una ab altera discrimen habet, & suus autor.

Genus subiectum, est quod præcipuē in aliqua scientia determinatur.

Genus subiectū, subiectū attributionis, materia circa quā. Autor, est qui primus aliquam disciplinam inuenit: aut inuentam, sua opera completiorem reddidit.

## EXPLANATIO.

¶ Prima regula intelligitur de arte, quæ altero docente acquiritur. Nam quæ per propriam habetur inuentiōnem, præceptione ab altero suscepta nō indiget, neq; imitatione: cum nullus eam artem exercuerit, à quo præcepta artis accipiat, aut quem imitetur: sed solum requirit usum. Ea uerò quæ ab altero per doctrinam suscipitur, ut perfecta habeatur, tribus indiget, exempli gratia. Ars scribēdi, primo requirit certas regulas dirigentes discētem ad characterū literariū formationē: Secūdo, assiduā scriptiōnē: Tertio, imitationem, qua dicēs pro uiribus nititur formare literas ad similitudinem literariū docentis, quas tanq; exemplar ante oculos propositas habet, easq; attentius considerat, ut quātū possit, similes efformet. Et horū triū, præceptio sola ab altero habetur scilicet à docente. Usus autē & imitatio, à seipso solum. Debet enim discens exercere frequenter operatiōnē, cui⁹ artē uult assequi: neq; quicq; pro eo id facere potest, cui⁹ operatiōe euadat præptior & peritior. Debet & imitari eū à quo discit artem, si ad illius pfectionē peruenire cōten dit: nō aliter quā si qs ad metā puenire cupit, quā ali⁹

affectus est, debet eadē uia proficisci qua progressus est alter. ¶ Secunda regula, hortatur ad diligentem operam artibus doctrinalibus cōparādis impendendam, duplici ratione. Prima, quātō aliquid dignius est, tātō uigilātor cura ad illud obrinēdū est prestāda: sed artes doctrinales sunt longē digniores quā mechanicae, ut ex superioribus aperte constat; ergo maior uigilantia ad doctrinales quā mechanicas artes est adhibenda. Secunda, quātō aliquid animū perfectiorē efficit, tātō maiore diligētia est quaerendū; sed artes doctrinales, animū longē magis p̄ficiūt quā mechanicae: sunt em̄ doctrinales ad animū, mechanicae uerō ad corpus accommodatae: igit̄ artes doctrinales maiore diligētia quā mechanicae sunt cōparādae.

¶ Quocirca, ingenuū adolefcētes, & q̄ degenerē nō estis animo, nullo parcite labori, nullas uigilias recusate ad pretiosas animi diuitias, disciplinas dico liberales, & in genua studia & bona, gemis & auro digniora cōsequenda. Memērote uos̄ p̄s ad studia literarū, ut ad rerū p̄tiosissimarū mercaturā, destinatos esse. Doctrina uobis propōita est cōparāda, p̄ qua labor assidu⁹, & sudor exoluedns est. Sine pecunia nō em̄tur opes & pretiosae merces. Sine labore (qui pretiū est ad sciētā sibi uēdicandā cōstitutū) nō acquirē doctrina. Itaq; tāti thesauri possessionē nolite paruipēdere: neq; inanes omnisq; doctrinae uacui torpescere. Quoniā ut dissipata inutiliter pecunia mercator nullis cōparatis mercib⁹, domū reuersus, nō mediocri probro est dign⁹, Ita si nihil doctrinae affectu fueritis, cū tēp⁹ & opportunitas affuerit, perditis impensis & tēpore sine fructu cōsumpto, cū summo dedecore, ignari, inglorij, & sera poenitudine tristes, miseram trahetis uitā. Hāc alta mente reponite, hāc sepius aīo peruoluite, his quasi stimulis, torpentia corda ad studiū excitare. ¶ Tertia regula, ostendit quōd artes mechanicae ab inuicē distinguunt̄, p̄ duo. Primo, p̄ materiā circa quam uersant̄, siue ex qua earū opa fiūt. Vt lanificiū, circa lanā; ars nemoraria, circa ligna; militaris, circa arma, ut instrumēta q̄bus exercēt̄, intēta est. Secūdo, p̄ finē ad quē ordināt̄: ut lanificiū, ad indumēta corporis; ars Ne-

moraria, ad ignis, p̄ mortaliū necessitate, usum. Militaris ad suarum rerū defensionem; Et ita per ceteras artes mechanicas procedendo, ut hāc figura ostendit.

Artes Mechan.	Earum materiæ	Earum fines.
Lanificium	Lana	Indumētū corpo.
Nemoraria	Arbores & lign.	Vsus ignis
Militaris	Arma & bella	Suarū rerū defēssio
Naurica	Nauis & uela	Alimētū & merca.
Agricultura	Agri & segetes	Nutrimētū homis
Medicina	Vulnera	Sanatio hominis
Ars fabricis	Ferrū & ligna	Habitatio hominū.

¶ Quarta regula ostendit unamquamq; artem doctrinalem habere propriam, quam determinat, materiā, quam ab alijs differt; pariter & autotem suam, à quo inuenta, aut cōsummatior facta fuerit, ut hęc figura monstrat.

Sciētiarū noia	subiecta attribū.	Earum autores
Grammatica	sermo latinus	Priscianus
Logica	Argumentatio	Aristoteles
Rhetorica	Oratio persuasē	Cicero
Musica	Nūc' harmoniæ	Boetius
Arithmetica	Numerus	Pythagoras
Geometria	Magnitudo	Euclides
Astronomia	Magnitudo caele.	Ptolomæus
Ethica	Bonum hominis	Aristoteles
oEconomica	Bonum domus	Aristoteles
Politica	Bonū reipublicæ	Aristoteles
Phyica	Res naturalis	Aristoteles
Medicina	Bonū corporis hūa.	Hippocrates
Metaphyica	Primum ens	Aristoteles
Theologia	De⁹ sup̄būdictus	Prophe. & apollo.

¶ Est autem subiectum attributionis, sciētix circa quod principaliter sciētia uersatur, ut Grammatica, præcipue considerat sermonem latinum; & Logica, argumentationem: quare sermo latinus, grammaticæ, & argumentationis Logicæ subiectū est. Et alio nomine uocatur genus, subiectum, siue materia circa quam. Autor autē dicitur, qui scientiam aliquā inuenit, ut Aristoteles Logicā: aut scriptis suis perfectiorem reddidit, ut Cicero rhetoricam.

¶ Quinta regula.

¶ Artes sermocinales, præsertim Grammatica & Logica, quod cæteris sciētijs habendis apprime conducunt, ante alias summo conamine uendicande sunt.

¶ Sexta regula.

¶ Artes mathematicæ, acumen intellectui, & differendæ celeritatem afferunt: ad aliasq; disciplinas cum humanas tum diuinas, & necessariae & vtilis sunt.

¶ Septima.

¶ Cum non minus virtute quam sciētijs instituendus sit animus: moralis philosophiæ studium ad mores componendos in primis est necessarium, summopereq; expectandum.

¶ Octaua.

¶ Philosophia naturalis, necnon cæteræ discipline inferiores, ad metaphysicas cōtemplationes viam pandunt, aditumq; ministrant.

¶ Nona.

¶ Metaphysica omnium sciētiarum meta est & finis vltimus: ad quam, vt ad summum philosophiæ apicē, cætere omnes miro quodam decore ordinantur.

## EXPLANATIO.

¶ Quinta regula artium sermocinalium, præsertim Græmicæ & Logicæ necessitate declarat simul & utilitatē; quæ etiam post diffinitionem logicæ prius ostensa est. Monetq; ambas intētissima cura haberi debere, antequā

ad alias scientias pcedatur. ¶ Sexta regula, triplicem cōmoditatem artium mathematicarum ostendit. Prima est, quod reddunt intellectū acutum & perspicacē in discipienda ueritate; & ad rectam intelligentiam, sine lapsu in cæteris habendā, plurimum iuuāt. Secunda est, quod intellectui præstant celeritatem demonstrandi, & promptitudinem ostendendi cuiusuis propositionis ueritatem. Qui em̄ in mathematicis demonstrationibus, quæ certissimæ sunt & ordinatissimæ, fuerit promptus: in omni disciplina, ad aliquid demonstratione comprobādum, erit apertissimus. Tertia est, quod ad cæteras scientias sunt necessariae & utiles. Necessariæ quidem: quod sine illis nō possunt alix posteriores, ut physica, moralis philosophia, & metaphysica acquiri. Vtilis uerō: quod earū præsidio aliæ facili habetur. Quare ab his, quos pulchra literarū studia delectant, minime prætermitti aut negligi debent. ¶ Verum cum reliqua scientiarum iactura, hoc quoq; uulnus bonis literis illatum est, quod sciētix mathematicæ apud plerosq; nunc in nullo sunt pretio, tantū pernitius inutiles & nullius momenti relinquuntur; putaturq; earum studium superuacuum profusum, nullamq; afferre cultoribus suis utilitatem. Et quod dolentius dicendam est, certissima earum principia a quibusdam negantur: qui cum sibi tum cæteris uia doctrinæ sapiunt, occluduntq; fores, quibus ad eandem sit ingressus. Hinc eō deuentum est, ut loco seriarum disciplinarum, inania penē agitentur: & captiosa quædam parum fructus, detrimenti plurimum ad ueritatem ipsam cognoscendam, afferentia. Multi etiam disciplinas mathematicas uenerantur & amant. Vtinam foeliciora redirent tempora, & illæ literarum studiosis maiorē essent curam: nam tum prius tum cum curæ habentur, earum explorata est dignitas & utilitas. ¶ Septima regula, philosophiam moralem, eiusq; studium commendat, nec immerito: nā uirtus sine scientia, datur laudi, & prodest: scientia uerō sine uirtute, non modo non prodest, uerum etiā nocet, & grauiorem dedecoris notam infert. Maiore siquidem uituperio dignus est, qui quid agendum sit, nouit, & tamen non



facit: quàm eorū: quæ agēda sunt, ignarus. Igitur scientia, virtuti, scientiæq; uirtutis cōiungēda est, ad cōsummatā animi perfectionem adipiscēdam. Ad quod moralis philosophiæ studium mirum in modum cōducit. Nā ipsa docet quo pacto honestè uiuendum est, uirtutumq; officia pagenda sint. ¶ Quod ut cupidissimè amplectātur adulescentes, admoneo: non solum ut sciant, uerumetiam ut cum sciuerint, o perentur: meminerintq; se non scientiæ comparandæ gratia dūtaxat desudare debere, sed & uirtutis: quæ sola suo officio beatos efficit homines. Non itaq; apud ipsos de moribus ultima fiat quæstio, sed prima, si se scientia dignos haberi uelint, & ab hominum literatorum cōsortio non excludendos. ¶ Octaua & nona regula, ordinem philosophiæ naturalis & cæterarum inferiorum ad metaphysicā edisserit. Sanè quæadmodū in gradu sursum tendente, gradus infimus & intermedij omnes ordinantur ad supremum, ad quem etiam ascensum præstant: sic & infimæ & intermedij omnes disciplinæ citra metaphysicam numeratæ, ad ipsam metaphysicā, ut supremū omnium, ordinantur, præstantq; illi acquirendæ præsiidiū. Cæterū, supra metaphysicam, non est ulterius conscendendum: sicut neq; supra supremum gradum. Et ergo metaphysica, supremus philosophiæ apex dicitur.

## ¶ Decima regula.

Cum expedita quicq; agendi, nisi parto iam habitu, non assit facilitas: adulescentes eorum quæ discunt, habitum sibi formare pro uiribus contendant.

## ¶ Undecima regula.

Non in opinionū inter se dissidentium uarietate & incertitudine scientia esse existimetur: sed in unica, certa, sibiq; constanti (quam recte disciplina docent) uarietate.

## ¶ Duodecima regula.

Non item argutijs sophisticis (quæ ad contrahendum ueritati inaniter excogitantur) scientia comparari existimetur: sed demonstratione, aliāue recta argumentatione.

Quæ ex manifestioribus minus manifesta comprobet.

## EXPLANATIO.

¶ Decima regula, monet eorum quæ scire expeditè uolumus, habitum esse comparandum: quoniam sine habitu, nihil promptè & cum facilitate quoties libet facere possumus. Non enim scribendi cuiquam est promptitudo, nisi scribendi habitum habuerit, neq; depingendi imaginem, nisi artis pictoriæ habitus sibi comparatus fuerit, neq; quis facillè & rectè citharam pulsat, nisi acquisito citharam tangendi habitu. Ita neq; promptè quis argumentabitur, aut disseret, si consuetudinem argumentandi non conquisierit. ¶ Ad habitum autem acquirendam, duo requiruntur. Primum, quod frequenter fiant operationes illæ, ex quibus nascet habitus: nam unica operatio non sufficit ad eius acquisitionem. Quod Baptista Mantuanus eleganter hoc carmine annotauit.

Ver non una dies, non una reducit hirundo.  
Sic neq; solertes breuis experientia rerum  
Fert animos, uigilans prudentia surgit ab usu  
Multiplici, sicut de millecoloribus Iris.

¶ Secundum est quòd illæ operationes consimiliter fiāt, & posteriores non diuerso modo peragantur à prioribus: quoniam si fuerint dissimiles, non perficient habitum, sed confundent, sicut albedini additus alius color, item & alius eam non reddat intentionem, sed alijs coloribus permixtam. Itaq; ad aliquid firmiter memoria tenendum (id enim solum se quis scire existimet, quod memori fixū est animo) debet illud bis, item & ter, frequenterq; repetitōe resumī, eodē penitus modo posterius quo prius, sine mutatione ordinis, sine unius dictionis pro alia commutatione, imò uero sine literarum aut syllabarum euariatione: & tum primum firmus nascetur habitus, haud facillè abolendus animo. ¶ Undecima regula, ostendit in quo uera consistit scientia: comparatq; opinionē ad solidam doctrinarū ueritatē tripliciter. Primo, quia opinionēs sunt inter se repugnantes & oppositæ.

Quod enim una concedit, negat altera. Et hoc ipso argumento ostendit se à veritate longè semotas esse, quæ est sibi constans, & concors. Nam ut inquit Aristoteles, uerum uero consonat; falsum autè & à uero & à falso discrepat. Hinc perspicuum est ut plurimum opinioniones falsas esse, & ueritati minimè cohærere. At qui in falsitate non consistit scientia, quæ est conclusionis ueræ & necessariæ habitus, igitur non querenda est scientia in opinionum contrarietate. Secundo, quia opinioniones sunt uariæ, & plurimum inter se diuersæ. Nam ferè una ab alia, etiam circa eandem materiam, quoquo pacto euariatur, ut uix duæ omnino conueniant. Veritas autem doctrinarum est unica, sicut unicum est circuli centrū, & idcirco in perfectione est cum ad unitatem tendat. Opinioniones autem, ad imperfectionem labuntur; quia semper in maiore crescant multitudinem. Verum sicut Geometriæ imperiti, uerum circuli centrum assignare nescientes, diuersa assignant in circulo puncta, quisq; suum, quod dicit esse centrum, sicq; unius circuli plura designant centra, quorum nullum est uerum, nisi fortasse casu quisquam, id ignorans, eū uero centro coinciderit: ita qui ipsam doctrinarum unicam ueritatem amplecti nequeunt, diuersi diuersa assignant inter se omnino uaria, quorum unusquisq; suam assertionem dicit esse ipsam ueritatem, nulla tamen earum cum ueritate conspirat, nisi quis in rectam ipsius determinationem casu inciderit. Hinc uaria Aristotelis fiunt interpretamenta, frequentius ab eius intentione dissidentia, & ipsius dicta in diuersam trahuntur sententiam plerunq; menti eius repugnantem. Tertio, quia opinioniones sunt incertæ. Est enim opinio, alicuius cū incertitudine credulitas. Veritas autem, scientiarum est certissima, omnis penitus ambiguitatis experta. Itaq; scientia (quæ certa est conclusionis cognitio) nullum cum opinione habet commercium, sed cum solida tantum, quæ ostendit, ueritate. ¶ Duodecima regula, ostendit quo modo acquiratur scientia, eiusq; acquirenda potissimū declarat instrumentum scilicet argumentationem. Nō quidem sophisticam, quæ disciplinarum currentium est &

penè uulgarium, parum ad ueras scientias assequendas conducens. Nam ferè semper, aut uerum nititur probare esse falsum, aut falsum ostendere esse uerum. Et ex multiplicitate dictionis uel orationis, aut mala argumentatione, aut non recta applicatione propositionum doctrinarum duntaxat habet uim, atq; per rectam solutionem fit inualida. Sed scientia comparatur per argumentatione doctrinalem, quæ est propositionis ueræ, sed incognitæ per notiores manifestatio. Et hanc potissimum curant rectæ disciplinæ, eamq; in primis logica considerat. Et eius officium est uerum probare, & falsum refellere. Hæc rectam argumentandi formam seruat, fallaciam omnem detestatur, & refugit: uerum assumit, & ex eo uerum concludit. Quod si interdum assumat falsum aut concludat, id facit ut ex interemptione falsi cum conclusum assumpti, uerum comprobet. Deniq; hæc adeo est efficax & tantæ uirtutis, ut nulla solutio infirmari aut dilui queat. Et tantò est argumentatione sophistica dignior, quanto oratio grammatica, elegans & uenusta perfectior est ea oratione, quæ barbarissimi aut solecissimi habet uitium. Quam haud secus amplecti debent, qui ueram querunt scientiam, quàm qui grammaticus euadere cupit, orationem latinam, barbarissimo aut solecissimo non uitatam.

#### ¶ Decimatertia regula.

Argumentationum sophisticarum captionibus & modis adolescentes (ut aliorū argutias euitare, malantq; à recta argumentatione secernere possint) principio exercendi sunt: & interea ad ratiocinationis doctrinalis rectitudinem semper amplectendam inducendi.

#### ¶ Decimaquarta regula.

Principia scientiarum, uera esse supponenda sunt: neq; quo pacto requirenda est causa, per quam ueritatis eorum constet certitudo.

#### ¶ Decimaquinta regula.

Esti conclusiones scientiarum, antequam ex principijs sua

cognitionem acceperint, dubitabiles sunt: ubi tamen de monstrata fuerint, tanta certitudine vere esse credende sunt, ut nullo modo à veritatis suae firmitudine decidere possint.

## ¶ Decimasexta regula.

In principijs & conclusionibus scientiarum, quinimo in omnibus propositionibus ad disciplinas pertinentibus verba, nullam temporis rationem aut actum important: sed absoluuntur à tempore, aptitudinemq; significant.

## EXPLANATIO.

¶ Quāuis præcedens regula dixerit argumētatione sophistica scientiā minimè acquiri: nihilominus hæc decimasexta ostendit adolescentes esse imbuendos arte sophistica duabus de causis. ¶ Prima, ut cognoscētes sophisticam argumentandi modū, sibi caueant ne ab alijs circumueniant, sophisticas rōnes obliuiscuntibus, sed præoptudinem ad eas respondendi, rectè soluēdi, & defendēdæ ueritatis contra sophisticas calūnias habeāt. Non enim malum euitatur nisi cognitū. Vt non uitabit grāmaticus solocissimum, nisi cognouerit quomodo solocissimus, & quā committitur. Neq; uitabit auis laqueos, aut insidias uiautor, ubi eas non deprehenderit. ¶ Secunda causa est, ut per cognitionem artis sophisticæ ueram argumentationem ab apparente internoscere possint adolescentes. Quinimodiscrimen inter aliqua duo differentiamq; ponere uult, ut eorum utrūq; cognoscat necesse est. Nō enim adulterina numismata à ueris discernet, qui ea non cognoscit: neq; herbam noxiam à salubri internoscere poterit, qui hanc & illam nō agnouerit. Ita neq; apparentē argumentationem à uera distinguet, qui illius naturam & conditionem ignorat. Non tamen sophisticis argutijis semper immorandū est, sed paulatim ab illis auocādus animus, & ad doctrinalem argumentationem conuertendus: quæ tantò pluris quàm altera faciēda est, quātò plus efficax

etia & roboris habet ad uerum ostendendum, & falsum improbandum. ¶ Decimaquarta regula, monet principiorum nō esse quæredā causam propter quā uera sicut, quia sunt primæ causæ. Vt in logica, nō est interrogandū quare omnem propositionem aut ueram aut falsam esse necesse est, aut quare impossibile est eandem propositionem simul esse ueram & falsam, nam utrunq; principium est. Et quia diuisiones scientiarum & definitiones, sunt earum principia, an autorum definitiones rectè sint assignatæ aut diuisiones sufficientes, minimè percontandū est, sed id sine alicuius probationis testimonio supponendum. ¶ Decimaquinta regula, dicit conclusiones scientiarū, anteq; demonstrantur, dubitari posse. Verū, ubi demonstratæ sunt, eas uerissimas & certissimas credi, habetisq; debere. Vt antequam hæc propositio est demonstrata in logica, Si alicuius consequentiæ antecedens est necessarium, & eius consequens itidem est necessarium, ipsa potest, imò debet dubitari. At cum fuerit demonstrata, omnis eius tolli debet ambiguitas, & firma ueritatis eius certitudo haberi. ¶ Decimasexta regula, docet in diuisionibus, definitionibus, principijs, conclusionibus, cæterisque propositionibus disciplinarum uerba absolui à tempore, & importare aptitudinē. Et cū logicus dicit, Superiora de suis inferioribus uniuersaliter uerificantur: non id de actuali uerificatione intelligendum est, sed quòd nacta sint uerificari. Et cū physicus asserit, omne graue moueri deorsum: non de motu actuali intelligit, sed de eo quod fieri natus est. Sensusq; est, omne graue, natum est moueri deorsum. ¶ Et hæc tres regulæ etiam alijs locis positæ sunt. Verū quia rectorum disciplinarum uiam ingredi uolentibus, inirum in modum sunt necessariæ: & operæpretium est ut eas sibi persuasas habeāt, qui primum promouent pedem ad scientiarū acquisitionem: idcirco non superfluum existimari debet eas hic repetitas esse; quo tenacius & firmitus animis discentium figatur.

FINIS.

IACOBVS STAPVLEN. THEOBALDO  
paruo, & Aegidio Insulensi: in Studio philosophiæ cõmilitõ.



Recollectæ uix sunt charissimi amici  
nonnullæ Introductiunculæ, quas  
olim nonnullis prorsus adhuc rudibus  
philosophiæ tyrunculis tradideram:  
ut eorũ mens, quasi facili quodã  
præmissõ uatico, cũ ad currentes  
& (ut ita dixerim) uulgares, tũ ad  
nitidiores autorũ disciplinas præpara  
retur. Gotica em̄ illa dudum latinorũ literis  
illata plaga, bonæ literæ omnes nescio  
quid Goticum passæ sunt: haud secus  
ac Ouidius seipsum aliquid uitij inter  
barbaros Getas contraxisse, ita conque  
ritur.

Si quis in hac ipsa terra posuisset  
Homercum,

Esset (crede mihi) factus & ille Getes.

Ita tẽporũ iniuria factũ est, & facilis  
hic debet ueniam locutus, q̄ ad hæc  
pro tẽporũ cõditiõe introduximus. nam  
si q̄ ad Belgas itaret aut Sycãbros: minus  
docti illis uiderent, nisi qd Belgicũ  
saperet aut Sycãbrum. Ut ergo quæ  
ad peregrinas, uulgaresq̄ literas ptineãt,  
agnoscatis: hæc in primis esse  
cognoscite, Suppositiões, Ampliationes,  
Restrictiones, Appellationes, Exponibilia,  
Insolubilia, Obligatiões. & p̄inde hæc  
à philosophiã reiecta putent, & momẽtũ  
nullũ habere: nisi ad eũ exiguũ, neq̄ suas  
regulas ad uerã logicã, neq̄ ad uerã  
philosophiã eẽ trahẽdas: alioq̄n q̄  
secõ faciet, rẽ indignã faciet, sed  
sophismatis sũt cõsentanea: quæ cũ  
in cute qd p̄mittãt, nihil itus habet,  
quo id qd p̄mittit, exhibeat. aptẽ em̄  
loquor, neq̄ uos, neq̄ aliũ quẽquã  
fallere uolẽs. In alijs autẽ introductiõ  
ibus cognoscere prõptũ erit, quæ p̄  
huiusmodi exoticis disciplinis erũt  
adiũcta: quas tũ q̄ ignorãt, nãrã  
tẽpestatẽ cẽsentẽ ignari. Illas ergo  
recognoscite, addite, aut p̄ arbitrio  
subtrahite: & si qd utilitatis in  
ipsis cognoscitis, atq̄ ita uobis  
cõducere uideatur, sic qdẽm à uobis  
recognitas honestis adolescentibus,  
& eorũ utilitati, qui uestro  
subsunt moderamini, committite,  
atq̄ rectẽ ualete,

GIUDOCVS CLICHTOVELVS NEO  
portucensis, Carolo Bouillo, bonarum  
literarum amantiſſimo.



Aristotelis in Ethicis sententiã est,  
doctissime Carole, in tradendis discipulis  
primũ rudem inuena audientium  
animos esse præparandos, postea ex  
altiore doctrina diligenter excolendos:  
ceu pictores faciunt, primũ rudem  
effigiem protrahentes: quam deinde  
superpingendo expolitam reddunt.

Hinc artes introductionis aquirendis  
scientijs cognoscuntur uti illimã: quibus  
tenera ingenia ad solidiorem eorum  
cibum quasi lacteo quodam prælibamento  
disponantur. Nempe in eis plurimum  
artis & doctrinæ cum multa facilitate,  
breuitateq̄ continentur, quandoquidem  
diuisiones, diffinitiones, & regulæ  
(quibus potissimum introductiones  
traduntur) se statim intellectui  
manifestas offerunt. Cæterum, ars hæc  
quam seruant, latentior est & occultior  
quã ut à quouis primo mentis obtutu  
deprehendatur: nec eam sanẽ facile est  
perspicere, nisi à quoquam ipsam  
callente reclusa fuerit, haud secus ac  
uix ignarus, metam (quò tamen  
facilis perducit semitam) pertingere  
nequit, nisi altero dirigente per  
monstratum callem incedat. Proinde  
operæpretium duxi istas in logicam  
introductiones familiari commentario  
patentiores efficere: quo & clarius  
intelligantur, & pulchrioribus  
autorũ disciplinis, præsertim logicæ,  
cæterarum omnium parenti, consequendũ  
præsidium afferant. De monstratiõ  
ibus propositionibus eas, requirentibus  
adiecti (tameñ introductionum officio  
maiores sint) ut à primã literarum  
philosophicarum institutione, ad  
ollescẽtes demonstrandi consuetudinem  
trahant: quæ ad altiores scientias  
ascendendi uiam paret: necnon ut  
quanta in tota logica reclararum  
argumentationum certitudo sit,  
& demonstrandi uis, ex hac eius  
portiuuncula cõiecent: perinde atq̄  
ex riuulo, exuberantissimi fluminis  
dulcediũ

nem, & ex subrutilo luminis fulgore, candidissimæ lucis claritatem, deprehēdimus. ¶ Numeri superiores cōmētarij, indici tabulæq; cuiusq; introductiōis respōdēt; inferiores uerò, literæ & textui quorū hi intercisi sunt: illi uerò naturali serie continui. Hunc autem meum laborem tibi dulcissime Carole exhibitū, oblatūq; uolui: ut ex eo meam in te beneuolentiam, propter commune philosophiæ studium (quod magna iam pridem necessitudine nos mutuo deuinxit) cōtractam cognoscas; & bonarum artium studiosis adolescentibus, qui tuis reguntur auspicijs, eum communices: à quibus itidem in carteros nostræ lucubratiunculæ (si qua est) transferatur utilitas. Vale.

¶ *Introductionses sunt hæc.*

Ars Suppositio	1	In secundum Priorum	7
Ars Prædicabilium	2	In librum Posteriorum	8
Ars Diuisionum	3	Ars Locorum	9
Ars Prædicamentorum	4	Ars Fallaciarum	10
In librum de Enūtiatione	5	Ars Obligationum	11
Ars Syllogisimorum	6	Ars Insolubilium	12

COMARIVS.

Omen adest lætum, magnus redit, ecce, tyrones,  
 Introducing sub sua tecta faber.  
 Dædalus artifices inter celeberrimos omnes  
 Nouerat haud hæc, quæ Palladis iste Faber.

¶ **GIACOBI FABRI STAPVLENSIS** artificiales nonnullæ Introductiones, per Iudocum Clichtoneum in vnum diligenter collectæ, familiariq; Commentario per eundem declarate.

**Ars Suppositionum.**

DIVISIONES.

¶ <i>Suppositio,</i>	<i>Absoluta,</i>
<i>Materialis.</i>	<i>Discreta.</i>
<i>Personalis.</i>	¶ <i>Communis,</i>
¶ <i>Personalis,</i>	<i>Determinata.</i>
<i>Absoluta.</i>	<i>Confusa.</i>
<i>Respectiua.</i>	¶ <i>Confusa,</i>
<i>Propria.</i>	<i>Communis.</i>
<i>Impropria.</i>	<i>Confusa tantum.</i>
¶ <i>Propria,</i>	<i>Confusa distributiua.</i>
<i>Naturalis.</i>	¶ <i>Confusa distributiua,</i>
<i>Accidentalis.</i>	<i>Pro singulis generum.</i>
¶ <i>Accidentalis,</i>	<i>Pro generib' singulor.</i>

CLICHTOVS.

¶ **C**um tria sint oīs acquirendæ disciplinæ instrumenta: Diuisio, Diffinitio, & Ratiocinatio. Diuisio quidē, quæ determinatur in partes distribuēs; & ex cōmuniōibus ad interiora descendēs. Diffinitio, propriam cuiusq; rationē, & qd ipm sit, explicans. Ratiocinatio uerò, ex notiorib' min' nota cōprobans. Et introductiones ad disciplinas facilius intelligēdas adiūtū præstēt: quæ illic diffusè traditū breui' perstringēt: ipsæ quoq; trib' præcipuē ut instrumentis utunt', diuisio ne, diffinitione, & regulis. Diuisio, quæcūq; in introductione cognitu digna sunt in unā formulā certa serie colligunt frōti eius præfixā: in qua dictiōes, quarū pminēt & extāt i margine literæ capitales, diuisa sūt: quæ uerò illis subsūt, interiores, & à marginis extremitate seiuictiores: mēbra sūt diuidētia, Diffinitiones, quæcūq; prius diuisa e iij

fuerunt; & eodem quidem ordine seruato manifestant, & subiectæ materiæ proprias uocabulorū acceptiones clara descriptione dilucidant. Ad quas & interpretationes reducuntur, quæ si quod nomen obscurum occurrerit, clariori nomine uel oratione declarant. Et hæc facile dignoscuntur per particulam idē, calci interpretationis adiectā. Est enim ea interpretationis nota, interdum quidē expressa, interdū uerò suppressa. Regulæ autem, argumentationum locum tenentes, quæ in disciplinis generaliora sunt, succinctē cōplectunt eodē penit<sup>9</sup> ordine, quo diuisiones & diffinitiones digestæ & numeris adiectis anotate. In primæ autē introductionis (quæ suppositionū est) diuisionē, suppositio in summo loco collocat: quod hui<sup>9</sup> artus primū sit, supra quod nihil hic quaerendū est. Et priò diuisionē in materiale & psonalē. Deinde psonalis, in psonalē absolutā, & respectiuā. Debet em̄ diuisum secundū artē diuisionū resumī cū mēbris diuidentibus, quibus in formula diuisionis, ad uitādā prolixitatem, nō exprimitur. Absoluta, diuiditur in absolutam propriam, & impropriam, & ita cōsequēter p̄grediēdo, donec ad cōfusam & distributiuā peruentū fuerit: quæ deducti in cōfusam & distributiuā p̄ singulis generū, & pro generibus singulorū: & hic diuisionis status est. Sūt em̄ hæc p̄sentis artis ultima mēbra: infra quæ, nulla in disciplinis quaerenda sunt.

### Diffinitiones Suppositionum.

FABER,

**S**uppositio, est acceptio termini in propositione pro alio quo uel aliquibus: de quo uel de quibus huiusmodi terminus uerificatur, mediante copula suæ propositionis.

**V**erificari, est uerè & affirmatiuè prædicari.

CLICHTOUEVS,

**D**istinctio diuisionis, diffinitio suppositionis ponitur: in qua acceptio termini prima est particula, generis locum obtinet: designans terminis solum suppositionē conuenire, non propositionibus. Nullus enim rectè dixerit propositionē,

homo est animal, homo est sedens, supponere. Nō tamē quibuslibet, & quocunq; loco positus terminis, suppositio conuenit: sed solum in propositione. Nā per se, & extra propositionem positi termini, ut homo, animal, non supponunt. Terminorū autē supponentium aliqui pro aliquo accipiuntur & pro uno supposito: ut Sortes est sedens, homo est ambulans, Athenæ urbs fuit Græciæ. Alij uerò pro aliquibus & pluribus suppositis: ut populus est multus, homines sunt animalia. Qui pro aliquo supponit: de illo mediante copula suæ propositionis uerificatur, qui uerò pro aliquibus accipiuntur: de illis itidē mediante suæ propositionis copula uerificatur. Si quidē uerificatio, signū quoddam est, quo terminus supponere aptè cōprobatur. Est autē uerificatio, prædicati de subiecto uera & affirmatiua enuntiatio. Et ea quæ suppositionem probat, hoc pacto formanda est. Primo, capiēdo pronomen hic, hæc, hoc, aut simile, demonstrans id pro quo datus terminus supponit: & subiecti loco collocandum. Secundo, copula propositionis termini supponentis, sumenda est pro copula uerificationis. Tertio, terminus datus, cuius suppositio inquiritur, pro prædicato ponendus est ipsius propositionis, in qua sit uerificatio: quocunq; extremi loco in priori propositione positus fuerit. Exempli gratia: sit data suppositio, homo est animal, eius subiectum homo supponit, quia accipitur in propositione pro aliquo uel aliquibus, de quo uel de quibus idem terminus uerificatur, hoc est natus est uerificari mediante copula suæ propositionis. Et sit hoc pacto uerificatio, demonstrato Sorte, hoc est homo. Et prædicati supponentis sic sit uerificatio: demonstrato Sorte, aut quouis alio animali: hoc est animal. Cū autem huiusmodi uerificatio fieri aptè nō potest, terminus non supponit: ut huius propositionis, Adā est uiuens, subiectū nō supponit, quolibet enim, quod est demonstrato: nō est uerū dicere, hoc est Adā. Et uerificatur terminus supponēs de pro nomine demonstratiuo ut subiecto & extremo uerificationis. De eo uerò quod tali pronome demonstratur, etiam uerificatur: ut re & significato subiecti, quo modo

dicibilia de rebus prædicari rectè cõcedunt. Copula aut tẽ ppositiõis termini supponẽtis seruanda est eadẽ in uerificatione: nõ quidẽ secundũ qualitã. Nã ppositiõnũ negatiuarũ extrema, mediante copula affirmatiua uerificari debent, ut affirmatiuarũ: alioquin non esset uerificatio. Vt huius ppositiõis, nullus equus est lapis, sic fit subiecti uerificatio, hoc est equus: & prædicati, hoc est lapis, sed eadẽ penes tẽporis rationem: ut æque amplè & strictè sumatur in uerificatione, sicut in ppositiõne termini supponentis: quod posterius magis ostendetur. Summopere aut id unũ obseruandũ est: quod terminus supponens uniuersaliter acceptus, in uerificatione accipiatur particulariter. Vt si sit data ppositiõ, omne animal est substantia: nõ ita facienda est subiecti uerificatio, demonstrato Sorte, hoc est omne animal. Nã inepta est ppositiõ, cuius prædicato signum uniuersale additur, nõ dũ falsa: sed hoc homo, hoc est animal. Proinde, si in ppositiõne termini supponentis copula determinetur modo uniuersali, necesse aut impossibile: in uerificatione addendus est copulæ modus possibile aut æquiualeus. Vt omnis homo impossibiliter est lapis, subiectũ sic uerificatur demonstrato Sorte, hoc possibiliter est homo. Et prædicatũ hoc modo, demonstrato quocunq; lapide, hoc possibile est lapis. Si autem terminus supponens est obliquus, ut uerificetur, in rectam mutandus est. Vt piscis est in flumine: ablatiuus flumine supponit, & sic uerificatur: hoc (demonstrato quouis flauio) est flumen.

## FABER.

- ¶ *Suppositio materialis, est suppositio termini pro suo significato nõ ultimato, ut pro uoce, scriptura, vel cõceptu.*  
 ¶ *Significatum non ultimatum, est uox, scriptura vel cõceptus, quem nõ ex impositione, aut naturaliter propriè significat terminus.*  
 ¶ *Suppositio personalis, est suppositio termini pro suo significato ultimato.*

- ¶ *Significatum ultimum, est quod ex impositione aut naturaliter propriè significat terminus.*  
 ¶ *Suppositio absoluta, est suppositio termini non relatiui grammaticaliter.*  
 ¶ *Suppositio respectiua, est suppositio relatiui grammaticalis.*  
 ¶ *Relatiua grammaticalia sunt: qui, quæ, quod, ille, ipse, is, idem, suus, & sui.*  
 ¶ *Suppositio propria, est suppositio termini non metaphoricè accepti.*  
 ¶ *Suppositio impropria, est suppositio termini metaphoricè accepti.*

## CLICHTOUEVS.

¶ *Pro suppositione materiali & personali dignoscenda, præcognoscere oportet, duplex esse significatũ terminũ: ultimatũ scilicet & nõ ultimatũ.* ¶ *Significatũ ultimatũ, est significatum quod ex impositione, aut naturaliter propriè significat terminus. Ex impositione quidẽ: ut significatum uocis aut scripturæ. Naturaliter propriè uerò, ut cõceptus ultimati. Est autẽ naturaliter propriè significare aliquid, ipsius esse naturale signum: naturalemq; similitudinem: ut conceptus est naturalis similitudo eorũ quæ repræsentat. Sicut enim imago in speculo naturaliter repræsentat id cuius est imago: ita naturalis similitudo rei in mente, conceptusq; ultimatũ, id cuius est similitudo, ut notio Sortis, Sortem: & hominẽ, hominẽ repræsentat.* ¶ *Significatũ autẽ nõ ultimatũ, tres sub distinctione particulas in suæ diffinitionis principio cõtinet, quarũ singulæ ad sequentem diffinitionis particulã referendæ sunt. Prio, Significatũ nõ ultimatũ, est uox quã neq; ex impositione, neq; naturaliter propriè significat terminus. Vt ppositiõis uocalis, hõ est uox plata: subiectũ homo, seipsum & similes terminos significat: nõ tñ ex impositione ne, quia nõ est impositũ ad seipsum significandum; neq;*

naturaliter proprie, quia non est sui naturale signū: quare prædictum subiectum, sui ipsius significatum est nō ultimatum. Secunda, Aut significatum non ultimatum, est scriptura, quā neq; ex impositione, neq; naturaliter proprie significat terminus: ut propositionis scriptæ, homo est terminus scriptus: subiectum homo, significat seipm, ut significatū nō ultimatum. Tertia particula, Aut significatum non ultimatum est cōceptus, quē terminus significat: sed neq; ex impositione, neq; naturaliter proprie. Ut propositionis mentalis, homo est terminus mentalis: subiectum homo, significat seipsum & similes terminos tāquā significata nō ultimata, ut quæ neq; ex impositione, neq; naturaliter proprie significat. ¶ Significatū uerò ultimatum, interdū est uox, ut omnis uox auditu percipitur: interdum scriptura, ut omnis scriptura uisu discernitur: interdum conceptus, ut omnis conceptus est in anima, nonnunquam res quæ non ponitur in propositione, ut ignis est calidus. Quatuor datarū propositionum subiecta, ex impositione significant: uox quidē omnes uoces, scriptura scripturas, cōceptus oēm cōceptum, & ignis ignem. ¶ Itaq; cum terminus supponit p suo significato nō ultimato, supponit materialiter aut pro seipso, ut hō est nomen: aut p suo simili in alia propositione stāte, ut hominis est genitiui casus: subiectum accipitur pro genitiuo posito in hac propositione aut simili, animus hominis est immortalis: aut pro suo dissimili, ut animal prædicatur de homine: ablatiuus homine, accipitur p nominatiuo homo, qui est subiectum huius propositionis, homo est animal. Et summatum, terminus qui subijcitur prædicatio grammaticam aut logicam termini, aut orationis proprietatem significanti, qualis est nomen, uerbum, subiectum, prædicatum, propositio, & cætera id genus, ut plurimum supponit materialiter, ut homo est nomen: amo est uerbum: Sortes est terminus singularis. ¶ Terminus uerò supponēs p suo significato ultimato, supponit personaliter, ut homo est animal: & subiectum & prædicatū personaliter accipiuntur: homo quidē pro hominibus, & animal pro animalibus: cum illa significata ex imposi-

sitione significet. Et quæadmodū suppositionis materialis & personalis repugnātes sunt & oppositæ rationes: ita quoq; latè inter se differunt. Nā hæc solū terminis significatiuis cōpetere potest & categorematicis: illa uerò, etiam consignificatiuis conuenit: ut omnis, est signū uniuersale: & est coniunctio. Hæc insuper solum terminis conuenit aut simplicibus, aut cōplexis: illa uerò integris etiam propositionibus & argumentationibus: modo alii cuius termini uicē teneant. Ut homo est animal: est propositio affirmatiua: homo non est lapis, est propositio negatiua. ¶ Cum aut terminus supponēs, non est relatiuū grammaticale, supponit absolute, ut subiectū & prædicatum propositionis: homo est substantia. Si uerò talis relatiuum fuerit: respectiue, ut p nomen qui, in hac propositione, homo currit, qui mouet. At logicæ relatiuū, pater, filius, totū, pars: absolute supponit, ut alia nomina. Relatiua quidē grāmatalia, sunt quæ in litera numerant, cū cæteris eorū notatiuis & obliquis: si modo relatiue capiuntur. Nā si quoq; alio modo sumant: aut interrogatiue: ut qui sunt merito laudandi? aut antecedenter: ut qui uirtute colūt, laudandi sunt? aut infinite: ut nescio q sunt laude digni: tūc sicut relatiua grāmatalia dici nō debēt, ita neq; respectiue supponunt. Alia uerò quæ nōnunq; relatiuis annumerant, ut alius, alter, tātus, q̄tus, talis, qualis, terminorū absolute supponentiū nūero addenda sunt: quæ quidem eandē numero substantiā nō referūt quod relatiuorū grāmataliū officium est: sed aut diuersam numero, ut alter, alius: aut accidens, ut tantus, tot, talis. Terminus autē absolutus, interdum accipitur in sua principali significatione, quam habet ex impositione: & supponit proprie. Ut agnus est animal, turtur est auis, canis est animal: subiecta, agnus, turtur, canis, proprie accipiuntur. Interdum metaphoricè, & translative, cum propter aliam quam similitudinem transfertur à propria significatione ad aliam: & tunc supponit improprie. Ut uir innocēs est agnus, mulier casta est turtur, uir inuidus est canis: prædicata, agnus, turtur, canis supponunt improprie, quod termini sint metaphoricè & transumptiue accepti.



¶ *Suppositio naturalis, est suppositio termini in propositione, cuius copula absoluitur à tempore.*

¶ *Suppositio accidentalis, est suppositio termini secundū exigentiam copulæ tempus importantis.*

¶ *Suppositio communis, est suppositio termini communis.*

¶ *Suppositio discreta, est suppositio termini discreti.*

¶ *Suppositio determinata, est suppositio termini cōmunis pro suis significatis disiunctiue.*

¶ *Suppositio confusa, est suppositio termini cōmunis pro suis significatis copulatiue vel disiunctim.*

¶ *Suppositio confusa tantum, est suppositio termini communis pro suis significatis disiunctim.*

¶ *Suppositio confusa distributiua, est suppositio termini communis pro suis significatis copulatiue.*

## CLICHTOVEVS.

¶ De suppositione naturali exemplū, ut homo est animal, homo est susceptiuus discipline; extrema homo, animal, susceptiuum discipline supponūt naturaliter: quia illarū  
4 propositionū copula absoluitur à tēpore. ¶ Absoluitur autem copula à tempore, cum nullam temporis differentiam importat, neq; presens, neq; prateritum, neq; futurum, neq; possibile: sed solum unionem prædicati cum subiecto, ut cum dico, homo est animal: copula, est, nullū importat tempus: sicut dicendo, homo & asinus, coniunctio, &, nullam habet temporis significationem. Proinde si nullus esset homo, item si nullū esset animal, imò si nullum esset tempus: nihilominus prædicta propositio esset uera: & eius tam subiectū quàm prædicatū supponere. Sunt em̄ propositiones necessariæ (in quibus potissimum hæc suppositio locum habet) semper ueritatis: & earum copula, per aptum natum, resoluitur, ut homo est animal, ualeet hæc, homo natus est esse animal. ¶ In suppositione uero accidentali, copula præ-

ter unionem extremorū, importat tēpus, p̄ quod explicatur. Ut homo est currens, sic resoluitur, homo in tpe præfenti est currens: homo in tempore præterito fuit currens. Et termini secundum exigentiā copulæ tēpus importantis supponentes, supponūt accidentaliter, ut si copula importat tempus præfens, pro præsentibus: si tēpus præteritū, pro præteritis: si tēpus futurū, pro futuris. Et hæc suppositio accidentalis, in disciplinis locū non habet: sed in propositionibus uulgaribus humanas actiones & negotia significantibus, ut homo est sedens. ¶ Suppositio cōmunis, est cum terminus supponēs est terminus cōmunis. Ut homo est ambulans: tã subiectū quàm prædicatū supponit cōmuniter. Sic suppositio discreta dicit̄, cū terminus supponens est terminus discretus. Ut Sortes est homo: subiectum supponit discretè. Vocat̄ autem terminus communis, quæ natus est prædicari de pluribus, ut homo. Discretus uerò, qui natus est prædicari de uno solo, ut Ioannes. Et hic est duplex: quidam ex impositione, sicut Petrus, Galilæa, Roma, Tyberis, Caucasus. Alius ex demonstratione: qui ex termino communi & pro nomine demonstratione aggregatus est, ut hic homo, iste equus. Ut utriq; conuenit suppositio discreta. ¶ Suppositio autem determinata, est cum terminus communis supponens accipitur pro suis significatis disiunctiue, ut homo est ambulans: & subiectum & prædicatum supponunt determinatè. Accipitur autem terminus pro suis significatis disiunctiue, cum eius supposita per hypotheticam disiunctiuam explicantur: & sub eo fit descensus disiunctiuus. ¶ Est autem descensus, à termino supponente ad eius supposita, bona consequentia. In quo supposita per quæ fit descensus, in eodem extremi loco ponenda sunt, in quo terminus sub quo fit descensus, cæteris terminis eodem quo prius ponebantur ordine manentibus, Ut si fit descensus sub subiecto, supposita in subiecto collocanda sunt, & seruandū idem prædicatum. Sin sub prædicato: supposita & singularia sub termino supponente sumpta, in prædicato

ponentur: & manebit idem subiectum. Ita de parte subiecti & parte predicati dicendum est. ¶ Et quibus horum argumentandi genus (quem descensum uocant) à disciplinis reiectum sit, præsertim cum ab uniuersali ad singularia indiuidua procedit, à disciplinis explosa; nihilominus ad intelligendū species suppositionis cōmunis, nō nihil cōducit. Et triplex assignari solet: disiunctiuus, diuisiue, & copulatiuus. ¶ Descensus disiunctiuus, est descensus qui fit per hypotheticam disiunctiuam: ut homo est ambulans; ergo Claudius est ambulans, uel Petrus est ambulans; uel Sortes est ambulans; & ita de cæteris. Et hic declarat suppositionem determinatam, quod terminus communis sub quo huiusmodi fit descensus, supponit determinatē. ¶ Descensus diuisiue, est descensus qui fit per categoricam de disiuncto extremo. Et hic, suppositioni confusæ tantum accommodatur, quod terminus, sub quo huiusmodi fit descensus, supponit pro suis significatis disiunctim. Vt omnis homo est animal, ergo omnis homo est hoc animal, uel illud animal, uel istud animal. ¶ Descensus copulatiuus, est descensus qui fit per hypotheticam copulatiuam. Et hic conuenit suppositioni confusæ & distributiue, quod terminus communis, sub quo huiusmodi fit descensus, supponit confusè & distributiue. Vt omnis homo est animal; ergo Ioannes est animal, & Petrus est animal, & Sortes est animal. & ita de cæteris.

## F A B E R.

¶ Suppositio confusa distributiua pro singulis generum, est suppositio termini communis per sua indiuidua copulatiue.

¶ Suppositio confusa distributiua pro generibus singulorum, est suppositio termini communis solum per suas species copulatiue.

¶ Solum genera, supponunt pro generibus singulorum.

¶ Distributiua, pro generibus singulorum sunt hæc, quælibet, quotlibet, quotiuslibet, quantuslibet, & similia.

Cætera

¶ Cætera distribuentia in locutionibus communibus, distribuiunt pro singulis generum.

## CLICHTOUEVS.

¶ Suppositio confusa distributiua pro singulis generum, est cum sub termino cōmuni fit descensus per sua indiuidua copulatiue: ut omne animal est sensibile, sic rectè descendimus, ergo hoc animal est sensibile, & ita de cæteris. Singula enim hic sunt singularia & indiuidua; nomē autē generis, sumitur pro specie: perinde atq; cum quis dixerit, multa sunt animalium genera, id est, multæ animalium species. Pro singulis ergo generum supponit terminus: hoc est pro indiuiduis specierū. Sed pro generibus singulorum supponit, cum sub eo fit solum descensus per suas species copulatiue. ¶ Et hæc suppositio in disciplinis potius habet locum quàm altera. Nam cum singularia indiuidua in disciplinis non considerantur, sub termino cōmuni frequentius in eis sumuntur singularia indiuidua, id est minus communia: ut genera aut species, quæ ulterius diuidi possint. Nunquā autem ad singularia indiuidua in disciplinis proceditur. hinc illa pro singulis generū suppositio, min⁹ frequēs est & usurpata. In uulgariibus etiam propositionibus, interdum termini supponunt pro generibus singulorū, ut omne animal fuit in arca Noe, sic descenditur sub subiecto: homo fuit in arca Noe, & equus fuit in arca Noe, & ita de cæteris. Et debet fieri descensus per suas species particulariter sumptas: nempe si uniuersaliter sumeretur, terminus supponeret pro singulis generum. Cum talis descensus ei equiualeret, qui fieret per indiuidua copulatiue: ut si hoc pacto sub prædictæ propositionis subiecto quis subsumat, ergo omnis homo fuit in arca Noe, & ois equus fuit in arca Noe. Nihil em̄ refert subsumere species distributas, aut singularia indiuidua. Quod autem solum genera supponant pro generibus singulorum, ex eo uenit: quia solū genera habent species, per quas possumus descendere copulatiue, species autē specialissima non habet sub se species; quare

huiusmodi suppositio ei minime competit. Tam genera autem quam species supponunt pro singulis generum: quia indiuidua habent per quæ sub eis descendamus.

- 8 ¶ Distribuentia pro generibus singulorū, sunt distributua prædicamentorum, ut quælibet distributiū qualitatis, significat qualemcumq; qualitatem habēs. Ut quælibet corpus est substantia. Quantuslibet, distributiū quantitatis cōtinuæ: ut quantūlibet corpus non est cælo maius. Quotlibet, distributiū discretæ quātitatis: ut quotlibet hoies sunt pares, aut impares. Quotuslibet, distributiū ad aliquid pro his quæ ordinis habitudinē denotant: ut quotuslibet homo non est ultimus. Et hæc includunt terminos sux distributionis, quos pro generibus singulorum distribuunt. Cætera autem distribuentia, ut nullus, nihil, omnis, & similia id genus, distribuunt terminos pro singulis generum in communibus & uulgariibus locutionibus. Nempe in disciplinis, omnis, interdum distribuit pro generibus singulorum: ut in omni oppositione termini tenentur uniuocē, id est in omni specie oppositionis. In omni conuersione, termini sunt transpositi: hoc est in omni specie conuersionis. ¶ Et quo definitiones prædictæ clariores sint, annotanda sunt hæc regulæ, ostendentes quo modo cuiuslibet propositionis de forma doctrinali & simplici, extrema supponant, earūq; exemplis per exercitationem sux definitiones applicanda. Prima, Vniuersalis affirmatiuæ subiectum supponit cōfusè & distributiue, & prædicatum cōfusè tantum; ut omnis homo est animal. Secunda, Vniuersalis negatiuæ subiectum & prædicatum supponunt cōfusè & distributiue: ut nullus homo est animal. Tertia, Particularis affirmatiuæ subiectum & prædicatum supponunt determinatè: ut aliquis homo est animal. Et de indefinito idem est iudicium. Quarta, particularis negatiuæ subiectum determinatè accipitur, & prædicatum cōfusè & distributiue: ut aliquis homo non est animal. Quinta, singularis affirmatiuæ subiectum supponit discretè, & prædicatū determinatè: ut Socrates est animal. Sexta, singularis negatiuæ subiectum supponit discretè, & prædicatum cō-

fusè & distributiue: ut Socrates non est animal. ¶ In propositionibus autem de uerbo est, tertio adiacente, abioluto à tempore, copula non supponit, cum sit solum congnificatiua. Vbi uerò tempus importat, ratione eius supponit ut prædicatum. In propositionibus autem de uerbo est, secundo adiacente, uerbum est, ratione prædicati inclusi, supponit ut prædicatū expressum supponeret: & similiter ratioe tēporis si quod importetur, ut homo est.

## Regulæ Suppositionum.

FABER.

- 1 ¶ Termini in propositionibus ad scientiam pertinentibus, habent suppositionem naturalem.
- 2 ¶ Terminus singularis singulariter tentus supponens, semper supponit discretè.
- 3 ¶ Terminus communis supponens semper supponit determinatè, quando ei non præponitur signum confusuum. Signa confusua, sunt signa uniuersalia, ipsa includentia aut eis æquivalentia.
- 4 ¶ Virtus signorum & negationum, quando sunt partes subiecti aut prædicati, nõ cadit extra subiectum aut prædicatum.
- 5 ¶ Signa uniuersalia & particularia, & negationes, quando ponuntur ante copulam, non sunt partes subiecti aut prædicati, nisi includantur inter partes subiecti aut prædicati determinabili præcedente suam determinationem.
- 6 ¶ Duo distribuentia super eundem terminum cadentia, semutuo impediunt.

CLICHTOUEVS.

- 1 ¶ Prima regula est, quòd termini qui sunt extrema aut partes extremæ in propositionibus ad scientiam pertinentibus

supponit naturaliter. ¶ Sunt autem propositiones ad scientiam pertinentes: diuisiones, diffinitiones, regulæ, quæ in disciplinis traduntur: præterea principia & conclusiones scientiarum, in quibus omnibus uerba non actum, sed aptitudinem important. Vt propositionum, alia est categorica, alia hypothetica. Genus est quod prædicatur de pluribus specie differentibus in quid, graue mouetur deorsum, leue mouetur sursum. Tamen non in solis propositionibus ad scientiam pertinentibus termini suppositionem habent naturaliter. Nam in earum oppositis, quæ nullo modo ad scientiam pertinent, idem termini naturaliter supponunt; alioquin non essent opposita: ut non necesse est cõtradiCTORIARUM unam esse ueram & alteram falsam, non omne totum est maius sua parte. Etiam in singularibus propositionum ad scientiam pertinentium quæ à disciplinis reiectæ sunt termini naturaliter supponunt: ut hæc uox est sonus, hoc genus est prædicabile. ¶ Ex ista quidem regula facile intelligitur, alia, quod in propositionibus uulgaribus, non pertinentibus ad disciplinas, circa quas uersatur ars mechanica aut prudentia, habent suppositionem accidentalem: ut equus est sedens. ¶ Secundæ regulæ exemplum, ut Ioannes est homo, hic equus est animal; utriusque propositionis subiectum supponit discretè. ¶ Accipitur autem terminus singularis singulariter, cum tenetur pro uno solo, & non pro pluribus diuisim; ut hic homo est animal, hi homines sunt animalia. Quod si pro pluribus diuisim accipiat, tenetur communiter & non discretè, ut Ioannes est nomen; subiectum Ioannes, pro se & quolibet in similibus accipitur. Adiectum est in regula supponens (quod & in cæteris regulis & si non exprimitur, intelligendum est) nempe si terminus singularis non supponat, consequens est quod non supponat discretè, ut Adam est sedens, Antichristus est prædicans. De terminis autem singularibus & de æquivalentibus eorum, idem est suppositionis iudicium, ut omne ens quod est Ioannes est animal, Ioannes & Petrus sunt homines. Iste currit; demonstrato Ioanne, ego sedeo, nos sumus animalia: quarum omnium subiecta supponunt discretè. ¶ Tertie regulæ exemplum; ut homo est

animal tam subiectum quam prædicatum determinatè supponit: quia neutri eorum præponitur signum confusiuum. Quod si termino cõmuni supponet præponitur signum confusiuum cadens super ipsum, supponit confusè: ut omnis homo est animal: utrumque extremum confusè supponit. Si uerò signum confusiuum præcedens, non cadit super terminum sequentem, nihilominus determinatè supponit, ac si nullum ei præponeretur: ut homo uidentem omnem asinum, est animal, prædicatum animal supponit determinatè: nam præcedens signum non cadit super ipsum: quod ex sequentibus regulis clarum euadet. ¶ Vocantur autem signa confusiuua, quæ faciunt terminos communes sequentes supponere confusè, & sunt primo signa uniuersalia, ut omnis, nullus, quilibet, uterque, neuter: secundo, illa quæ includunt signa uniuersalia, ut nihil, nemo, nunquam, nusquam, quæ explicantur per signum uniuersale, & terminum suæ distributionis, quemadmodum nihil, id est nullum ens: nemo, nullus homo: nusquam, nullo tempore, nusquam, nullo loco. Similiter ad uerba numerandi, bis, ter, quater, includunt signa uniuersalia, ut bis bibi uinum, hoc est duorum temporis interuallo, quolibet bibi uinum, ter audiui missam, id est, tertium interuallo temporis quolibet audiui missam: quare accusatiui illarum orationum supponunt confusè. ¶ Tertio æquivalentia signis uniuersalibus sunt confusiuua, ut copulatum per coniunctionem &, diuisiue sumpta: signi uniuersalis uim latentè retinet, proinde per ipsum ut suum æquipollens resoluit. Exemplum est uulgare & tritum, Parisij & Romæ uenditur piper, quæ æquiualeat huic, in utroque locorum Parisij & Romæ uenditur piper. Ioannes & Petrus sedent, ualet hanc, uterque istorum sedet: ergo prædicatum propositionum prædicata supponunt confusè. Et cum termini plurales interdum includant coniunctionem copulatiuam diuisiue sumptam, ut quando geminant suum singulare: uim confundendi etiam retinent. Vt isti homines portat lapidem, æquiualeat huic, quilibet istorum portat lapidem. Hinc coniunctio copulatiua in propositionibus categoricæ subiecto diuisiue accessit

pta, uniuersalē constituit propositionem, ut hæc est uniuersalis, Ioānes & Petrus currūt: sicut eius æquipollēs, uterq; istorū currūt. Terminus etiam pluralis isti, inclus dens coniunctionem copulatiuā diuisiue sumptam: uniuersalē reddit propositionē, ut isti currūt. Nā de æquis ualentibus est idem iudicium, Si uerō coniunctio copulatiua collectiue sumatur: neq; terminum sequentem cōfundit, neq; signo uniuersali æquipollet. Quare termini plurales, huiusmodi coniunctionem includentes, eadē etiam uirtute carent, ut Ioānes & Petrus trahunt nauē: quæ quidē propositio singularis est, & de subiecto singulari. ¶ Quartæ regulæ exemplum: ut homo uidens omnem equū, est animal: homo nullum uidens equum, est animal: homo non habens equum, est animal. In prima, signum uniuersale affirmatiuum: in secunda, signum uniuersale negatiuum: & in tertia, negatio negans, est pars subiecti. Quodlibet enim istorum, ponitur inter partes subiecti suæ propositionis: ergo eorum uirtus non cadit extra subiectum, neq; quicquam agit in copulam aut prædicatum. In qualibet enim prædictarum propositionū, tempus importatum per copulam, supponit determinatē, & prædicatum etiam determinatē, ac si nullum præponeretur signum confusiuum. Similiter in istis: ab homine uidente omnem asinum, uidetur animal, ab homine nullum uidente asinū, uidetur animal, ab homine nō uidente asinum uidetur animal: signum uniuersale affirmatiuum, signum uniuersale negatiuum, & negatio, includuntur inter partes prædicati: & ergo sunt (ut sequens docet regula) partes prædicati: quare eorum uirtus non cadit extra prædicatum: sed copula & subiectum supponunt determinatē. Quod si signa & negationes non fuerint partes subiecti aut prædicati, uirtus eorum cadit extra subiectum aut prædicatum: ut omnis homo est animal, signum omnis, subiecto præpositum confundit copulam & prædicatum, nullus homo est asinus: signum nullus, confundit copulam & prædicatum, homo non est lapis, negatio negans, copulæ præposita, eam confundit & prædicatum. ¶ Quinta regu

la duas habet partes. Prima, signa uniuersalia particularia & negationes cum ponuntur ante copulam, & non includuntur inter partes subiecti aut prædicati: nō sunt partes extremi, ut omnis homo est substantia, aliquis homo est rationalis, homo non est lapis. signum uniuersale, signum particulare, & negatio copulæ præposita: sed eiusdem extremi partibus non interposita non est pars subiecti aut prædicati: sed signum uniuersale & particulare est subiecti determinatio: negatio uero determinatio copulæ. ¶ Dicitur est in hac parte: dum ponantur ante copulam: nam si signa uniuersalia particularia aut negationes postponentur copulæ: siue interponantur partibus extremi siue non, sunt partes extremi. Ut animal est omnis substantia, homo est omne animal: equus est nullus asinus: quæ tamen propositiones ineptæ sunt, & à probatorum autorum usu femotæ: cum in eis prædicato adiungitur signum uniuersale, quod summopere autotes euitant. Regula si quidem Aristotelis est, prædicato non esse addendum signum uniuersale: cum inquit, uniuersale uniuersaliter sumi, non est uerum. ¶ Secunda huius regulæ pars est, signa uniuersalia, particularia, & negationes cum includuntur inter partes subiecti aut prædicati, determinabili quidem præcedente suam determinationem, sunt partes subiecti aut prædicati: Ut homo uidens omnem equum est animal, homo uidens aliquem equum est animal: homo qui non est æger est sanus. In prima, signum uniuersale: in secunda, signū particulare: in tertia, negatio includitur inter partes subiecti: nam una pars subiecti præcedit, & altera sequitur signa & negationem interpositam: quare sunt partes subiecti. Similiter, homo est animal, uidens omnem asinum: homo est substantia, habens aliquem equum, homo est animal, quod non est irrationale: signum uniuersale, particulare, & negatio inclusa inter partes prædicati, sunt partes prædicati: cum in his & præius datis propositionibus, determinabile suam præcedat determinationem. Quod si determinatio præcederet determinabile, si

gnum uniuersale, particulare, & negatio quamuis includantur partibus extremi, nō essent partes extremi: ut cuiuslibet hominis omnis asinus est currens, cuiuslibet hominis aliquis ocul<sup>9</sup> est dexter, cuiuslibet hominis o<sup>9</sup>mnis oculus est sinister, in prima, signū uniuersale inter subiecti partes ponitur: in secunda, signum particulare: in tertia, negatio. Quia tamen determinatio, ut puta genitiuus rectus præcedit determinabile nominatiuum regentem, non sunt partes subiecti. ¶ Sexta regula dicit, q<sup>d</sup> si duo signa distribuentia super eundem terminū cadant, ut distribuentia: quorum utrumq<sup>ue</sup> sigillatim in eodem situ illum terminum distribueret, se mutuo impediunt à distribuēdo, & reddunt terminum non distributum, ut nō omnis homo est animal: duo distribuentia, aduerbiū negandi, & signum uniuersale affirmatiuum, cadunt super eundem terminum homo, & se impediūt: nam subiectū homo, supponit determinatē. Prædicatum autem distribuitur, quia alterum distribuetium solum, scilicet aduerbiū negandi, cadit super ipsum. Et quamuis signū uniuersale affirmatiuum cadat super prædicatum ut confundens tantum, nō tamen ut distribuens. Remota siquidē negatione, signum uniuersale affirmatiuum remanēs nō distribueret prædicatum, quare nō impedit uim distributiua aduerbiij negandi. Similiter in hac propositione, non nullus homo est animal, utrumq<sup>ue</sup> distribuentium impedit alterū. ¶ Magna autem attendendum est consideratio, utrum duo illa distribuentia super eundem cadant terminum, necne. nam distribuens, termino cōmuni præpositum in eadem propositione, interdum intelligitur cadere super ipsum, & aliquādo nō: & secūdū hoc, ipsum distributum relinquere, aut non distribuere. Et id potissimum contingit, quando terminus communis distribuitur per aliquod distribuens, quod est pars extremi: cui præponitur alterum, quod nō est pars extremi. Si enim prius distribuens intelligatur cadere super totum extremum, & super quālibet eius partē: terminus huiusmodi communis, ut super quem duo cadant distribuentia, sumitur particulariter. Quod si præcedens distributiuum,

intelligatur cadere super totum & integrum extremum, sed non super quamlibet partem eius: remanet terminus communis super quem unum tantum cadit distribuens uniuersaliter sumptus. Verbi gratia: nihil aliud ab anima li est homo: ablatiu<sup>9</sup>, animal, distribuitur uirtute dictio<sup>n</sup>is aliud, quæ est pars extremi: & ei præponitur alterū distribuens, scilicet hæc dictio negatiua, nihil: cuius uirtus si cadat in totum subiectum & quamlibet eius partem: ablatiuus, animal, nō distribuitur. Si uerō super totum cadat subiectum & non super quamlibet eius partem: nō impedit, quo minus ille ablatiuus non distribuitur, cum non cadat super ipsum. Eodem modo dicendū est de istis, nullus homo uidens omnem equum est animal, oīs homo nō est fortior animali, omnis homo nō est nō animal, omnis homo nō est differens ab animali.

## FABER.

- 7 ¶ Negatio negans, distribuit omnes terminos communes sequentes se, quos non inuenit distributos.
- 8 ¶ Negatio infinitans, distribuit solum terminum communem quem infinitat.
- 9 ¶ Signum uniuersale affirmatiuum, distribuit terminum communem, cuius est adiectiuum, & omnes alios terminos communes sequentes se confundit confusē tantum.
- 10 ¶ Quando est aggregatum ex recto & obliquo, quæ est eius determinatio: & illi toti aggregato præponitur signū uniuersale affirmatiuum eiusdem casus cum recto, tunc distribuit totum aggregatum simul. & si sit eiusdem casus cum obliquo, distribuit solum obliquum.

## CLICHTOVEVS.

- 7 ¶ Septima regula, negationis negantis naturam declarat & cōditionē, cuius officium est distribuere omnes terminos cōmunes (singulares em̄ nō possunt distribui) sequentes se, negatio enim non agit in terminos præcedē

tes, quos non inuenit distributos, nam si distributos inueniret: redderet eos per præcedentem regulam nõ distributos: ut homo est animal, neq; subiectum, neq; copula, neq; prædicatũ distribuitur. Præposita uerò negatione negante, ut non homo est animal: & extrema, & copula distribuitur, homo non est animal, subiectum non distribuitur, & prædicatum distribuitur. Dicendo ergo, non homo non est animal: subiectum distribuitur & prædicatum nõ. Omnis homo est animal: subiectũ distribuitur, & prædicatum nõ: præposita ergo negatione, ut non omnis homo est aial, subiectũ particulariter & prædicatũ uniuersaliter sumitur. ¶ Octaua regula, negationis infinitantis uirtutem ostendit & conditionem quòd solum distribuit terminum communem, quem infinitat. Vt non homo est animal, nõ equus est animal, negatio infinitas, non, distribuit solummodo terminum communem ei proximè postpositũ, quem infinitat, qui quidem terminus uocatur infinitatus. ¶ Negatio autem infinitans, est que termini finiti significatum simpliciter negans, unam cum eo dictionem constituit. Vt, non homo, est ens, quod non est homo. Hinc non homo terminus infinitus, qui ex negatione infinitante & termino finito est aggregatus, pro nullo accipitur, pro quo suus terminus finitus: tamen pro omni illo, pro quo terminus finitus accipi non potest, rectè sumitur. Prædicatum itaq; propositionum, totum subiectum supponit determinatè: pars uerò eius, quæ est terminus finitus, supponit confusè & distributiue: copula autem determinatè capitur, & similiter prædicatum. ¶ Nonæ regulæ exemplum, ut omnis homo est animal, cuiuslibet hominis anima est immortalis, in omni homine est anima. In prima siquidem, signum uniuersale omnis, distribuit terminum cõmunem homo, cuius est adiectiuum nempe subiectũ homo, supponit confusè & distributiue, alios uerò terminos sequentes, scilicet tẽpus importatũ p copulam (si quod importetur) & prædicatum confundit confusè tantum: supponit enim animal prædicatũ primæ propositionis, per hanc regulam, confusè tantum. In secunda, signũ uniuersale, cuiuslibet,

distribuit hunc terminum hominis, cuius est adiectiuũ, alios autem terminos sequẽtes, scilicet anima & immortalis, facit stare confusè tantum. In tertia, signum uniuersale affirmatiuum, omni, distribuit istum ablatiuum homine, cuius est adiectiuum: sequentes uerò terminos communes, scilicet ens & anima, facit stare confusè tantum. Et rectè dictum est signum uniuersale affirmatiuum, quoniam signum uniuersale negatiuum, & terminum communem cuius est adiectiuũ, & alios terminos communes sequentes distribuit: cum æquiualeat negationi neganti. Vt nullus homo est lapis: tam subiectum quàm prædicatum distribuitur. ¶ Et hæc regula (sicut & cæteræ omnes) intelligitur, quando uirtus signi uniuersalis affirmatiui non impeditur per aliud distribuens. Si enim impediretur, non haberet locum regula præfens. Vt non omnis homo est animal, omnis homo non est animal. In quarum utraq; prædicatum distribuitur.

¶ Decimæ regulæ prima pars patet hoc exemplo: quilibet asinus hominis est currens: in quo aggregatum, est asinus hominis, ex recto determinabili & obliquo, qui est eius determinatio. Dictio enim recta, suæ dictionis regentis determinatio est: & illi toti præponitur signum uniuersale affirmatiuum, quilibet, eiusdem casus cum recto: est enim utraq; nominatiui casus, quare illud signum distribuit totum & completum aggregatum: & ipsum aggregatum. Vt unus terminus supponens accipitur, & de ipso toto fit uerificatio hoc pacto: hoc est, asinus hominis: sub ipso toto fit descensus eo modo: ergo hic asinus hominis est currens: & ita de cæteris. Deniq; ipsum totum, addito pronomine demonstratiuo, fit singulare, ut iste asinus hominis. ¶ Secundæ partis sumatur exemplum: ut cuiuslibet hominis oculus est dexter: toti aggregato ex recto & obliquo, determinatio ne recti (quod est hominis oculus) præponitur signum uniuersale affirmatiuum cuiuslibet, eiusdem casus cum obliquo, cum utrumq; sit genitiui casus. Illud itaq; signum distribuit solum obliquo, cuius est adiectiuum: nominatiuum uerò per regulam præcedentem confusè

dit confusè tantum. Et habet obliquus ille suam uerificationem, descensum, & singularem acceptionem per se & separatim à nominatiuo, similiter nominatiuo ab obliquo: nam diuersi censentur termini, diuersamq; alterum ab altero acceptionem habere.

## FABER.

- 11 ¶ *Importantia comparationem, aletatem, diuersitatem, aut priuationem, aut quancunq; negationem, distribuunt suos terminos communes sequentes se.*  
 ¶ *Sui termini sunt, qui construuntur de propria eorum natura cum ipsis à parte post.*
- 12 ¶ *Toti extremo, debetur tota suppositio.*
- 13 ¶ *Si propositio antecedentis est falsa: eius relatiuum non supponit.*
- 14 ¶ *Relatiuum, accipit suam significationem, & suppositio- nem à suo antecedente: ideo supponit sicut suum anteceden- dens, & solum pro ijs pro quibus redditur propositio sui antecedentis vera.*

## CLICHTOVEVS.

- 18 ¶ *Vndecima regula, quatuor partes complectitur. Pri- ma est, importantia comparationem (qualia sunt nomi- na comparatiui gradus) distribuunt suos terminos se- quentes se. Comparatiuorum termini sunt ablatiui uir- tute comparatiōis ab eis recti, qui rem excessam, ad quā fit comparatio, important. Vt homo est fortior asino: ab- latius asino distribuitur. At dicendo, Ioannes est lon- gior Petro tribus digitis, iste ablatiuus tribus digitis nō distribuitur: quia non est terminus comparatiui: non em̄ construuntur de propria comparatiui natura à parte post, sed uirtute positiui. ¶ Secunda pars est, importātia alie- tatem & diuersitatem, qualia sunt alius, alter, aliter, dif- fert, differens, diuersus, distribuunt suos terminos sequē-*

tes se. Sui termini sunt ablatiui cum præpositione à, uel ab, ab ipsis à parte post recti, ut homo est alius ab asino, homo differt ab equo: ablatiui, asino, &, equo, distributi- tur. In hac autem propositione, cygnus differt à coruo albedine: ablatiuus albedine, non distribuitur, cum non sit proprius terminus uerbi diuersitatem significantis, quandoquidem non construuntur de propria eius natura cum ipso à parte post. ¶ Tertia pars est, importātia pri- uationem, ut dictiones priuatiuæ distribuunt suos ter- minos sequentes se. Sui termini, sunt qui rem qua priua- tur quicquam significant. Vt captus oculis, est cæcus uis- su: ablatiuus, uisu, distribuitur. Ioannes est furdus audi- tu, ignarus literarum, expertus rationis: obliqui auditu, li- terarum, rationis, distribuuntur. ¶ Quarta, importantia quancunq; negationem, ut careo, nescio, ignoro, sine, & si qua sunt similia, distribuunt suos terminos communes sequentes se. Vt careo pecunia, nescio lectionem, ignoro uiam, animal est sine capite, prædicti obliqui distribuuntur uirtute negationis incluse in præcedentibus dictio- nibus. Quòd si dictionū importantium comparatione, aletatem, diuersitatem, priuationem, & negationem ter- mini præcederent: nō distribuerentur uirtute prædicta- rum dictionum, ut Ioannes est homine fortior. Sortes ab homine differt. Sortes est rei ignarus. Sortes pecunia ca- ret. ¶ Duodecima regula, docet totam suppositionem 19 toti & completo extremo accommodari debere: licet par- tes extremi, diuersas habeant suppositiones, quibus pro eorum uarietate diuersæ partiales suppositiones attri- buendæ sunt. Vt homo uidens omnē equum est animal. Totum subiectum, homo uidens omnem equum, suppo- nit determinatè: eius prima pars & secunda, scilicet hō uidēs, determinatè: alia uerò pars, puta accusatiu<sup>9</sup> equū, supponit confusè & distributiue. Similiter Sortes qui non est equus est homo: totum subiectum supponit dis- cretè, sicut & prima eius pars: secūda eius pars, scilicet equus, supponit confusè & distributiue. Si quidem unā partem extremi contingit interdum stare confusè & dis- tributiue, & alteram confusè tantum, determinatè, aut



discretè. Vt quilibet asinus hominis currit:alicuius hominis asinus currit:quolibet asinus Sortis currit. Interdum totum extremū supponit determinatè, & eius prima pars discretè. Vt istius hominis asinus currit. & sic totius extremi suppositione eadem manente, partiu suppositiones enuariari, nullū putetur inconueniens. ¶ Tertriadecima regula, de suppositione respectiua datur, quæ relatiuis grammaticalibus competit: ex se quidem nullā significationem habentibus, sed suam significationē mutantibus à suo antecedente. Proinde sicut indifferentia sunt ad quodlibet antecedens, ita ad unumquodq; significandum, & cum diuersa habent antecedentia; diuersa itidem habent significata. Vt cælum est rotundum, & illud est lucidum. Animal est ratiōale, & illud est homo. Vt plurimum autem antecedens in una propositione ponitur, & relatiuum in altera. Si itaq; propositio, in qua ponitur antecedens, est falsa: eius relatiuum (etsi antecedens supponat) non supponit. Vt homo est lapis, & ille est animal; asinus est equus, & ille est rudibilis: lapis est animal, & illud est sensibile, in nulla propositionum relatiuum supponit, quod antecedentium propositiones falsæ sint. Et ratio est, quia relatiuum (ut sequens docet regula) solum supponit pro ijs, pro quibus propositio sui antecedentis redditur uera. Ergo si propositio antecedentis pro nullo redditur uera, relatiuum pro nullo supponit: ut cum propositio antecedentis est falsa, ipsa pro nullo redditur uera. Ergo si propositio antecedentis est falsa, relatiuum pro nullo supponit. ¶ Ultima regula, relatiuorum suppositionem succinctè tradit, docens suppositionem relatiuorum sicut & significationem ab antecedente pendere. Cum enim terminus solum pro eo supponit quod significat, sicut relatiuum suam significationem: ita & suppositionem à suo mutuatur antecedente: quare supponit sicut suū antecedens. Nam si antecedens supponit discretè: & relatiuum. Vt Sorres est animal, & ille est ratiōalis. Si antecedens determinatè, relatiuū itidem (modo supponat) determinatè supponet. Vt homo est animal, & ille est ra-

tionalis. Si antecedens confusè tantum, & relatiuum: ut omnis homo est animal, & illud est ratiōale. Si antecedens cōfusè & distributiue: & relatiuum, ut omnis homo est animal, & ille est ratiōalis. ¶ Cum autem uerificatio & descensus consequantur suppositionem: sicut relatiuum habet suppositionē respectiua, ita uerificationē & descensum respectiua, atq; à suo antecedente acceptū. Si em̄ antecedens supponat particulariter, uerificatio relatiui faciendā est sine antecedentis uariatione: & in uerificatione, referret relatiuū antecedens particulariter sumptum. Vt homo est animal, & ille est ratiōalis: sic fit uerificatio, hoc est ille, scilicet homo qui est animal. Quod si antecedens uniuersaliter sumitur, & relatiuum itidem uniuersaliter accipitur: non debet antecedente sic sumpto fieri uerificatio: nā in uerificatione, relatiuum in prædicato positum referret antecedens uniuersaliter sumptū, quare etiam sumeretur uniuersaliter: quod in uerificatione nunquam admittendum est. Debet itaq; antecedens in altera propositione sumi particulariter, & fieri uerificatio relatiui referentis antecedens particulariter sumptum. Vt omnis homo est animal, & ille est ratiōalis: non rectè sic quis uerificationem fecerit, hoc est ille, scilicet omnis homo qui est animal: nā cū relatiuum supponat sicut suum antecedens, & antecedens supponat uniuersaliter, etiam relatiuum uniuersaliter accipetur: quod esset inconueniens; sed hoc pacto rectè debet fieri: homo est animal, & hoc est ille. Sic sub antecedente descendendo simul sub relatiuo descendimus. Vt omnis homo est animal, & ille est ratiōalis; hoc pacto, ergo Sorres est animal, & ille est ratiōalis: & Plato est animal, & ille est ratiōalis, ut singularia relatiui respondeant singularibus antecedentis: quod in determinato descensu, & confuso tantum, etiam obseruandum putetur. Neq; relatiuum (quamuis supponit sicut suum antecedens) semper pro omnibus supponit sicut suum antecedens: sed solum pro ijs pro quibus propositio sui antecedentis redditur uera. Vt animal est ratiōale, & illud est homo: antecedens animal, pro omni quis

dem animali supponit: eius tamen propositio pro solis hominibus redditur uera: quare relatiuum pro solis hominibus supponit: ita dicendo, homo est albus, & ille est animal, relatiuum pro solis hominibus albis supponit: cum p. illis solum propositio antecedētis redditur uera.

21 ¶ Ex hac regula constat signa uniuersalia, negationes, & cætera id genus signa confusiua, nihil agere in relatiuum sequens: nam ab illis non accipit relatiuum suam suppositionem, sed solum ab antecedente. Proinde regulæ omnes prius datæ, de absolutorum terminorum suppositione intelligendæ sunt. Vt homo est animal, & albus non est ille, relatiuum, ille, supponit determinatè sicut suum antecedens: nec obstat negatio præcedens, ut cuius uirtus nõ cadat in relatiuum. Similiter, animal est rationale, & omnis homo est illud: relatiuum supponit determinatè sicut suum antecedens: neque confunditur confusè tãtum propter signum uniuersale affirmatiuum.

22 ¶ Deniq; in assignandis contradictorijs, accuratè prospectandum est, ut in utraque contradictoriarum relatiuum ad idem antecedens referatur: alioquin intercederet æquiuocatio, quæ contradictionè rectè sumi prohiberet. Vt huius propositionis Ioãnes nõ est homo, uel ipse nõ est ens, cõtradiçtoria est, Ioãnes est homo, & ipse est ens: nõ quidè ut relatiuum in secunda copulatiuæ parte positum referat antecedens positum in prima parte copulatiuæ, sed in prima parte disiunctiuæ sicut in eius cõtradiçtoria, relatiuum ad illud antecedens referebatur: alioquin dux cõtradiçtorix simul essent ueræ: esset em̄ copulatiua uera, ut clarum est: & etiam disiunctiua, cum eius secunda pars (cuius subiectum pro nullo supponit) uera esset. Præterea relatiuum non eodem modo acciperetur in utraque cõtradiçtoriarum: nam in disiunctiua pro nullo supponit, & tamen supponit in copulatiua. Similiter huius propositionis, Ioannes est animal, & ipse est homo, cõtradiçtoria est, Ioannes non est animal uel ipse non est homo, ut relatiuum ipse, in disiunctiua refert antecedens positum in prima parte copulatiuæ: sicut in copulatiua referebat, & nõ ut refert antecedens positum in prima parte disiunctiuæ

disiunctiuæ, ad quod in copulatiua positum relatiuum non referebatur. Alioquin, dux cõtradiçtorix simul erūt ueræ: copulatiua enim, sine cuiusquam controuersia, uera esset: & etiam disiunctiua, cum eius secunda pars, cuius subiectum pro nullo supponit (cũ propositio antecedentis sit falsa) esset uera. Præterea, relatiuum in copulatiua pro aliquo supponeret: & in disiunctiua pro nullo: non ergo eodem modo acciperetur in utraq; cõtradiçtoriarum. Et in cæteris propositionibus eodem modo seruetur contradictionis ueritas.

## De Ampliatione Suppositionum.

FABER.

¶ Ampliatio, est suppositio termini pro aliquo, uel aliquibus respectu diuersorum temporum.

¶ Regule Ampliationum.

a. e. i. o.

¶ Præsens, præteritum, futurum, possibile, contingens, impossibile, necesse, bile, iuum, actus interior anime, prius & posterius.

- 1 ¶ Subiectum propositionis supponens respectu copule præsentis temporis, tenetur pro presentibus solum.
- 2 ¶ Subiectum propositionis supponens, respectu copule præteriti temporis aut prædicati participij præteriti temporis, ampliatur ad ea que sunt, uel fuerunt.
- 3 ¶ Subiectum propositionis, supponens respectu copule futuri temporis, aut prædicati participij futuri temporis, ampliatur ad ea que sunt, uel erunt.

CLICHTOVEVS.



¶ Suppositio accidentalis, duas habet species: Ampliationem & Restrictionem. Siquidem omnis terminus supponens accidentaliter, aut amplè supponit aut strictè, Amplè quidem,

cum respectu diuersorū temporū accipitur, ut homo fuit currens: subiectū supponit pro hominibus qui sunt aut fuerunt: homo erit currens, pro ijs qui sunt uel erunt, homo possibiliter est currens: subiectum supponit pro ijs qui sunt, fuerunt, erunt uel possunt esse. Strictè, cum respectu unius temporis solū accipitur. Vt homo est currens: subiectum tantum accipitur pro presentibus.

23 ¶ Vocabula deinceps posita, & uirgulis distincta: ordinem regularū, quæ de ampliatione traduntur, insinuant, & suum cuiq; regulæ (debita seruata serie) respōdet uocabulum ad firmiorem memoriam habendā. Vt præfens, primum uocabulum primam regulam significat, scilicet subiectū propositionis supponēs respectu copulæ præfentis temporis; & secundum uocabulum, præteritum, secundam denotat regulam: tertium uocabulū, futurum, tertiam significat regulā, & ita deinceps ad finē usq; procedendo. Vocales autem, a, e, i, o, habent quantitatis & qualitatis propositionum significationem tritā & communem. Nam a, est uniuersalis affirmatiua: e, uniuersalis negatiua: i, particularis affirmatiua: o particularis negatiua. Significant autem uocales ibi positæ, de qualibet regularum quatuor posse formari propositionū genera, gratia exempli examinanda & disquirenda. De præfenti: omnis homo est currens, nullus homo est currens: quidā homo est currens, quidam homo non est currens. De præterito: ut omnis homo fuit currens: & cæteræ per ordinem. De futuro: ut omnis homo erit currens, & reliquæ per ordinem. De possibili: omnis homo possibiliter est sedens. De contingenti: omnis homo contingenter est currens. De impossibili: ut homo impossibiliter est currens. De necessario: homo necessario est currens. De uerbali terminato in bile: ut homo est amabilis. In iuum: homo est amatiuus. De dictionibus importantibus actū interiorem animæ, ut omnis homo cognoscit currentem. De priori & posteriori, ut homo est prior currente, homo est posterior currente. Vniuscuiq; autem propositiones exemplo adductæ, in quatuor distribui possunt propositionum genera. Et cū duodecim sunt particulæ,

earum sumptis secundum quaternarium exemplis, sicut quadraginta octo propositiones. Si quis autem earum indefinitas & singulares adiecerit propositiones, habebit nonaginta sex. Nā cæteras quadraginta octo, formabit ex indefinitis affirmatiuis, indefinitis negatiuis, singularibus affirmatiuis, & singularibus negatiuis, de singulis duodecim. At duodecim, quater sumpta: conficiunt quadraginta octo: & bis quadraginta octo reddunt nonaginta sex. ¶ Prima regula datur, de propositionibus habentibus copulam de præfenti, quarum subiectum tenetur pro præfentibus solum: modo non ponatur alia qua dicitio ampliāns in eadem propositione. Si enim sequeretur ampliāns dicitio, ut homo est genitus, homo est nasciturus: subiectum non tenetur pro præfentibus solum. Exemplum regulæ, ut homo est currens: cuius subiectum homo, non ampliatur, quia non supponit pro aliquo uel aliquibus respectu diuersorum temporum, sed solum respectu unius temporis, utpote præfentis, cum subiectum propositionis supponens respectu copulæ præfentis temporis, tenetur pro præfentibus solum. ¶ Hic autem copula præfentis temporis esse dicitur, cum importat præfens tempus, & explicatur per illud. Vt homo est currens, sic explicatur, homo in tempore præfenti est currens, qua quidem explicatione facta, copula non amplius importat præfens tempus, ut quod iam explicatum est, sed solum notam unionis, per hanc Aristotelis regulam, quod si aliqua dicitio duo significet, quorum alterum exprimitur, illa duntaxat pro altero non expresso capitur. Copula autem, cum non absoluitur à tempore, duo importat scilicet tempus, & notam unionis: ergo tempore explicato, solum unionis notam designat. Quod si adhuc importare tempus, & illud explicari putetur, manifesta erit nugatio, homo in tempore præfenti, tempore præfenti est currens. Si uero copula absolua à tempore, & præfentis sit temporis: subiectū nō tenet, p præfentibus solum, imò neq; pro præfentibus, neq; præteritis, neq; futuris solū, sed p oīsibus significatis pro quibus natū est accipi: neq; ipsam tūc

ampliatur, neque restringitur. Nam ampliatio & restrictio solū in suppositione accidentali, & ubi copula præter unionis non tam ipsa importat, locū habet. ¶ Secunda regula, de copula præteriti temporis datur & participio præteriti temporis æquipollente ipsi copula præteriti temporis, & ideo eandem habente ampliandi uim. Cuius hoc sumat exemplum, homo fuit currens: subiectū homo ampliatur ad ea quæ sunt uel fuerunt, ratione copulae præteriti temporis ipsum ampliantis. Similiter, homo est mortuus (ut mortuum idē sit, quod morte extinctum, & præteriti participij uim obtineat) subiectū ampliatur ad ea quæ sunt uel fuerunt ratione participij præteriti temporis ipsum ampliantis. Et hæc regula (sicut sequentes oēs) intelligenda est: si subiecto non addat quicquid restringens, aut ampliatio nem impediens. Nam si aliquid ampliatio obstat adiectum subiecto fuerit, nil mirū si ipsum non ampliatur. Ut homo qui est, fuit currens, homo qui fuit, est mortuus. hic subiectū pro præteritis solū, & illuc solum pro præsentibus capitur. ¶ Tertia regula, de copula futuri temporis & participio futuri temporis illi æquipollente, datur, Vtūtur enim autores interdū loco orationis de uerbo futuro, participio futuri temporis. Ut Ioannes est uenturus, & Ioannes erit ueniens, nullū habent discrimen, quare eandem habent ampliandi uirtutē. Per hanc regulam huius propositionis, homo erit currens: subiectū ampliatur ad ea quæ sunt uel erunt: ratione copulae futuri temporis ipsum ampliantis per primam partem regulæ. Et homo est uenturus, subiectum homo ampliatur ad ea quæ sunt uel erunt, per secundam regulæ partem ratione participij futuri temporis. Similiter, homo est generandus: subiectum ampliatur ad ea quæ sunt uel erunt. ¶ Ex istis duabus regulis cognoscuntur istæ propositiones, quæ sophismatibus solum aptæ sunt esse ueræ: puer fuit senex, uiuum est mortuū, futurum est præteritum. Item, senex erit puer, mortuum est generandum, præteritū est futurum: quæ quidem (explicata ampliacione subiecti) nihil habent difficultatis: & apparentem solum præ se ferunt ueritatis repugnantiam.

4 ¶ Prædicatum supponens post copulam, semper supponit secundum exigentiam copulae.

5 ¶ Subiectum & prædicatum supponens respectu copulae de possibili, contingenti, impossibili, aut necessario, ampliatur ad ea quæ sunt, fuerunt, erunt, uel possunt esse.

¶ Quæcumque dicuntur de prædicato materiali, intelliguntur & de prædicato formali. Prædicatū formale, copula.

6 ¶ Subiectum respectu prædicati nominis uerbalis in bile aut in inuum, ampliatur ad ea quæ sunt, fuerunt, erunt, uel possunt esse.

7 ¶ Verba actum interiorē animæ importantia, ampliānt suos terminos ad ea quæ sunt, fuerunt, erunt, uel possunt esse.

¶ Verba actum interiorē animæ importantia sunt hæc, intelligo, scio, cognosco, considero, contemplan, & similia.

¶ Sui termini, sunt qui ab ipsis reguntur in re patiente.

## CLICHTOVEVS.

4 ¶ Quarta regula de prædicati acceptione mentione in facit, quod copulae acceptionem & conditionem sequitur. Si enim copula præsentis fuerit temporis: prædicatum supponit pro præsentibus solum: ut homo est sedens. Si fuerit præteriti temporis, pro præteritis solum: ut homo fuit sedens: in futuri temporis copula fuerit, prædicatū pro ijs quæ erunt sumetur, & non ampliatur. Si autem copula fuerit ex duobus temporibus constituta, ut præteriti & præterito, præteriti & futuro, præterito & futuro, prædicatum pro eorundem temporum suppositis accipitur. Vt homo est uel fuit sedens, est uel erit sedens, fuit uel erit sedens. ¶ Quinta regula, de propositionum modalibus extremis quo pacto accipiantur docet, & de modalibus diuisis (in quibus modus est determinatio

copula) dicitur intelligitur. ¶ Nam in modalibus cōpositis, neq; modus uim habet ampliandi, neq; extrema ample accipiuntur. Vt hominē esse animal est necesse, hominem esse asinum est impossibile: tam subiectum quā prędicatū utriusq; pro pręsentibus solum sumit. Secus autē est in diuisis, ubi tam subiectū quā prędicatū ampliant uirtute modi ad ea quę sunt, fuerunt, erunt, uel possunt esse: ut hominē possibile est esse sedentem: hominem contingit esse stantem: hominē impossibile est esse asinum: hominē necesse est esse animal. Vel trans ferendo modum nominalem in aduerbialem. Vt homo possibiliter est sedens: homo contingenter est stans: homo impossibiliter est asinus: homo necessario est animal: utrobique enim extrema consimiliter supponunt. Subiungitur regula: quęcumq; dicuntur de prędicato materiali, intelliguntur & de formali. Materiale quidem prędicatū est, extremum propositionis quod dicitur de altero. Formale autem est copula, prędicatum subiecto connectens: eodem autem modo ampliatur aut restringitur prędicatum formale sicut materiale, & quicquid de materialis prędicati acceptione dicitur, etiam de formali prędicato & copula intelligi debet: ut homo est sedens: prędicatum nō ampliatur, sed solum stat pro pręsenti tempore: sic tempus importatum per copulam, tantum pro pręsentibus sumitur. Et cū dicimus, homo fuit currens: prędicatum solum pro pręteritis & etiam tempus importatum per copulam, cōsimiliter: homo erit currens, prędicatum pro futuris solum, & copula itidem sumitur. Deniq; homo possibiliter est sedens: prędicatum pro iis quę sunt, fuerunt, erunt, & possunt esse, capitur: & tempus importatum per copulam, pro iisdem temporum differentijs sumitur. ¶ Sexta regula, nominum uerbalium ampliatiuam declarat uirtutem. In his autem terminata uerbalia, explicantur per uerbum potest & infinitiuū passiuum: nam ut plurimum passiuum habent significationem: ut uisibile, quod potest uideri: mobile quod potest moueri. In iuis autem, per uerbum potest, & infinitiuum actiuum explicantur: nam actiuam habent signifi-

cationem: ut calefactiuum, quod potest calefacere: motiuum, quod potest mouere. Hinc huiusmodi nomina uerbalia, non solum ampleant subiectum ad ea quę sunt, fuerunt, erunt, & possunt esse: sed uirtute huius uerbi potest, quod includunt ampleant copulam & prędicatum includens terminum suę ampliacionis, hoc est terminum ampliatiuam: ut color est uisibilis, sic ampliatur, color potest uideri, uel possibiliter uidetur. In hac item propositione, ignis est calefactiuus, subiectum ad quatuor temporum differentias ampliatur: & copula, & prędicatum sicut in ista æquiualentia, ignis potest calefacere. Apud autores autem huiusmodi uerbalia non exponuntur per uerbum potest, sed per aptum natum. Vt color est uisibilis, id est natus uideri: ignis est calefactiuus, id est natus calefacere: neq; uim habent ampliandi: nam in disciplinis, ampliatio non habet locum, ut prędictum est. ¶ Septima regula, de uerbis datur actum in teriorem animę importantibus. Verba autem actum interiorem animę importantia, sunt quę actum cognoscendi intelligendiq; designant: qualia sunt intelligo, scio, cognosco. Ea ampleant suos terminos siue pręcedentes, siue sequentes ad quatuor differentias temporum. Horum autem uerborum (si actiuę uocis fuerint) termini sunt accusatiui à parte post, recti: nam reguntur in re patiente: cum secundum grammaticos uerba actiua reguntur nominatiuum in re agente, & accusatiuum in re patiente. Quod si passiuę uocis fuerint, eorum termini sunt nominatiui à parte ante pro supposito constituti: reguntur enim in re patiente. Et quia nominatiuus ante uerbum rectus, & post uerbum pertinent ad idem. Et nominatiuus à parte ante à uerbo passiuo rectus, regitur in re patiente: ergo & nominatiuus à parte post rectus, etiam regitur in re patiente. Quare sicut qui ante regitur, ampliatur, ita & qui post regitur. Vt homo cognoscitur currens: uterq; terminus homo & currens ampliatur, ego cognosco currentem, uel currentem cognosco: accusatiuus itidem ampliatur.

8 ¶ **P**rius, ampliatur terminum precedentem ad ea quæ sunt vel fuerunt: & terminum sequentem ad ea quæ sunt vel erunt: & posterius contra ampliatur. Et hoc de priori & posteriori tempore intelligitur.

9 ¶ **I**mplicatio, potest omnem terminum ampliaturum impedire, pariter & explicare.

## CLICHTOVEVS:

¶ **O**ctava regula, prioris posteriorisq; uim ampliaturam manifestat: ut tēporis prioritate & posterioritatem designant, & prius sit quod alterū tempore præcedit: posterius uerò, quod tēpore alterū sequit̃. In alijs siquidem acceptionibus, hanc ampliandi rationē nō habent. Per hāc quidē regulā, huius propositionis, homo est prior currente, subiectū ampliatur ad ea quæ sunt uel fuerunt: totū uerò prædicatū nō ampliatur: imò pro præsentibus tantum accipit̃. Scđa aut̃ pars prædicati ampliatur ad ea quæ sunt, uel erūt. Sed in ista, homo est posterior currente: diuerso subiectū ampliatur ad ea quæ sunt uel erūt. Toti aut̃ prædicati secūda pars, ampliatur, ad ea quæ sunt uel fuerūt. Dicit̃ aut̃ terminus præcedēs cōparatiuos, prius & posterius, illorū cōparatiuorū substantiuus ante copulā positus: sequens uerò, est ablatiuus uicōparatiui ab illis rebus. Ut homo est prior currente: homo, terminus est præcedens cōparatiuum: currente uerò terminus sequēs. Et sub istis debet cōprehendi distiōes inceptionē aut desinitionē designātes: ut incipit, generat, fit, acquiritur, desinit, deperdit, corrumpit. Nempe, uim ampliandi habet

9 eandē: ut albū sit nigrum, & calidū sit frigidū. ¶ **N**ona regula, implicationis naturam declarat. Est autem implicatio aggregatum, ex relatiuo qui, quæ, quod, & uerbo est, secūdo adiacēte: ut quod est, quod fuit, quod erit, & æquiuales. Et eius duplex est uis, prima impediendi terminum ampliaturum, cum termino ampliaturum adiungit̃ implicatio unius eorum temporum ad quæ terminus ampliatur: ut homo fuit sedens, sic impeditur subiecti am-

pliatio, homo qui est, fuit sedens: uel sic, homo qui fuit, fuit sedens: & impedit̃ toties terminus & p̃ tot sigillatim implicationes, ad quot tēpora huiusmodi terminus ampliatur. ¶ **S**ecūda implicationis potestas est, quod potest omnē ampliationē explicare, tot simul iunctas implicationes termino ampliaturum addendo, ad quot tempora ampliatur: & æquiualeat̃ propositio explicat̃ & explicata: hæc latetior, illa patetior, ut homo fuit sedens, sic explicatur, homo qui est uel fuit, fuit sedens. ¶ **P**er ordinē ergo positarū regularū sumatur exēpla. Homo fuit currente: subiectū ampliatur ad ea quæ sunt uel fuerunt. Primo impedit̃ pro præsentibus solū. Ut homo qui est, fuit currente. Secūdo impedit̃ p̃ præteritis solū. Ut hō qui fuit, fuit currente: sic autē explicatur, homo qui est, uel fuit, fuit currente. Vnde ad suppositionem combinandā, sic rectē fit uerificatio subiecti, hoc est uel fuit homo: tēporis per copulā importati, hoc fuit tempus præteritū: & prædicati hoc pacto fit uerificatio, hoc fuit currente. Siquidē in uerificatione, termini accipiendi sunt æque amplē & strictē, sicut in termini supponētis propositione: quod in exemplis nunc oportune patebit. ¶ **H**omo erit currente, subiectū ad præsens & futurum ampliatur, primo impedit̃ per implicationē præsentis, homo qui est, erit currente: secundo per implicationem futuri, homo qui erit, erit currente. Explicatur autē ampliatio hoc pacto: homo qui est uel erit, erit currente. Subiecti uerificatio sic, hoc est uel erit homo: prædicati uerò sic, hoc erit currente. ¶ **H**omo possibiliter est currente, subiectum tribus modis impedit̃ ab ampliaturum. Primo, homo qui est, possibiliter est currente. Secundo, per præteritum: ut homo qui fuit, possibiliter est currente. Tertio, per futurum: homo qui erit possibiliter est currente. Alijs autem modis impeditur à maiori ampliaturum. Primo sic: homo qui est uel fuit, possibiliter est currente. Secundo, homo qui est uel erit, possibiliter est currente. Tertio: homo qui fuit uel erit, possibiliter est currente. Quarto: homo qui est, fuit, uel erit, possibiliter est currente. Explicatur autem sic, homo qui est, uel fuit, uel erit, uel potest esse, possibiliter est currente. Vc

rificatur autē sic, hoc est, fuit, erit, uel potest esse homo. Eodem modo, prædicatū per regulā ternarij septies potest impediri: tribus primis modis per implicationē simplicem: alijs quatuor per cōplexā cōsimiliter itidem explicatur, & uerificat. Cōsimiliter: homo est amabilis, tā subiectū, quā prædicatū septies impedit ab ampliatione, explicat, ac uerificat, atq; præcedens propositio. Et in hac propositione, homo cognoscit uenientem: accusatius uenientem, totidem modis impediri, conformiter explicari, & uerificari potest. ¶ Homo est prior currente: subiectum ampliatum. Primo sic impeditur, homo qui est, est prior currente. Secundo: homo qui fuit, est prior currente. Explicatur autem ampliatio subiecti sic: homo qui est uel fuit, est prior currente, prædicati uerō sic: homo est prior currente qui est uel erit. Verificatio subiecti sic fit: hoc est uel fuit homo, prædicati, sic: hoc est uel erit currente: & huius propositionis, homo est posterior currente: extrema conformiter ampliantur, explicantur & uerificantur, sicut extrema prius declarata propositionis.

## De Restrictione,

FABER.

¶ *Terminus supponens, qui non ampliatur, restringitur.*  
 ¶ *Determinatio, restringit suum determinabile: & uerbi restrictum, sua extrema.*

## CLICHTOVEVS.

**P**ost regulas ampliationis: de restrictione fit determinatio: quæ ita diffinitur per analogiam oppositi. Est suppositio termini nō ampliati: hoc est suppositio termini p aliquo uel aliquibus, respectu unius temporis solum. Vt homo est currente, subiectum homo restringitur, cum non ampliatur: & prædicatum currente itidem restringitur, cum nō ampliatur. Quandoquidem terminus supponens, qui non ampliatur, restringitur. Sic in istis, homo fuit currente,

homo erit currente, prædicatum restringitur, cum nō ampliatur: sed in una pro præteritis solum: & in alia pro futuris capiatur. Pro sequenti regula prætermittendū non est, inter multa determinationum genera, quandam esse determinationem contrahentem: quæ addita determinabili, facit ipsum stare pro paucioribus suppositis, quā per se staret: & de tali solummodo intelligitur hæc prima regulæ pars. Vt homo albus est currente: determinatio albus, restringit suum determinabile homo. Nemp adiectiuum, determinatio est substantiui: & dictio recta, dictionis regentis. Vnde homo per se pro omni homine accipitur: sed homo albus, solum pro hominibus qui sunt albi: quare pro paucioribus accipitur suppositis. Et prima hæc pars intelligenda est cum determinatio immediate adiungitur suo determinabili, si enim interiaceret copula: ut homo est albus, non haberet hæc regula usum neq; locum. Intelligitur itidem cum determinabile non fuerit ampliatum: nam si esset determinabile ampliatum, determinatio eius non tolleret ampliationem, sed pro paucioribus suppositis ipsum stare faceret. Vt homo fuit sedens, & homo albus fuit sedens. In utraq; subiectum ampliatur: in prima quidem pro pluribus, in secunda pro paucioribus. ¶ Siquidem quædam dictiones restringuntur quo ad tempus: quæ solum respectu unius differentie temporis supponunt. Aliæ uerò quoad supposita, quæ propter alicuius dictionem pro paucioribus sumuntur suppositis, quā per se posita sumerentur, ut determinabile adiectum suæ determinationi: siue determinatio adiectiua sit, ut homo albus est sedens: siue substantiua, ut equus regis est animosus: siue adverbialis, ut cælum mouetur circulariter. Et de hac posteriori restrictione, hæc prior pars intelligitur: de priori uerò, & præcedens regulæ, & præsentis regulæ secunda pars intelligenda est. Vnde aliqua dictio restringitur quo ad tempus, & non quo ad supposita, ut subiectum propositionis, homo est sedens. Contrà, aliqua pro suppositis restringitur, & nō pro tempore, Vt homo albus fuit sedens. Aliqua uerò,

& respectu suppositorum & temporis restringitur: ut prior pars subiecti huius propositionis, homo albus est sedens. Verbum autem restrictum, est copula uerbalis restricta, & ea restringit extrema, quæ copulat, scilicet subiectum & prædicatum. Ut homo fuit heri currens: uerbum fuit, est restrictum per aduerbium temporis, nõ enim pro quolibet tempore præterito accipitur, sed solū pro hesterno: quare extrema, homo est currens, solū pro hesternis hominibus & currentibus sumuntur. Et in ista, homo erit cras currens, copula uerbalis restringitur per aduerbiū temporis: sunt enim determinationes importantes tēpus, solius copule determinatiōes: quare sua extrema itidē restringūtur. ut homo pro crastinis hoibus: & currens solū, pro his quæ cras erūt curretia, accipiatur.

## De Appellatione Terminī.

FABER.

**T**erminum appellare, est ipsum aliquid, ultra id pro quo supponit, importare.

Regule Appellationum.

- 1 **T**erminus appellatiuus supponens, eodem modo quo supponit, appellat.
  - 2 **D**ictiones importantes actum interiorem animæ, faciūt suos terminos sequentes se, suam propriam rationem appellare.
- P**ropriā ratio, est proprius conceptus, mediante quo dicitur terminus significare.

CLICHTOVEVS.

- 31 **T**erminus appellatiuus, duplex habet significatum. Vnum pro quo supponit, & illud nõ appellat: ipsumq; uulgarī nomine significatū materiale nūcupatur. Aliud pro quo nõ supponit, sed quod præter id pro quo supponit importat. Et id uocant significatum formale, appellatum, siue conno-

tatum termini, ratiōe cuius terminus est connotatiuus, & designatur per abstractū termini connotatiui: ut albū, supponit pro quolibet albo: denotādo albedinē pro qua nõ supponit, sed quā appellat. Calidū supponit pro calida: denotādo caliditatē pro qua nõ supponit, sed quam appellat. Illud siquidē appellat terminus: quod ultra id pro quo supponit, importat. ¶ Prima regula intelligit de appellatione formalis significati, in qua terminus appellatiuus, eodē modo quo supponit, appellat: hoc est si supponit amplē, appellat amplē: si supponit strictē, appellat strictē: si supponit pro præsentibus & pro præteritis, pro eisdē appellat: & in cæteris eadē analogia. Ut albū est sedens, subiectū albū, supponit pro præsentibus, solū, & stricto: quare appellat albedinē præsentē etiā restrictē. Prædicatū sedens, appellat sessionem pro præsentī: quia supponit strictē pro illis. Albū fuit sedēs: albū appellat albedinē præsentē & præteritam, sicut amplē supponit pro præsentī & præterito: sedens prædicatū appellat solum pro præterito, sicut supponit. Albū erit sedēs, subiectum, amplē appellat scilicet præsens & futurum: prædicatum, strictē scilicet futurum tantum, sicut & supponit. Album possibiliter est nigrum: tã subiectū quã prædicatū appellat præsens, præteritū, futurū, possibile. Ut albū, albedinē quæ est, fuit, erit, uel potest esse, similiter & nigrū, nigredinē quæ est, fuit, erit, uel potest esse, & ita de cæteris. ¶ Pro sequenti regula, quæ datur de appellatione propriæ rationis, in primis rectē accipiendum est, quid hic propria ratio dicatur. Est enim propria notio siue proprius cōceptus mediante quo terminus significat. Cuius enim termino propria est ratio, & ab alterius termini ratione diuersa. Quæ enim eandem rationem habent: synonyma sunt, ut lapis & saxum: Quare quæcumq; non sunt synonyma, habent diuersas proprias notiones, hæc quidem absolutā, ut homo: illa uerò cōnotatiuā & accidentariā, ut album. Itaq; cū dico, cognosco currentē: accusatiuus sequens (si enim præcesserit, regula non habet locum) uerbū cognosco, appellat suā propriā rationem: ut idē ualeat, ac si dixero, currentē, conceptu currentis cognosco.



32 ¶ Neq; supponit ibi currentem confusè tantum, ut ponunt nonnulli, sed determinatè. Neq; militat aliorū obiectio. qua instant sub huiusmodi termino non posse fieri desensum disiunctiuum, non enim (ut aiunt) sequitur. cognosco currentem, ergo cognosco hunc currentem, uel cognosco istum currentem. Nam si communem tantum currentis conceptum habuerō, & non singularem siue particularem alicuius currentis: erit antecedens uerū & consequens falsum: quare molliuntur astruere terminū illum non supponere determinatè. Dicimus em̄ sub termino illo posse fieri desensum disiunctiuum, modo rectè fiat: neq; prius rectè factū esse, cum sit mutatio appellationis rationis. In antecedente em̄, est appellatio rationis cōmunis, & in cōsequente appellatio ratiōis singularis. Et cōmittitur fallacia, a dicto secundū quid, ad dictū simpliciter. Eandē uerò utrobique seruādo appellationē, rectè fiet hoc modo. Cognosco currentē: ergo pprio conceptu currentis hūc currentē cognosco, uel pprio cōceptu currentis illū currentē cognosco; & ita de ceteris. Ecce in cōsequente explicatū propriā rationē quæ fuit in antecedente, sic dicēdo, Non cognosco currentem: accusatiuum supponit confusè & distributiue. & sic debet fieri subsumptio: ergo non conceptu currentis hūc currentē cognosco: neq; istū currentē cognosco. Neq; rectè quidē fiet hoc pacto: ergo nō cognosco hūc currentē, & non cognosco istum currentē: in antecedente est ppria ratio nis appellatio cōmunis: in consequente uerò singularis. Quare posset dari antecedens uerū & cōsequens falsum, si quis cōmunem currentis cōceptum non habuerit, at tamen habeat singularem, ut possibile est. Sunt em̄ inter se differentes hi duo cōceptus, & quorū unus sine altero esse achaberi potest. Et propter hanc regulam ista cōceduntur: rosam intelligo, sed non intelligo rosam: sedentem cognosco, sed non cognosco sedentem, & similes.

FABER.

3 ¶ Termini propositionum exponibilium, eodem modo supponunt, ampliuntur, restringuntur aut appellant, quo

modo & in suis exponentibus.

Tanta scies præter cameras, uigilabis & inquam.

Fortior immanes: ignatius differ, in oris.

¶ In exponibilibus iter est breue per exempla, per præcepta uerò longum atq; inefficax.

¶ Ex his, præcedentiā & sequentiū multa ad latinam se placet locutionem reduces uocabulorum, dictionumq; acceptiones pro re ipsa, pro uoce, scripto, notione, relatiue, non relatiue, proprie, translative, doctrinales, uulgares atque accidentarie, cōmunes, singulares, uniuersaliter, particulariter, diuisim, iunctim, secundum speciem, secundum indiuidua, latius, præsius, & similia id genus, quibus uterentur auctores.

CLICHTOVS.

3 ¶ Propositio exponibilis, est propositio obscurum habens sensum, & expositiōe indigēs pppter aliquod syncategorema in ea positū. Propositio autē exponēs, est propositio manifestior, p quā propositio exponibilis explicatur.

¶ Exponibiles sunt sexuplices: scilicet exclusiua, exce<sup>33</sup>ptiua, reduplicatiua, cōparatiua, de differ: de incipit, & desinit. Exclusiua sunt, in qb<sup>9</sup> ponit signū exclusiui t̄m, solū, præcisè, adæquatè. Ut t̄m aīal est homo. Exce<sup>33</sup>ptiua, in quibus signū est exceptiui: ut præter, præter quā, nisi. Ut oē aīal præter hoīem est irrationale. Res duplicatiua, in quibus signū ponit reduplicatiui: sicut, in quantū, in eo quod, ea ratiōe qua, quaten<sup>9</sup>. Ut homo in quantum rōnalis est risibilis. Cōparatiua, in quibus dictio cōparatiui grad<sup>9</sup>. Ut homo est fortior asino. Propositiones de differ, in quibus ponit dictio diuersitatē: differentiāq; significās. Ut homo est differēs ab equo. Propositiones de incipit & desinit, sunt exponibiles: in quibus ponit dictio inceptionē desitionemūe denotās. Ut homo incipit esse albus. ¶ Pro exponitione istarū exponibilium ponunt duo carmina, ppositiōes exponibiles rectè exponē

di artē cōtinētia: in quibus per cuiusq; exponibilis signū, huiusmodi generis exponibiles intelligēda sunt. Vt per Tāta, exclusiua: per Præter, exceptiua: per Inquā, hoc est inquantū, reduplicatiua: per Fortior, cōparatiua: per Differt, propositiones de differt. per In, propositiones de incipit. Cuiusq; autē signo subiecta dicitio, artem designat, qua huiusmodi exponibiles propositiones exponuntur. Siquidē numerus syllabarū, designat numerum exponētium, & cuiusq; syllabæ uocalis, significat qualitatem & quantitatem exponētis per talem syllabā designatæ. Et doctet hæc ars exponere propositiones similes particularibus affirmatiuis: præter exceptiuas, quarū eius quæ uniuersali affirmatiuæ similis est, hac arte traditur expositio, quod (ut dicunt) à termino particulariter sumpto non fit exceptio. Quæ regula ex sequētibus à ueritate discordare cognoscetur. Itaq; sic ars explicatur. ¶ TANTA SCIES. Propositio exclusiua similis particulari affirmatiuæ, exponit per duas exponētes: quarū prima est particularis affirmatiua, & secūda uniuersalis negatiua, hæc bēs partibus subiecti inclusam particulā aliud ab, si gratia alicuius exponit: uel hoc cōparatiuū plura, si gratia pluralitatis. Vt tantū aīal est homo: sic exponitur, aīal est homo, & nihil aliud ab aīali est homo. Et hæc tantum quinque sunt prædicabilia, sic exponitur: quinque sunt prædicabilia, & nō sunt plura prædicabilia quā quinque. Sed illis quæ per aliud ab, exponuntur, frequentius utuntur. ¶ PRÆTER CAMERAS. Propositio exceptiua similis uniuersali affirmatiuæ, exponitur per tres exponētes: quarū prima, est uniuersalis affirmatiua, secūda, uniuersalis negatiua, & tertia, uniuersalis affirmatiua, sumpta exclusionis particula aliud ab. Vt omne animal præter hominē est irrationale. sic exponitur: omnis homo est animal, & nullus homo est irrationalis, & oē animal aliud ab hominē est irrationale. ¶ VIGILABIS ET INQVAM. Propositio reduplicatiua similis particulari affirmatiuæ, exponitur per quatuor exponētes: quarum prima, est particularis affirmatiua, & secūda, etiam particularis affirmatiua, tertia, uniuer-

falis

falis affirmatiua, & quarta, hypothetica conditionalis, si exponatur gratia cōcomitantiæ: aut hypothetica causalis, si gratia causæ. Vt homo inquantum rationalis est risibilis, sic: homo est rationalis, & homo est risibilis, & omne rationale est risibile, & si aliquid est rationale, ipsum est risibile: aut quia aliquid est rationale, ipsum est risibile. Primum, gratia cōcomitantiæ, secundum gratia causæ. Et quarta designatur particularis: quod est prima pars sit particularis. ¶ FORTIOR IMMANES. Propositio de comparatiuo similis particulari affirmatiuæ, exponit per tres exponētes: quarū prima, est particularis affirmatiua; secūda, uniuersalis affirmatiua; & tertia, uniuersalis negatiua. Vt homo est fortior asino. sic exponitur: homo est fortis, & omnis asinus est fortis, & nullus asinus est ita fortis sicut homo. ¶ IGNAVOS DIFFER. Propositio de differt similis particulari affirmatiuæ, exponitur per tres exponētes: quarū prima, est particularis affirmatiua de secundo adiacente, secūda, uniuersalis affirmatiua etiā de secundo adiacente. & tertia particularis negatiua de tertio adiacente. Vt homo differt ab asino. eo pacto exponitur: homo est, & omnis asinus est, & quidā hō nō est asinus. ¶ IN ORIS. Propositio de Incipit similis particulari affirmatiuæ, exponit per duas exponētes: primā particularē negatiuā, & secūda particularē affirmatiuā. Vt homo incipit esse currēs, sic exponitur: homo nunc non est currēs, & mox idem homo erit currēs. Propositio autem de Definit opposito modo, s. per primam particularem affirmatiuā, & secūdam particularem negatiuam. Vt homo definit esse currēs, sic exponitur: homo nunc est currēs, & idem homo mox non erit currēs. Et potest eius expositio denotari per dictionem Siro, literis conuersis, huic dictioni Oris respondētē. Et hoc de Incipit, & Definit, in prima eorum acceptione, intelligitur. ¶ Siquidem Incipit, tres

h

est: homo est currens, & idem homo modo non fuit currens. In tertia utranq; prædictarum significationum sub disunctione complectitur. Vt homo incipit esse currens, id est, homo nunc non est currens, & idem mox erit currens: uel homo nunc est currens, & modo non fuit currens. Desinit in prima acceptione, dicit affirmationem præsentis, & negationem futuri. Vt homo desinit esse currens, id est, nunc est currens, & mox non erit currens. In secunda acceptione dicit negationem de præsentis, & affirmationem de præterito. Vt homo desinit esse currens, id est, homo nunc non est currens, & idem homo modo fuit currens. In tertia uerò utranq; acceptionem sub disunctione complectitur, & per utranq; exponitur. Vt homo desinit esse currens, hoc pacto: homo nunc est currens, & mox non erit currens; uel homo nunc non est currens, & modo fuit currens. ¶ Sed ad cognoscendum quis & quotus propositionis exponibilis terminus, cuiusq; exponentis subiectum sit & prædicatum; hæc notentur.

I.2 I.2 2.1 2.3 I.2.3 I.2 I.3 2.3 2.3

¶ Tanta sci es: præter ea me ras ui gi la bis & inq;

I.2 3.2 3.2.1 I. 2. I.2 I.2 I.2

¶ Fortior in me nes, ig na uos differ, in o ris.  
 ¶ Hic enim unicuiq; syllabæ supponuntur duo aut plures numeri: quorum primus significat quotus terminus exponibilis est subiectum exponentis, quæ per talē syllabam denotatur. Et secundus numerus, significat quotus terminus exponibilis est prædicatum eiusdē exponentis. Vt primæ syllabæ dictionis, Scies, superpositi numeri significat, quod primus terminus exclusiux, est subiectū primæ exponentis: & secundus terminus exclusiux, est primæ exponentis prædicatum. sic quoti numeri supponuntur secundæ syllabæ: toti exponibilis termini erunt extrema secundæ exponentis, ut primus terminus exponibilis, subiectū secundæ exponentis, & secundus prædicatū. ¶ Ad cognoscendū itaq; suppositionē terminorum propositionū exponibiliū: ipse exponibiles explicandæ

sunt: quia obscuræ & implicatæ, & uidentia est eorū suppositio in exponētibus: & eo modo quo in exponētibus supponunt: & in exponibiliū. & si in exponētibus supponunt pluribus suppositionibus: itidem in exponibiliū bus. ¶ In Exclusiuis siquidem: ut tantum aīal est homo, primus terminus aīal, supponit determinatē, gratia primæ exponentis: & confusē & distributiūe gratia secundæ. Secundus terminus homo, supponit etiam determinatē, gratia primæ exponentis; & confusē distributiūe gratia secundæ. Et quāuis in ista, nihil aliud ab aīali est homo, istum terminū aīal duo præcedāt distributiua, ut pote nihil & aliud; tamen alterum istorum, scilicet nihil, non cadit supra prædictum terminum: imò solum supra totum subiectum, & non supra quamlibet eius partem: quare unicum distribuens cadit supra eundem terminū, cuius uirtute (sicut & in ei⁹ cōtradictoria) distribuitur. ¶ In Exceptiuis: ut omne aīal præter hominem est irrationale: primus terminus aīal, supponit primo confusē tantū, gratia primæ exponentis; secūdo, confusē & distributiūe gratia tertiæ. secundus terminus homo, habet tres suppositiones confusas & distributiuas: primā grā primæ exponentis, secundam gratia secundæ, & tertiam grā tertiæ. Terti⁹ terminus irrationale, primo supponit cōfusē & distributiūe grā secundæ exponentis; secūdo, confusē tantū gratia tertiæ: cum in exponētibus eo modo termini supponant. ¶ In Reduplicatiuis: ut homo in quantum rationalis est risibilis: primus terminus homo supponit bis determinatē, primo, grā primæ exponentis: secūdo, gratia secundæ, secundus terminus rationale, primo supponit determinatē grā primæ exponentis: secūdo cōfusē & distributiūe gratia tertiæ; & tertio determinatē gratia quartæ. Tertius terminus risibilis, supponit primo determinatē gratia secundæ exponentis: secūdo cōfusē tantum gratia tertiæ; & tertio determinatē gratia quartæ, in qua prædicatur. ¶ In Comparatiuis, ut homo est fortior aīno: primus termin⁹ homo, supponit bis determinatē: primo quidem gratia primæ exponentis; secūdo, gratia tertiæ, in qua duo distributiua, scilicet

INTRODVCTIO III.

licet negatio negās, & aduerbiū similitudinis, quod cōs parationē importat, cadunt sup ipsum. Secundus terminus fortior, supponit (sumpto indicio ab eius positiuo) primo determinatē, gratia primæ exponentis, secūdo, cōfusē tantum gratia secundæ; & tertio cōfusē & distributiū gratia tertiæ. Tertius autem terminus a finis, supponit bis cōfusē & distributiū; semel gratia secundæ exponentis, & semel gratia tertiæ, quod intuenti exponentes perspicuū est & clarū. ¶ In propositionibus de Difert & æquialētib⁹, ut homo differt ab asino: prim⁹ terminus homo, supponit bis determinatē. Primo, quidem gratia primæ exponentis, secūdo gratia tertiæ. Secundus terminus asino, supponit primo cōfusē & distributiū, gratia secundæ exponentis, secūdo iterū confusē & distributiū gratia tertiæ. ¶ In propositionibus de Incipit, ut homo incipit esse currens, primus terminus, duas habet suppositiōes determinatas: primā gratia primæ exponentis, & secundam gratia secundæ. Secundus aut terminus currens, primo supponit confusē distributiū gratia primæ exponentis; secūdo determinate, gratia secundæ. ¶ In propositionibus de Definit, ut homo definit esse currens; primus termin⁹ homo, bis supponit determinatē: semel in subiecto primæ exponentis; & iterum in subiecto secundæ. Secundus uerò terminus currens, primo determinatē gratia primæ exponentis, secundo cōfusē & distributiū grā secundæ. ¶ Et hoc pacto in singulis exponibilibus cognoscenda est ampliatio, restrictio, & appellatio terminorū per suas exponentes. Nā hic exponibiles supponunt esse hypotheticæ & oīno æquialere suis exponentibus. ¶ Quāuis aut unius tantū generis exponibiles per artē hic traditā cognitæ sunt: tamen facile est per eam aliorum etiam generū exponibiles explicare, ut eas quæ uniuersali affirmatiuæ similes sunt, & quæ uniuersali negatiuæ, quæ particulari negatiuæ, & contradictorias earundē. Si enim negatio in exponibili nō cadit sup signū exponibilis: ipsa exponitur p copulatiuā. Si uerò cadat: per disiunctiuā. Et cū negatio super totā cadit exponibile: per analogiā oppositē explicatur per exponentes

IN SVVPOSI.

contradictorias illis: quæ affirmatiuam eius cōtradictoriam exponebant: hoc est per hypotheticam de partibus cōtradictentibus, ut subiecta monstrat formula.

Formulae Exponibilium.

Exclusiue exponibiles.		Exponentes.	
		1	2
	Copulatiua   Tantum omne aīal est homo	a	e
1	Disiunctiua   Non tantum omne aīal est homo	o	i
2	Copulatiua   Tantū omne aīal non est homo	e	a
1 2	Disiunctiua   Non tantū omne aīal nō est hō	i	o
	Copulatiua   Tantum animal est homo	i	e
1	Disiunctiua   Non tantum animal est homo	e	i
2	Copulatiua   Tantum animal nō est homo	o	a
1 2	Disiunctiua   Non tantū animal nō est homo	a	o

Exceptiue exponibiles.		Exponentes.		
		1	2	3
	Copu.   Oē aīal pter hoīem ē irrōnale.	a	e	a
1	Disiū.   nō oē aīal pter hoīem est irra.	o	i	o
2	Disiū.   oē aīal non pter hoīem est irra.	o	i	e
3	Copu.   oē aīal preter hoīem nō est irra.	a	a	e
1 2	Copu.   nō oē aīal nō preter ho. est irra.	a	e	i
1 3	Disiū.   nō oē aīal preter ho. nō est irra.	o	o	i
2 3	Disiū.   oē aīal nō pter ho. nō est irra.	o	o	e
1 2 3	Copu.   nō oē aīal nō pter ho. nō ē irra.	a	a	i

¶ In istis duabus formulis docetur expositio exclusiuarum, quæ sumuntur secundum regulam binarij; cum in eis duobus locis possit negatio poni primo in principio, secundo in medio ante copulam. Exceptiuarum uerò numerus sumitur secundum regulam ternarij, quia tribus locis negatio poni potest; primo in principio; secundo immediate ante signum exceptiuum, & tertio post signum exceptiuum. Vocales autem ordine dispo-

INTRODVCTIO III.

litæ qualitatem & quantitatem significant exponentiũ;

Exponibiles reduplicatiuæ. Exponentes.

			1	2	3	4
40	Copula.	Ois hõ içptũ ronalis e risti.	a	a	a	i
1	Disiũ.	nõ ois hõ içptũ ronalis e risti.	o	o	o	e
2	Disiũ.	ois hõ nõ içptũ ronalis e risti.	e	e	e	e
3	Copula.	ois hõ içptũ ronalis nõ e risti.	a	e	e	o
1.2	Copula.	nõ ois hõ nõ içptũ rona. e risti.	i	i	a	i
1.3	Disiũ.	nõ ois hõ içptũ rona. ñ e risti.	o	i	i	a
2.3	Disiũ.	ois hõ nõ içptũ rona. ñ e risti.	e	a	i	a
1.2.3	Copula.	nõ ois hõ ñ içptũ rona. e risti.	i	o	e	o

Exponibiles comparatiuæ. Exponentes.

			1	2	3
41	Copulatiua	Ois hõ est fortior alino	a	a	e
1	Disiunctiua	nõ ois hõ est fortior alino	o	o	i
2	Disiunctiua	Ois hõ nõ e fortior alino	e	o	i
1.2	Copulatiua	nõ ois hõ ñ e fortior alino	i	a	e
	Copulatiua	ois homo differt ab alino	a	a	e
1	Disiunctiua	nõ ois hõ differt ab alino	o	o	i
2	Disiunctiua	ois hõ nõ differt ab alino	e	o	a
1.2	Copulatiua	nõ ois hõ nõ differt ab alino	i	a	o

¶ IN PROPOSITIONIBVS REDVPLICATIUIS, quarta cum sit hypothetica, neq; est uniuersalis affirmatiua neq; alterius quantitatis; sed si prima eius pars est uniuersalis affirmatiua; notat uocali, a, & eius contradictoria uocali, o. Cum uerò prima eius pars est particularis affirmatiua, notatur uocali, i, & eius contradictoria uocali, e.

IN SVVPOSI.

36

Incipit, in prima acceptione.

			e	a	42
	Copulatiua	Ois homo incipit esse albus	e	a	42
1	Disiunctiua	non ois hõ incipit esse albus	i	o	
2	Disiunctiua	ois homo nõ incipit esse alb <sup>9</sup>	a	e	
3	Copulatiua	ois homo incipit nõ eẽ alb <sup>9</sup>	a	e	
1.2	Copulatiua	nõ ois hõ nõ incipit esse alb <sup>9</sup>	o	i	
1.3	Disiunctiua	nõ ois hõ incipit nõ esse alb <sup>9</sup>	o	i	
2.3	Disiunctiua	ois hõ nõ incipit nõ esse alb <sup>9</sup>	e	a	
1.2.3	Copulatiua	nõ ois hõ nõ incipit nõ eẽ alb <sup>9</sup>	i	o	

Desinit, in prima acceptione.

			a	e
	Copulatiua	Ois homo desinit esse albus	a	e
1	Disiunctiua	nõ ois homo desinit esse alb <sup>9</sup>	o	i
2	Disiunctiua	ois homo nõ desinit esse alb <sup>9</sup>	e	a
3	Copulatiua	ois homo desinit nõ esse alb <sup>9</sup>	e	a
1.2	Copulatiua	nõ ois hõ nõ desinit esse alb <sup>9</sup>	i	o
1.3	Disiunctiua	nõ ois hõ desinit nõ esse alb <sup>9</sup>	i	o
2.3	Disiunctiua	ois hõ nõ desinit nõ eẽ alb <sup>9</sup>	a	e
1.2.3	Copulatiua	nõ ois hõ nõ desinit nõ eẽ alb <sup>9</sup>	o	i

¶ INCIPIT IN SECUNDA ACCEP-  
tione, exponitur per exponentes eiusdem qualitatis & quantitatis, sicut Desinit in prima; comparando propositiones sibi respondentes in situ negationis adinuicem. Et contra, Desinit in secunda acceptione exponitur per exponentes eiusdem qualitatis & quantitatis, sicut Incipit in prima, comparando propositiones similes in serie negationum adinuicem.

Incipit, in tertia acceptione.

			1	2	3	4
	Disiunct.	Ois hõ incipit esse albus	e	a	a	e
1	Copula.	Nõ ois hõ incipit esse alb <sup>9</sup>	i	o	o	i
2	Copula.	Ois hõ nõ incipit esse alb <sup>9</sup>	a	e	e	a
3	Disiunct.	Ois hõ incipit nõ esse alb <sup>9</sup>	a	e	e	a

h iij

1. 2.	Disiunct.	Nō oīs hō nō ĩcipit eē alb.	o   i   i   o
1. 3.	Copulati.	Nō oīs hō ĩcipit nō eē alb <sup>9</sup>	o   i   i   o
2. 3.	Copulati.	Oīs hō nō ĩcipit nō eē alb <sup>9</sup>	e   a   a   e
1. 2. 3.	Disiunct.	Nō oīs hō n̄ ĩcipit n̄ eē alb <sup>9</sup>	i   o   o   i

Definit, in tertia deceptione.

			1   2   3   4
	Disiunct.	Oīs homo definit eē alb <sup>9</sup>	a   e   e   a
1	Copulati.	Nō oīs hō definit eē alb <sup>9</sup>	o   i   i   o
2	Copulati.	Oīs hō non definit eē alb <sup>9</sup>	e   a   a   e
3	Disiunct.	Oīs hō definit nō eē albus	e   a   a   e
1. 2.	Disiunct.	Nō oīs hō n̄ definit eē alb <sup>9</sup>	i   o   o   i
1. 3.	Copulati.	Nō oīs hō defi. nō eē alb <sup>9</sup>	i   o   o   i
2. 3.	Copulati.	Oīs hō nō defi. nō eē alb <sup>9</sup>	a   e   e   a
1. 2. 3.	Disiunct.	Nō oīs hō n̄ defi. nō eē alb <sup>9</sup>	o   i   i   o

**CUM IN HAC TERTIA ACCE**  
 ptione, ante uerbum ĩcipit aut Definit non ponitur ne-  
 gatio, exponitur per disiunctiuam, ex copulatiuis, suis  
 quidem partibus constitutam. Cum uerò præcedit nega-  
 tio, exponitur; p copulatiuam ex duabus disiunctiuis,  
 44 suis quidem partibus, cōstituta. ¶ In istis autem expo-  
 nibilibus, quia hypotheticæ sunt, aut copulatiuæ aut  
 disiunctiuæ; sumuntur plerq; argumētandi formæ ab ex-  
 ponibili ad exponentes, aut ab exponentibus ad expo-  
 nibiles: quas exercitatiōis gratia hic operæpretiū uisum  
 est adducere. In primis si exponibilis explicetur per cop-  
 ulatiuam ex duabus exponentibus compositā; sex præ-  
 fertim in ea sient cōsequentia. ¶ Prima, A tota exponi-  
 bili ad primam eius exponentem, est formalis consequen-  
 tia. Vt tātum animal est homo: ergo animal est homo. Re-  
 gula. A tota copulatiua ad alteram eius partem, est for-  
 malis consequentia. ¶ Secunda, à destructione primæ  
 exponentis ad destructionem exponibilis, est formalis  
 consequentia. Vt nō aīal est homo: ergo nō tantū animal  
 est homo. Regula. Ex opposito consequentis primæ, à  
 destructione enim partis copulatiuæ ad destructionem

totius, est formalis consequentia. ¶ Tertia, A tota expo-  
 nibili ad secundam eius exponentem, est formalis conse-  
 quentia. Vt tantum animal est homo: ergo nihil aliud ab  
 animali est homo. Per idē ut prima. ¶ Quarta, A destru-  
 ctione secundæ exponentis ad destructionē exponibilis, est  
 formalis consequentia, Vt non nihil aliud ab animali est  
 homo: ergo non tantum animal est homo. Per idem ut ses-  
 cunda. ¶ Quinta, A tota exponibili ad totam eius expo-  
 nentem, est formalis consequentia. Vt tantum animal est  
 homo: ergo animal est homo, & nihil aliud ab animali  
 est homo. Regula. Ab æquivalenti ad suam æquivalen-  
 tem, est formalis consequentia. ¶ Sexta, A destructione  
 totius exponentis ad destructionem totius exponibilis,  
 est formalis consequentia. Vt non animal est homo, & ni-  
 hil aliud ab animali est homo: ergo non tātum animal est  
 homo. Ex opposito consequentis, per præcedentem.  
 ¶ Si uerò exponibilis explicetur per disiunctiuam, ex  
 duabus categoricis constitutam: sex consimiliter sumun-  
 tur consequentia, sed ediuerso: scilicet ab exponente ad  
 exponibilem, ut à parte disiunctiuæ ad totam disiuncti-  
 uam. ¶ Si exponibilis, per copulatiuam trium partium  
 exponatur, quatuordecim sumuntur consequentia ab  
 exponibili ad exponentem, & ediuerso: scilicet septem di-  
 rectè comparando secundum regulam ternarij exponibilis  
 lem, primo ad primam exponentem; secundo ad secundā;  
 tertio ad tertiam; quarto ad primam & secundam; quin-  
 to ad primam & tertiam; sexto ad secundam & tertiam;  
 septimo ad primam secundam & tertiam, & totidem ex  
 opposito consequentis. Sin uerò per disiunctiuam triū  
 partium exponatur: quatuordecim etiam sumuntur, sed  
 ediuerso & ab exponente ad exponibilem. Cuius exem-  
 plum sumatur in exceptiuis: ut rectè sequitur: Primo,  
 omne animal præter hominem est irrationale (quod ses-  
 quentium etiam consequentiarum intelligitur antee-  
 dens) ergo omnis homo est animal. Secundo, ergo nullus  
 homo est irrationalis. Tertio, ergo omne animal  
 aliud ab homine est irrationale. Quarto, ergo omnis ho-  
 mo est animal, & nullus homo est irrationalis. Quinto,

ergo omnis homo est animal, & omne animal aliud ab homine est irrationale. Sexto, ergo nullus homo est irrationalis, & omne animal aliud ab homine est irrationale. Septimo, ergo omnis homo est animal, & nullus homo est irrationalis, & omne animal aliud ab homine est irrationale. Et unicuique istarum subiungenda est ea, quæ est ex opposito consequentis ad oppositum antecedentis proximæ præcedentis. ¶ Exponibilis per hypotheticam copulatiuam, ex quatuor partibus constitutam explicata: triginta consequentias habet, ab exponibili ad exponentes quindecim, & totidem ex opposito consequentis respondentes. Primo, ab exponibili ad primam exponentem. Vt homo inquantum rationalis est risibilis (id enim ponitur omnium sequentium argumentationum antecedens) ergo homo est rationalis. Secundo, ab exponibili ad secundam exponentem: ut, ergo homo est risibilis. Tertio, ab exponibili ad tertiam exponentem: ut, ergo omne rationale est risibile. Quarto, ab exponibili ad quartam exponentem: ut, ergo si aliquid est rationale, ipsum est risibile. Quinto, ab exponibili ad primam & secundam exponentes: ut, ergo homo est rationalis, & homo est risibilis. Sexto, ab exponibili ad primam & tertiam exponentem: ut, ergo homo est rationalis, & omne rationale est risibile. Septimo, ab exponibili ad primam & quartam exponentes: ut, ergo homo est rationalis, & si aliquid est rationale, ipsum est risibile. Octauo, ab exponibili ad secundam & tertiam exponentes: ut, ergo homo est risibilis, & omne rationale est risibile. Nono, ab exponibili ad secundam & quartam exponentes: ut, ergo homo est risibilis, & si aliquid est rationale ipsum est risibile. Decimo, ab exponibili ad tertiam & quartam exponentes: ut, ergo omne rationale est risibile, & si aliquid est rationale, ipsum est risibile. Undecimo, ab exponibili ad primam secundam & tertiam exponentes: ut, ergo homo est rationalis, & homo est risibilis, & omne rationale est risibile. Duodecimo, ab exponibili ad primam secundam & quartam exponentes: ut, ergo homo est rationalis, & homo est risibilis, & si aliquid est rationale, ipsum est risibile. Decimo

tertio, ab exponibili ad primam tertiam & quartam: ut, ergo homo est rationalis, & omne rationale est risibile, & si aliquid est rationale, ipsum est risibile. Decimoquarto, ab exponibili ad secundam tertiam & quartam: ut, ergo homo est risibilis, & omne rationale est risibile, & si aliquid est rationale, ipsum est risibile. Decimoquinto, ab exponibili ad primam secundam tertiam & quartam simul: ut homo inquantum rationalis est risibilis: ergo homo est rationalis, & homo est risibilis, & omne rationale est risibile, & si aliquid est rationale ipsum est risibile. Singulis autem prædictarum subiungendo suam ex opposito consequentiam respondentem, itidem fient quindecim consequentiarum. ¶ Ad arguendum autem specialiter in exclusiuis, ponuntur quatuor regulæ, quarum prima est, ¶ Ab exclusiua simili indefinitæ affirmatiuæ, ad uniuersalem affirmatiuam de terminis transpositis, est necessaria consequentia. Vt bene sequitur, tantum animal est homo: ergo omnis homo est animal. Patet, quia si non sequatur, tantum b est a, ergo omne a est b: possibile est antecedens esse uerum, consequente existente falso. sit itaque antecedens uerum, & consequens falsum. Cum hæc sit uera, tantum b est a: sua æquiualens & tota exponens b est a, & nihil aliud ab ipso b est a, erit uera: & cum sit copulatiua, per diffinitionem copulatiuæ ueræ, eius utraque pars erit uera: quare eius prima pars, b est a, est uera: & similiter secunda pars, nihil aliud ab ipso b est a, etiam uera. At sequitur: nihil aliud ab ipso b est a, ergo omne a non est ens aliud ab ipso b: per conuersionem uniuersalis negatiuæ in se ipsam. Antecedens probatum est uerum: ergo & consequens est uerum: quare suum contradictorium, quoddam a est aliud ab ipso b, est falsum. At hæc: quoddam a est aliud ab ipso b, æquiualeat huic suæ exponenti copulatiuæ: quoddam a est, & omne b est, & aliquod a non est b: igitur hæc copulatiua est falsa. quare per diffinitionem altera pars eius est falsa. At prima pars non est falsa, neque secunda, nam intelligitur a capi pro re existente, ut homine: itidem

& but pro animal: igitur tertia eius pars, aliquod a non est b, est falsa. & similiter ista, omne a est b concessa est falsa: quæ est ei contradictoria. sunt igitur duæ contradictoriae simul falsæ, quod est impossibile, quare prima consequentia erat bona. ¶ Secunda. Ab uniuersali affirmatiua ad exclusiuam similem indefinitæ affirmatiuæ de terminis transpositis, est formalis consequentia. Vt rectè sequitur: omnis homo est animal, ergo tantum animal est homo. Patet, quia si non sequatur: omne a est b, ergo tantum b est a: sit gratia disciplinæ antecedens uerum & consequens falsum. Cum consequens tantum b est a sit falsum: eius exponens b est a, & nihil aliud ab ipso b est a, est falsum, per locum ab æquivalentibus, quare, per diffinitionem, altera pars eius est falsa. At prima pars, b est a, falsa non est. Nam bene sequitur: omne a est b, ergo quoddam b est a, per conuersionem uniuersalis affirmatiuæ in seipsam: sed antecedens, omne a est b, concessum est uerum: ergo & consequens, quoddam b est a, etiam est uerum: igitur secunda pars copulatiuæ, nihil aliud ab ipso b est a, falsa: quare sua contradictoria, aliquid aliud ab ipso b est a, per principium contradictoriorum est uera. At sequitur, aliquid aliud ab ipso b est a, ergo a est aliud ab ipso b: per conuersionem simplicem particularis affirmatiuæ in seipsam, antecedens concessum est uerum, ergo & consequens est uerum. Quare & eius exponens a est b, & omne b est a, & aliquod a non est b, est uera: & cum ipsa sit copulatiua, per diffinitionem copulatiuæ ueræ, quælibet pars eius est uera: igitur aliquod a non est b, est b, est tertia pars, est uera. Et sua contradictoria, omne a est b, per hypothesin est uera, sunt igitur duæ contradictoriae simul ueræ, quod est impossibile. Et possunt hæc duæ regulæ (quarum secunda est conuertens primæ) etiam ostensiuè probari. Intelligitur autem prima regula de exclusiua, cuius prædicatum est terminus communis, in qua signum exclusiuum præponitur subiecto, & quæ exponitur gratia alicuius. Secunda uerò intelligitur quando antecedens est propositio tota uniuersalis affirmatiua, & totum subiectum sumitur uniuersaliter, non enim sequitur, cuiuslibet hois

oculus est dexter, ergo tantum dexter est oculus hominis, cum antecedens possit esse uerum & consequens falsum, posito casu quod quilibet homo habeat duos oculos. ¶ Tertia regula. Ab exclusiua, sine negatione sumpta, ad exclusiuam cum negatione præposita, & postposito signo est formalis consequentia. Vt bene sequitur, tantum animal est homo, ergo non tantum animal non est homo. Si enim non sequatur, tantum a est b, ergo non tantum b, sit gratia disciplinæ antecedens uerum & consequens falsum. Cum consequens, non tantum a non est b sit falsum: eius exponens omne a est b, uel aliquid aliud ab a non est b, est falsum. Et cum sit disiunctiua, per diffinitionem, utraq; pars eius est falsa: quare secunda eius pars, aliquid aliud ab a non est b, est falsa. Et cum antecedens, tantum a est b, per hypothesin sit uerum: eius exponens, a est b, & nihil aliud ab a est b, est uerum, & cum sit propositio copulatiua, per diffinitionem utraq; pars eius est uera. Quare secunda pars eius nihil aliud ab a est b, est uera, ad quam sequitur sua particularis, aliquid aliud ab a non est b, per legem subalternarum itidem uera: & eadè prius concessa falsa. Igitur eadem propositio simul uera est & falsa, quod est impossibile. Vel sic. Cui ista probata sit uera, nihil aliud ab a est b, sua contraria, omne aliud ab a est b, est falsa per legem contrariarum: & sua contradictoria, quoddam aliud ab a non est b, etiam est concessa falsa: igitur duæ contradictoriae sunt simul falsæ, quod est impossibile. ¶ Quarta regula. Ab exclusiua cum negatione signo exclusiua postposita, solum ad exclusiuam cuius signo præponitur tantum negatio, est formalis consequentia. Vt bene sequitur, tantum animal non est homo: ergo non tantum animal est homo. Et hæc sumitur ex opposito consequentis regulæ præcedentis. Patet, quia si non sequatur, tantum a non est b, ergo non tantum a est b: sit antecedens uerum & consequens falsum per diffinitionem malæ consequentia. Cum consequens, non tantum a est b, sit falsum: & eius exponens, nullum a est b, uel aliquid aliud ab a est b, est falsa, quæ cum sit disiunctiua, eius utraq; pars per diffinitionem disiunctiuæ falsæ, est



falsa: quare secunda eius pars, aliquid aliud ab a est b, est falsa. Et cum antecedens, tantū a non est b sit uerū, eius exponens, a non est b, & omne aliud ab a est b, est uera, & est copulatiua: ergo, per diffinitionē copulatiuæ ueræ, eius utraq; pars est uera, quare hæc, omne aliud ab a est b, est uera: ad quam per legem subalternarū sequitur sua particularis, aliquid aliud ab a est b, quæ etiam debet esse uera: & tamen prius est posita falsa, igitur eadem propositio simul est uera & falsa, quod est impossibile. Aliter, cum ista, omne aliud ab a est b, sit probata uera: eius contraria, nihil aliud ab a est b, est falsa: & eius contradictoria, aliqd aliud ab a est b, est cōcessa falsa: sunt igitur duæ contradictoriæ simul falsæ, quod est impossibile. ¶ Positæ & in exclusiuis & cæteris exponibilium generibus complures regulæ formari. Sed cum hæc consequentiæ nullum ad disciplinas usum habeāt, & ab autoribus cōsultō neglectæ sint: non est his diutius immorandum. In eisdem exponibilibus breue est iter & procedendi uia per exempla, longum uerō & inefficax per præcepta: quod exponibilium cognitio magis exemplis quàm regulis patefiat. ¶ Ex his multa uocabula in uulgari logicorum usu usurpata, barbara sunt & à latinæ linguæ nitore abhorrentia, quæ uenustioribus (si libet) uocabulis permutare, & ad latinam linguam reducere hoc modo possumus: ut quod uulgo dicunt suppositiones: autores dicunt, uocabulorum dictionumq; acceptiones. Suppositio personalis dicitur pulchrius suppositio pro re ipsa. Suppositio materialis: suppositio pro uoce, scripto siue scriptura, & pro notione siue conceptu. Suppositio absoluta, melius uocatur suppositio non relatiua, respectiua, relatiua. Improperia, translaticiua, naturalis, doctrinalis, accidentalis, uulgaris atq; accidentaria, discreta, singularis, quod dicunt distributiue: elegantius diceretur uniuersaliter, non distributiue, particulariter, copulatiue, siue diuisiue, diuisim: collectiue siue coniunctim, iunctim pro generibus singulorum, secundum speciem. pro singulis generum, secundum indiuidua. magis ample, latius, magis strictè, pressius, & sic de cæteris

his quæ in uocabula latina à probatis autoribus usitata facile mutari possunt ad prædictorum terminorum similitudinē. Enim uero in disciplinis tradendis, summo opere fugienda est uerborū, sermonisq; barbaries; obseruandaq; (quantum sinit materia) latinæ locutionis ratio. quo scietix suapte natura pulchræ elegantiore eloquio ut decentiore cultu uenustæ pulchriores habeantur. Ut enim nobilissimus quisque præter dignitatem sordida ueste indutus, nullius habetur pretij, & margarita nitidissima immersa luto, natium non reddit splendorem: sic & discipulinar uiles cunt: animoq; sordent, cū incultiori sermone explicantur, & horrido squalore obsitæ, obscuratæq; non eam præ se ferunt (quam habent) dignitatem.

## Ars Prædicabilium.

## DIVISIONES.

¶ Prædicatio,	Subalterni.
Essentialis.	¶ Speciei,
Accidentalis,	Specialissime.
¶ Essentialis,	Subalternæ.
Propria.	¶ Differentiæ,
Impropria.	Speciei subalternæ.
¶ Propria,	Speciei specialissime.
In quid.	Constitutiuæ.
In quale.	Diuisiua.
¶ In quid,	¶ Accidentalis,
Generis.	Proprij.
Speciei.	Accidentis.
¶ In quale,	¶ Proprij,
Differentiæ.	Specialissimi.
¶ Generis,	Subalterni.
Generalissimi.	Generalissimi.

Transcendentis,  
 Accidentis.

Separabilis.  
 Inseparabilis.

## CLICHTOEVVS.

**A**Rs prædicabilium introducit ad librum prædicabilium Porphyrij, quem parauit introductorij in prædicamēta Aristotelis. In hac autem introductione primo quaerendum occurrit, an propositio proposita sit prædicatio. Deinde, an essentialis, an accidentalis. Si essentialis, an propria, an impropria. Si impropria, nihil ultra percontandum est, quia reiecta est ab autoribus. Si propria, an sit, propria in quid, an in quale. Si sit prædicatio in quid, utrum sit generis uel speciei. Si generis, an generis generalissimi, an subalterni. Si speciei, an speciei specialissimæ, an subalternæ. Si in quale & differentie, an differentie speciei subalternæ, an speciei specialissimæ, an differentie constitutiuæ, an diuisiuæ. Si sit accidentalis, an propriæ, an accidentis. Si propriæ, an propriæ specialissimi, an subalterni, an generalissimi, an propriæ transcendentis. Si accidentis, an prædicatio sit accidentis separabilis, an inseparabilis.

## Diffinitiones Prædicabilium.

FABER.

- ¶ Prædicatio, est alicuius de aliquo verificatio, Prædicationis tria sunt quaesitiua, Quæ, Qualis, & Cuius. Quæ, querit an prædicatio essentialis sit an accidentalis. Qualis, propria an impropria. Cuius verò, an generis, speciei, differentie, propriæ aut accidentis.
- ¶ Prædicatio essentialis, est prædicatio cuius neutrum extremorum denotat aliquid extrinsecè supra reliquum. Extrema, subiectum, prædicatum.
- ¶ Prædicatio accidentalis, est prædicatio, cuius aliquod extremorum nonnihil denotat extrinsecè supra reliquum. Denotare, commotare, appellare.

Prædicatio

¶ Prædicatio propria, est alicuius prædicabilis de suo subijcibili prædicatio, quæ & dicitur prædicatio: in qua superius de inferiori, aut connotatiuum de absoluto, aut magis connotatiuum de minus connotatiuo prædicatur.

Prædicatio propria, prædicatio directa, prædicatio ordinata.

¶ Prædicatio impropria, est prædicatio quæ non est alicuius prædicabilis de suo subijcibili. Et eadem dicitur prædicatio, in qua non superius de inferiori, nec connotatiuum de absoluto, nec magis connotatiuum de minus connotatiuo prædicatur.

Prædicatio impropria, prædicatio indirecta, prædicatio inordinata.

## CLICHTOEVVS.

**P**Rædicatio non sumitur hic largè, ut à prædicato dicitur, & ut est prædicati de subiecto enuntiatio: sed denominans est à prædicabili, & est alicuius prædicati de aliquo subiecto uera affirmatiuaq; enuntiatio, mediante quidem copulatione præsentis: ab ea enim sumitur præcipuum de prædicatione iudicium. Quare hic non est prædicatio: homo est equus, homo est lapis, album fuit nigrum. prima enim uera non est, secunda non est affirmatiua, tertia non habet temporis præsentis (quæ ad prædicationem requiritur) copulam. Cum autem cõstat per diffinitionem datã propositionem esse prædicationem, protinus interrogandũ est, quæ prædicatio est, qualis prædicatio, & cuius prædicabilis est prædicatio. Ad quaestionem factam per quæ, respondendum est, quòd est essentialis uel accidentalis. Ad quaestionem factam per qualis, respondere oportet, quòd propria est uel impropria. Ad quaestionem factam per cuius, rectè respondendum est, quòd est generis, speciei, differentie, propriæ uel accidentis, uel nullius prædicabilis. ¶ Prædicatio essentialis ea est, cuius neq; subiectum denotat aliquid extrinsecè supra prædicatum,

neq; contrā, prædicatum supra subiectum. Extrema em̄ hic dicuntur propositionis categoricæ termini, puta  
 2 subiectum & prædicatum. ¶ Denotare autem extrinsecè, est ultra id. pro quo terminus supponit, quantitatem, ad aliquid, qualitatem, aut alicuius prædicamentorū accidētium rationē designare. Cum ergo ultra id pro quo supponit terminus, neq; denotat quantum, neq; quale, nihil denotat extrinsecè supra reliquum, ut cum prædicatur genus de specie, ut homo est animal, linea est quantitas: aut species de indiuiduo, ut Ioannes est homo; aut differentia de specie, ut homo est rationalis. non enim differentia extrinsecè denotat, sed substantiæ partem solum absolute appellat. ¶ Prædicatio accidentalis, est cuius aut prædicatū denotat extrinsecè supra subiectum, aut subiectum supra prædicatum, aut utrunq; supra alterum. Exemplum, ut homo est bicubitus, Ioannes est pater, homo est albus; & ubicunq; denominatiuum prædicamenti accidentium dicitur de termino prædicamēti substantiæ. Exemplum secundū: ut calidum est ignis; substantum calidum denotat extrinsecè aliquid, scilicet caliditatem supra prædicatum. Exemplum tertij; ut album est dulce, calidum est leue. In his enim, & subiectum denotat supra prædicatum, & contrā, prædicatum supra subiectum. ¶ Prædicatio propria duabus hic diffinitionib; diffinitur, quarum prima est ex proprijs huius disciplinæ terminis, qui sunt prædicabile & subijcibile. Referuntur autem ad seinuicem prædicabile & subijcibile, sicut dominus & seruus, & unumquodq; specialium prædicabilium ad suum subijcibile. Generis siquidem subijcibile, est species & inferiora speciei. Subijcibile speciei, indiuiduum est. Subijcibile differentię, est species, & inferiora eius. Subijcibile proprij, est species cum proprio conuertibilis. Subijcibile accidentis, est subiectum, ut homo est animal, Sortes est homo, homo est rationalis, homo est risibilis, homo est sedens; prædicatio est propria, & summam cum aliquod prædicabile, aut genus, aut species de suo subijcibili dicitur. Secunda diffinitio, est ex improprijs huius arti terminis, absolutum, conno-

tatiuum, magis connotatiuum: qui sunt huic disciplinæ impertinentes. & tres complectitur particulas. Primæ exemplum, ut homo est animal. Secundæ, ut homo est albus, ubi connotatiuum scilicet albus, denotans albedinem, prædicatur de absoluto, scilicet de termino homo nihil connotante. Tertium exemplum, ut bicubitus est æquale, cuius prædicatum, quantitatem denotat pariter & ad aliquid, subiectum uerò quantitatem solum. Ita in hac, album est simile, prædicatum qualitatem, & ad aliquid denotat, subiectum uerò qualitatem solum, quare minus connotat. ¶ Prædicatio impropria bifariam  
 4 itidem diffinitur; prima tamen diffinitio aptior est & melior quàm secunda, propter eam, quæ modo adducta est rationem. Vnde si qua detur prædicatio propria, & conuertatur, fiet impropria, ut animal est homo, neq; enim ibi prædicatur gen<sup>9</sup> de specie, neq; species de indiuiduo, neq; aliorum prædicabilium ullum. Secundo, quia non prædicatur superius de inferiori, sed inferius de superiori. Album est homo, impropria est prædicatio, in qua connotatiuum non dicitur de absoluto; sed ediuerso absolutum de connotatiuo. Aequale est album, eandem ob causam impropria est, in qua non dicitur magis connotatiuum de minus connotatiuo, sed contrā, minus connotatiuum de magis connotatiuo. Ita autem prædicatio, homo est homo, est impropria, siue indirecta, siue inordinata, & uniuersaliter omnis propositio in qua idem prædicatur de seipso, cum illa nõ sit alicuius prædicabilis de suo subijcibili prædicatio. Adde quòd idem ad seipsum neq; superius est, neq; connotatiuum, neq; magis connotatiuum.

## F A B E R.

¶ Id prædicatur in quid, quod conuenienter respondetur ad quæsitium quid.

¶ Quid hoc in loco, quæsitium prædicabilis & non diffinitionis est.

¶ In quale, quod conuenienter respondetur ad quæsitium quale, prædicatum essenziale querens.

¶ Genus, est predicabile de pluribus differentibus specie in quid.

¶ Differentia specie, sunt species non synonymæ, ad quas & diuersarum specierum indiuidua reducuntur.

¶ Genus generalissimum, est genus supra quod nullum est aliud superueniens genus.

¶ Genus subalternum, est genus quod potest esse species.

¶ Species, est predicabile, quod ponitur sub genere. Id ponitur sub genere, de quo genus in quid predicatur.

¶ Species specialissima, est species que non potest esse genus.

¶ Species subalterna, est species que potest esse genus.

## CLICHTOVEVS.

¶ Prædicari in quid, est terminū conueniēter respōderi ad quæsitū quid. Vt si quærat, quid est homo: apte quis responderit, est aīal. Et si quærat quod est Ioannes: recta dat respōsio, est homo. Sola autē genera & species, de suis subijcibilibus in quid prædicātur. ¶ Verū inter rogatiū quid, interdū est quæsitū diffinitōis de diffinito. Vt quod est homo: responderi apte, est aīal rationale. Et hoc modo nō sumit in præsentī loco, sed in diffinitōis descriptione qua dicitur, Diffinitio, est oratio quid esse rei indicās. Interdū est quæsitū prædicabilis, scilicet termini superioris ad quæsitū, & hoc modo sumit hic. Similiter quæsitū quale, aliquando quærit prædicatū accidentale ipsi quæsitō: & hoc modo, sumptū quæsitū est prædicamēti qualitatis. Vt qualis est ignis: est calidus, leuis, lucidus, qualis est Ioānes: est grāmaticus, logicus, fortis, tēperans, aīatus, corporeus; ergo rationale prædicatur in quale. Si quidē sola differentia substantialis, prædicatur in quale. ¶ Et hæc multipli

citar, nonnullos induxit ad ponendum differentias substantiales in prædicamento qualitatis: cum secundū formalem earum rationem in prædicamento substantiæ collocandæ sint, ut in logica ostendendum est. Qui hac quidē potissimū ratione impulsī sunt illud astruere: quod differentia substantiales prædicentur in quale: non percipientes quā differenter differentia & prædicamenti qualitatis dicibilia, in quale prædicentur. ¶ De diffinitione generis exemplum. Vt animal est genus, nam est prædicabile: cum natum sit prædicari de pluribus specie differentibus: ut de hoīe & equo, quæ differunt specie, cū sint diuersæ species. Et in quid, conueniēter em respōsio datur ad quæsitū quid. Vt quærenti, quid est homo: conueniēter datur respōsio, est aīal. ¶ Differentia specie, hoc in loco sunt species non synonymæ, sed diuersæ. Vt equus, asinus, leo. Indiuidua autem, sub diuersis speciebus contenta, ad differentia specie reducuntur. Vt Ioannes & hic equus: nam Ioannes sub hac specie homo, & hic equus, ista specie equus cōtinetur: & animal de illis, ut genus prædicatur. Quicquid enim genus est superioris: genus est & inferioris. ¶ De genere generalissimo exemplum. Vt substantia: nam est genus (cum sit prædicabile de pluribus specie differentibus, ut animalī & lapide in quid) supra quod nullum est aliud supraueniens & superius genus, nā substantia nullum habet genus supra se, sicut nec alia generalissima. Est enim quodlibet eorum genus, quod non potest esse species. ¶ De genere subalterno exemplum. Vt animal est genus, si ad interiora cōparetur, hominem & brutum: quod potest esse species, si cōparetur ad superiora corpus animatum, corpus, substantia. Sicut enim idem respectu diuersorum pater est & filius: ita idem terminus ad diuersa comparatus, genus est & species. ¶ Diffinitur deinde in litera species in communi, ut tam speciem subalternam quā specialissimam complectatur: & ea ratione qua generis est subijcibile, ad quod tanquam relatiuū ad suum correlatiuum refertur. Vt homo species est: nam est prædicabile quod ponitur sub genere animal. De homine enim anī

mal in quid prædicatur. Vt homo est animal. Similiter, aial est species; cū sit prædicabile quod ponitur sub genere, corpore aiatō. De aiali em̄, corpus aiatū in quid prædicatur. Vt aial est corpus aiatum. Exemplum de specie specialissima, ut homo. Est em̄ homo species quæ nō potest esse genus; cū nullas sub se habeat species, quarū dici possit genus. De specie uerō subalterna, ut aial. Quia animal est species, cū ad superiora comparatur: quæ potest esse genus, si comparatur ad inferiora. Omnis autem species subalterna, genus est subalternum, & e contra; diuersis tamen rationibus.

## FABER.

¶ Differentia, est prædicabile de pluribus essentialiter in quale.

¶ Differentia speciei subalternae, est differentia, quæ cum specie subalterna conuertitur.

¶ Differentia speciei specialissima, est quæ cum specie specialissima conuertitur.

¶ Differentia constitutiua, est differentia quæ diffinit speciem.

¶ Differentia diuisiua, est differentia quæ cum alia diuidit genus.

## CLICHTOVS.

- 9 ¶ Diffinitur hic differentia magis propria, quæ tertium prædicabile est: nam differentia communis, est accidens: propria uerō, aut accidens aut proprium. Differentia magis propria, & differentia specifica, apud Porphyrium idem. Vocat enim Porphyrius differentiam specificam, quæ speciem constituit & diffinit, siue specialissimam siue subalternam. Quare hæc differentia diffinitio conuenit tam differentia speciei subalternae, quam differentia speciei specialissimæ. Siquidem differentia speciei subalternae, est prædicabile de pluribus (specie quidem dis-

sentibus) essentialiter in quale. Vt sensibile de homine & bruto, diuersis speciebus in quale essentialiter prædicatur. Specie uerō specialissima differentia est prædicabile de pluribus (sed solo numero differentibus) essentialiter in quale: ut rationale de Sorte & de Platone. ¶ De differentia speciei subalternae: ut sensibile. Nam est differentia, quæ cum genere subalterno animal conuertitur. Omne enim animal est sensibile, & omne sensibile est animal: sic animatum respectu corporis animati, & corporeum respectu corporis. ¶ De differentia speciei specialissimæ. Vt rationale; nam est differentia, quæ cum specie specialissima homo conuertitur: cum omnis homo rationalis sit, & omne rationale sit homo. ¶ De differentia constitutiua. Vt corporeum; nam diffinit cum genere substantia hanc speciem corpus. Est enim corpus substantia corporea. Animatum, itidem diffinit cum genere corpus animatum; nam corpus animatum, est substantia corporea animata, Sensibile diffinit speciem animal, sic, Animal, est corpus animatum sensibile. Rationale, diffinit speciem homo: nam homo est animal rationale, quare prædictæ differentia sunt omnes constitutiuae. ¶ De diuisiua exemplum: ut corporeum cum alia differentia scilicet sibi opposita, diuidit genus substantia. Substantiarum enim, hæc corporea est, illa uerō incorporea. Sic animatum diuidit corpus: nam corporum, aliud animatum, aliud inanimatū. Sensibile cum alia differentia quæ est in sensibile, diuidit corpus animatum: nam corporum animatorum aliud sensibile est, aliud insensibile. Denique rationale cum differentia sibi opposita scilicet irrationale, diuidit hoc genus animal. Est enim hæc diuisio generis in suas differentias, Animalium, aliud rationale, aliud irrationale. ¶ Ex quo liquet omnem differentiam constitutiua esse diuisiua: & contra, omnem diuisiua esse constitutiua, ad diuersa tamen comparatam. Nam si ad superioris genus comparatur, differentia diuisiua est, ut corporeum ad substantiam: sin autem ad speciem, cum qua conuertitur, aut inferiora eius; est constitutiua, ut corporeum

ad corpus, corpus animatū, animal, homo. Hinc fit, ut genus generalissimum nullam habeat differentiā constitutiua: quia nō habet genus supra se, quod cū huiusmodi differentiā ipsum diffiniat, diffinitione saltem essentiali: quæ ex genere & differentiā constat, qua sola species diffinitur, Habet tamen genus generalissimum differentias diuisas, Ediuerso species, specialissima, nullas habet differentias diuisas: quia nō diuiditur in alias species, quare illæ differentie essent constitutiue: habet tamen differentiā constitutiua, qua cum genere diffinitur. Genus autem subalternum, & constitutiua habet differentiam, qua diffinitur, & diuisas quibus diuiditur. Sed hæc & similia facile est perpendere.

## F A B E R.

¶ *Proprium, est predicabile quod conuenit omni, soli, semper, & conuersum predicatur de re, & non indicat quid est esse rei.*

¶ *Specialissimum, subalternum, generalissimū, transcendens.*

¶ *Modi, hoc est Significationes proprii, sunt quatuor.*

*Primo modo dicitur proprium, quod conuenit soli, sed non omni.*

*Secundo modo, omni & non soli.*

*Tertio modo, omni, soli, & non semper.*

*Quarto modo, omni, soli, & semper.*

## C L I C H T O V E V S :

12 ¶ *Proprium, hic diffinitur ut quartum est predicabile, scilicet proprium quarto modo. Nam Proprium primo modo, secundo modo, tertio modo, est accidens. & quintum facit predicabile respectu illius cuius est propriū. Diffinitionis autem hic positæ, conueniens sumitur exemplum. Ut risibile respectu hominis: nam risibile est predicabile, quod conuenit omni homini (omnis enim homo est risibilis) & soli homini, nam solum homo risibilis est, & semper: nam semper homo est risibilis: cum in*

omni duratione hæc sit uera, homo est risibilis. Neque semper hic temporalem duntaxat durationem denotat, sicut in sophistica, sed quamlibet etiam æternā & æternam. Risibile præterea conuersim prædicatur de re, hoc est conuertibiliter dicitur de suo subiecto. Nempe omnis homo est risibilis, & omne risibile est homo: & risibile non indicat quid est esse rei, hoc est non prædicatur essentialiter de suo subiecto, nam hæc non est essentialis, homo est risibilis, cum prædicatum denotat aliquid extrinsecè supra subiectum. ¶ Et posset hæc diffinitio breuius sic dari. Proprium quarto modo, est prædicabile accidentaliter & conuertibiliter. Per hoc enim quod accidentaliter prædicatur, differt à genere, specie & differentiā, quæ prædicantur essentialiter. Per hoc uerò quod conuertibiliter, differt ab accidente, quod prædicatur non conuertibiliter. Et hæc diffinitio explicat modum prædicandi, proprii, qui est prædicari accidentaliter conuertibiliter. ¶ Quatuor uocabula quæ sequuntur, scilicet specialissimum, subalternum, & cætera, denotant diuisionem proprii: nā quadruplex est proprium. Quoddam specialissimū, hoc est speciei specialissimæ: ut susceptiuum disciplinæ, respectu hominis, Quoddam subalternum siue generis subalterni: ut sentire respectu animalis. Quoddam generalissimum & generis generalissimi: ut per se subsistens respectu substantiæ. Quoddam transcendens siue transcendentis: ut unum respectu entis. ¶ Propriū autē ad quatuor modos & significationes æquiuocum est. Primo modo proprium est, quod conuenit soli, sed non omni: ut esse grammaticum, est proprium primo modo hominis. Solum enim homo grammaticus est, sed non omnis homo est grammaticus. Vnde proprium conuenit omni, quando uerificatur de subiecto sumpto cum signo uniuersali affirmatiuo, ut omnis homo est sensibilis. Soli autem conuenit, quando uerificatur de subiecto sumpto cum signo exclusiuo: ut solum homo est medicus, aut logicus. ¶ Proprium secundo modo, est quod conuenit omni, sed non soli: ut esse sensitiuum respectu hominis: omnis enim homo sensitiuus est, sed non omne sensitiuum est

### INTRODVCTIO IIII.

homo. Et tale proprium in disciplinis est frequens, pri-  
mo itidem modo proprium interdum in disciplinis locū  
16 habet: ut esse progressiū respectu animalis. ¶ Propriū  
tertio modo, est quod conuenit omni, soli, sed non semp:  
ut si omnis homo uigilaret, & solū homo: uigilare esset  
tertio modo proprium hominis. Omnis enim (supposita  
ta hypothesi) homo uigilat, & solum homo uigilat, &  
non semper, sed duntaxat stāte hypothēsi: cuius peracto  
tempore non amplius cōuenit omni & soli. Et huiusmodi  
di proprium à disciplinis reiectum est, quōd solo casu  
cognoscatur: ut si omnis aqua sit frigida & solum aqua:  
tunc esse frigidum, est propriū tertio modo aque. ¶ Pro-  
prium quarto modo, est quod conuenit omni, soli, &  
semper: ut susceptiuum disciplinæ, conuenit omni homi-  
ni: nam omnis homo est susceptiuus disciplinæ. Et soli:  
siquidem solū homo est susceptiuus disciplinæ. Et sem-  
per: nam semper homo est susceptiuus disciplinæ. Et ta-  
le in disciplinis est frequentissimum.

### FABER.

¶ Accidens, est predicabile quod adest & abest subiecto,  
præter subiecti corruptionem.

Accidens, accidens separabile.

¶ Adest, est accidentaliter, uerè & affirmatiuè predicari.  
Abesse, est accidentaliter de subiecto uerè negari.

Præter subiecti corruptionem, absq; hac quod subiectum  
desinat pro eodem accipi.

¶ Accidens, est predicabile accidentaliter non conuersim.

¶ Accidens separabile, est accidens quod de subiecto uerè  
negatur.

¶ Inseparabile, est quod de subiecto negari non potest.

¶ Subiectum accidentis, est terminus absolutus aut ad ip-  
sum minus connotatiuus: de quo ipsum accidentaliter nõ  
conuersim predicatur.

¶ Prædicatio generis, est quando predicatur genus de suis

### IN PRAEDICABILIA.

70

inferioribus. Speciei, quādo species. Differentiæ, quādo  
differentiæ. Proprii, quādo proprium. Accidentis, quādo  
do accidentis.

¶ Omnis prædicatio alicuius prædicabilis, est propria.

### CLICHTOUEVS.

¶ Accidens duabus diffinitur diffinitionibus. Quarum 17  
prima solum est accidentis separabilis. Vt frigidum est ac-  
cidens aque: nam est predicabile quod adest aquæ, nā ac-  
cidentaliter uerè & affirmatiuè prædicatur de aqua, cū  
hæc sit accidentalis uera & affirmatiua, aqua est frigida:  
& abest eidem subiecto, hoc est accidentaliter de eodem  
subiecto uerè negatur: cum hæc sit accidentalis & uera,  
aqua non est frigida, præter subiecti corruptionem, hoc  
est, absq; hoc quod subiectum desinat pro eodem accipi,  
siue subiecto semper pro eodem accepto. Sic album, acci-  
dens parietis: sedere, hominis. ¶ Hanc diffinitionē Phi-  
losophus his uerbis innuit. Accidens, est quod cōtingit  
eidem inesse & nõ inesse. Inesse enim & adeste idem sunt,  
scilicet accidentaliter & uerè affirmari, ut sedens adest ho-  
mini: nam homo est sedens. Non inesse & abesse idē, sci-  
licet accidentaliter & uerè negari de subiecto, ut ambulans  
abest homini: nam aliquis homo non est ambulans. Et  
quod Philosophus dixit eidem subiecto, Porphyrius di-  
cit præter subiecti corruptionem: Non enim corruptio  
est subiecti, quādiu subiectum pro eodem accipitur &  
supponit. ¶ Accidens autem in secunda diffinitione ad 18  
accidens tam separabile quā in inseparabile cōmune est:  
ut sedere est hoc pacto accidens animalis: nam est prædi-  
cabile accidentaliter nõ conuertibiliter de animali. Hæc  
enim est accidentalis, animal est sedens, sed nõ conuertibi-  
lis: cum nõ omne animal est sedens. Similiter calidum est  
accidens ignis: nam est predicabile accidentaliter de igne,  
cū hæc sit accidentalis, ignis est calidus: sed non conuer-  
tibiliter: cū nõ omne calidū sit ignis. Et hæc diffinitio mo-  
dum prædicandi accidentis insinuat, qui est prædica-  
ri accidentaliter & non conuertibiliter. Per primum

differt accidens à genere, specie & differentia; per secundum, à proprio. Et hæc diffinitio interpretatur diffinitionem Porphyrii, qua dicit accidens esse quod nec est genus, nec species, nec differentia, nec proprium. Semp autem est in subiecto subsistens, hoc est prædicatur accidentaliter de subiecto secundum logicam intelligentiam. Exemplum de accidente separabili. Vt album est accidens separabile parietis; nam est accidens, quod de pariete uerè negatur, hoc est negari potest, cum ista possit esse uera, paries non est albus, sic frigidum respectu aquæ. De inseparabili, ut calidum, accidens est inseparabile ignis: quia est accidens, quod uerè de igne negari non potest, potentia quidem naturali, de qua in tota logica solum fit sermo. Ista enim non est uera, ignis non est calidus, sic nigrum.

19 Aetiopis & corui, & lucidum ipsius ignis. ¶ Et quia accidens est subiecti accidens, & refertur ad subiectum ut suum correlatiuum: idcirco quid accidens subiectum sit, statim declarat. Interdum quidem subiectum, est terminus solus, & non connotatiuus, ad accidens terminum connotatiuum comparatiuus; de quo accidens accidentaliter & non conuertibiliter prædicatur; ut homo ad currens, sedens, ambulans. Siquidem homo absolutus est terminus; currens uerò connotatiuus, qui de homine accidentaliter & non conuersim dicitur. Aliquando subiectum accidens, est terminus minus connotatiuus ad ipsum accidens terminum magis connotatiuum comparatus; de quo accidens prædicatur accidentaliter non conuertibiliter. Vt bicubitum ad æquale; bicubitum enim solam quantitatem, æquale uerò quantitatem, & ad aliquid, connotat.

20 Ita album ad simile; nam album qualitatem solam denotat; simile autem qualitatem & ad aliquid. ¶ Prædicatio denique alicuius prædicabilis, est in qua prædicatur aliquod prædicabile de suo subiectibili; & nomen fortitur à nomine prædicabilis in ea à parte prædicati positi. Vt si prædicetur genus de suis inferioribus, est prædicatio generis; sicut homo est animal. Prædicatio speciei, quando species de suis inferioribus; ut Ioannes est homo. Prædicatio differentie, quando differentia de suo

subiectibili dicitur: ut homo est rationalis. Proprium, quando proprium de suo subiecto: ut homo est susceptiuus discipline. Accidens, quando accidens de suo subiecto: ut homo est sedens. ¶ Ex quo sequitur regula. Quod omnis prædicatio alicuius prædicabilis, scilicet generis, speciei, differentie, proprii, & accidentis est propria; quæ ex diffinitione prædicationis propriæ clara est; ex qua & regulæ conuersa, scilicet quod omnis prædicatio propria est alicuius prædicabilis, etiam patet.

## Ars Diuisionum.

## PARTITIONES.

¶ Diuisio,	Generis in suas species.
Realis.	Speciei in sua individua.
Logicalis.	Totius in modo, i suas partes.
¶ Logicalis,	Subiecti in accidentia.
Unioci.	Accidentis in subiecta.
Æquiuoci.	Accidentis in accidentia.
¶ Unioci,	Æquiuoci,
Generis in suas differentias.	A casu.
	A consilio.

## CLICHTOUEVS.

**I**ntroductio præfens diuisionum, est introductio in libro diuisionum diuini Seuerini Boëtij; ex qua alterius instrumenti logici scilicet diuisionum ars etiam facile habetur. Nam qui diuidendi artem callet, ad recte diffiniendum est admodum idoneus; quod hæc duo, diuisio & diffinitio, magna sibi uicinitate & connexionione respondeant. Primum itaque in hac arte occurrit sciscitandum an sit diuisio; deinde an realis an logicalis. Realem prætermittendo (quod logicæ non est conueniens) de logicali querendum est: an sit diuisio unioci in sua uniocata, an æquiuoci in sua æquis



uocata. Si uniuoci: sciscitandum est quæ istarum septem, in quas partitur, an sit generis in suas differentias, generis in suas species, an speciei in sua indiuidua, an totius in modo in suas partes, an subiecti in accidentia, an accidentis in subiecta, an accidentis in accidentia. Si uerò equiuoci: percontandum est, an equiuoci à casu, an equiuoci à consilio. & hic deniq; sciscitandum.

## Diffinitiones Diuisionum.

FABER.

**D**iuisio, est unius rei in plures partes partitio.  
**¶** Diuisio realis, est diuisio unius rei in suas constitutiuas partes.  
 Constitutiuæ partes, sunt quæ rei constituunt essentiam.  
**¶** Diuisio logicalis, est termini communioris in terminos minus communes partitio.

CLICHTOVEVS.

**D**iuisio cõmuniter accepta, ut tam realem quàm logicalem cõplectatur, diffinitur, quòd est unius rei in plures partes partitio. In qua diffinitio, ne, res sumitur transcendenter, ut significat tã entia quæ sunt signa, quàm ea quæ non sunt signa: quas uocât res ad extra. Nempe, sicut diuisio realis, est unius rei in plures partes reales partitio. Ita diuisio logicalis, est rei logicæ, hoc est terminorum, quorum peculiarem sibi determinationem logica uendicat, in plures partes logicales partitio. **¶** Diuisio realis, interdum fit reali partium distractione & separatione. Vt cum domus tectum à pariete: & paries à fundamento dimouetur. Saepius tamen sola intellectus apprehensione, intelligentis rem in suas partes constitutiuas diuisam, coniunctim tamè manentes. Vt hominis, alia pars est anima, alia corpus; domus, aliud tectum, aliud fundamentum, aliud paries. Illic enim, est hominis in suas partes constitutiuas, ani-

am & corpus partitio, quæ hominis partes sunt constitutiuæ: quia hominis constituitur essentiam & substantiam: hic uerò, est domus in suas partes constitutiuas, parietem, tectum, & fundamentum diuisio: quæ partes sunt constitutiuæ, quia domus constituitur essentia: sed integrantes sunt, anima autem & corpus, essentialia. **¶** Diuisio logicalis diffinitur, ut ad diuisionem uniuoci & æquiuoci cõmunis est. In diuisionem quidè uniuoci, diuisum terminus, est cõmunior ipsi diuidetibus in significando & in prædicando: ut animalium, aliud homo, aliud brutum: terminus cõmunior animalium, diuidit in terminos minus communes, homines & brutum, quibus significatione & prædicatione est superior. In diuisione autem æquiuoci, diuisum est terminus communior quàm diuidetia in significando solū: nam uno nomine significat illa, quæ sigillatim per sua æquiuocata important: & significatorum multitudinem, ibidè ad communitatè reducitur. Vt canem, alius domesticus, alius canis marinus, alius celestis; terminus cõmunior canis, diuiditur in plures terminos significatione minus communes. Vnde diuisio logicalis, est totum aggregatum ex diuiso & mēbris diuidetibus. Diuisum terminus, est communior qui diuiditur. Mēbra diuidetia sunt termini minus cõmunes, terminum communiorè diuidentes. Vt propositionum, alia est categorica, alia est hypothetica; tota illa oratio, est diuisio logicalis, generitius pluralis, propositionum, est diuisum: & nominatiui categorica & hypothetica, sunt membra diuidetia. **¶** Necessè autem est cuiuslibet diuisi ad minus duo esse membra diuidetia: cum in pauciora duobus minimè diuisio fieri possit: tamen in plura duobus rectè fit diuisio, & interdum in tria. Vt propositionum, triplex est materia, naturalis, contingens, & remota. Interdum in quatuor: ut oppositionis quatuor sunt species, contraria, subcontraria, contradictoria, & subalterna. Interdum in quinque: ut prædicabilia sunt quinque, genus, species, differentia, proprium, & accidentis. Interdum in sex, ut motus, sex sunt species, Vnde constat hanc propositionem, omnis

diuisio debet esse bimembris, penitus falsam esse, & à re  
 Et logica disciplina eradendam; sicut & pleræq; alia,  
 quæ principia esse uidentur, & sua falsitate imperitos in  
 errorem trahunt.

## F A B E R.

¶ Diuisio uniuoci in sua uniuocata, est diuisio cuius diuisum, est uniuocum; & membra diuidentia sunt sua uniuocata. Sua uniuocata, sunt de quibus diuisum verificatur uniuocè.

¶ Diuisio æquiuoci in sua æquiuocata, est cuius diuisum æquiuocum est; & membra diuidentia sunt sua æquiuocata. Sua æquiuocata, sunt de quibus diuisum verificatur æquiuocè.

Æquiuocè, diuersis significationibus.

¶ Diuisio generis in suas differentias, est diuisio, cuius diuisum est genus; & membra diuidentia sunt suæ differentie. Ut animalium, aliud rationale, aliud irrationale.

¶ Diuisio generis in suas species, est diuisio, cuius diuisum est genus; & membra diuidentia sunt suæ species. Ut animalium, aliud homo, aliud brutum.

¶ Diuisio speciei in sua indiuidua, est diuisio, cuius diuisum est species; & membra diuidentia sunt eius indiuidua, id est singularia. & hæc à disciplinis est reiecta.

¶ Diuisio totius in modo in suas partes, est diuisio, cuius diuisum est totum in modo, & membra diuidentia sunt sue partes.

Totum in modo, vocatur terminus sumptus sine aliqua determinatione in comparatione ad seipsum sumptum cum determinatione non diminvente.

Pars in modo, vocatur talis terminus sumptus cum determinatione non diminvente in comparatione ad seipsum sumptum

sumptum sine illa determinatione. Ut homo, est totum in modo; & homo albus, homo niger, homo medio colore coloratus, sunt sue partes, in modo.

¶ Et est determinatio non diminuens: quando nomen totius de nomine partis uniuersaliter verificatur.

## CLICHTOVEVS.

¶ De diuisione uniuoci: ut prædicabilem, aliud est genus, aliud species, aliud differentia, aliud proprium, aliud accidens. Nam diuisum prædicabile uniuocum est; & membra diuidentia, genus, species, sunt sua uniuocata: cum de eis diuisum uniuocè & eadem significatione dicatur. Dicitur enim genus prædicabile, quia prædicatur de pluribus: eadem ratione & species est prædicabile. ¶ De diuisione æquiuoci. Ut canum, alius canis domesticus, alius canis marinus, alius canis celestis. Nam diuisum canis, æquiuocum est; & membra diuidentia canis domesticus, marinus, & celestis sua æquiuocata. nam canis dicitur de eis æquiuocè & in diuersa significatione: ut si quis dixerit, canis domesticus est canis, & canis marinus est canis; prædicatum hic & illic diuerso modo sumitur. ¶ Diuisio generis in suas differentias tripartita est, sicut & differentia triplex. Quædam est generis in suas differentias communes. Ut animalium, aliud stans, aliud non stans. Alia generis in differentias proprias. Ut animalium, aliud est natum nauigare, aliud uerò minime. Alia est generis in suas differentias magis proprias. Ut animalium, aliud rationale, aliud irrationale. Nempe animal diuisum, genus est; & rationale & irrationale, suæ differentie diuisum. Et hæc potissimum diuisio generis in suas differentias appellatur. Prima, quæ scilicet fit in differentias communes, non pertinet ad disciplinas. Secunda autem & tertia pertinet. ¶ De diuisione generis in suas species, ut quantitatatis, aliud cõtinuum, aliud discretum: nam quantitatatis diuisum genus est; & membra diuidentia, cõtinuum & discretum, sunt suæ species. Et nihil refert genus esse generalissimum aut subalternum, tam in hac quam in præ-

genti diuisione: utruaq; em̄ diuisionem constituit. ¶ De diuisione speciei specialissimę in sua indiuidua. ut hoim̄. ¶ alius est Sortes, alius Plato, ali<sup>9</sup> Petr<sup>9</sup>. Diuisum em̄ hō, species est: & mēbra diuidētia, Sortes & Plato, sunt eius indiuidua. Et hæc in disciplinis non habet applicatione: qm̄ singularia à disciplinis sunt reiecta. ¶ De diuisione totius in modo, ut uocū, alia est uox significatiua, alia uox nō significatiua: nā diuisum, uox, est totū in modo, cū sit terminus sumptus sine aliqua determinatione, in cōparatione ad seipsum sumptū cū determinatione. nō diminiuēte, s. significatiua & nō significatiua. Mēbra uerō diuidētia uox significatiua, uox non significatiua, sunt suæ partes in modo: cū in eis sumat̄ ista dīctio uox, cū determinatione nō diminiuēte, in cōparatione ad seipsum sumptū sine tali determinatione. Quid aut̄ illæ determinationes sunt nō diminiuētes, hinc cōstat: quia uox nomen totius uniuersaliter uerificatur de noie partis. Ois em̄ uox significatiua, est uox: & ois uox nō significatiua, est uox. ¶ Totū aut̄ in modo, nō absolutē dicitur, sed in cōparatione ad partē in modo. Siquidem terminus siue aliqua determinatione sumptus, dicitur totū in modo: in cōparatione ad seipsum sumptū cū determinatione non diminiuente. Ut animal est totū in modo ad aīal sanum & aīal ægrum. Contrā, terminus sumptus cū determinatione nō diminiuente: est pars in modo in cōparatione ad seipsum sumptum sine illa determinatione. Ut animal sanū, est pars in modo: & animal, suum totū in modo. ¶ Cognoscitur autem determinatio esse non diminiuens: qm̄ totum de parte uniuersaliter uerificatur. ut omne animal sanum est animal, omne animal ægrum est aīal. Cum uerō totū de noie partis uniuersaliter nō uerificatur: determinatio est diminiuens: neq; est pars in modo. Ut ista est falsa, ois homo mortuus est homo, omne album secundū dentes est albū, omne aīal pictū est aīal: ergo mortuum, secundū dentes. & pictū sunt determinationes diminiuentes.

FABER.

¶ Diuisio subiecti in accidentia, est diuisio cuius diuisum,

est subiectum: & mēbra diuidētia sunt eius accidentia. ¶ Subiectum, uocatur terminus absolutus, vel minus connotatiuus, in cōparatione ad connotatiuū, vel magis cōnotatiuū. Ut animalium, aliud sanum, aliud ægrum: animal est subiectum: sanum & ægrum, sunt sua accidentia. ¶ Diuisio accidentis in subiecta, est diuisio, cuius diuisum est accidens: & mēbra diuidētia sunt sua subiecta. Ut sanorum, aliud brutum, aliud homo. ¶ Diuisio accidentis in accidentia, est diuisio, cuius diuisum est accidens, & mēbra diuidētia sunt sua accidentia. Ut alborum, aliud dulce, aliud amarum, aliud medio modo sapidum. ¶ Diuisio equiuoci à casu in sua equiuocata, est diuisio equiuoci in sua equiuocata equē primo & principaliter importata. Ut canum, alius est domesticus, alius marinus, & alius celestis. ¶ Diuisio equiuoci à consilio in sua equiuocata: est diuisio equiuoci in sua equiuocata: ubi unum principaliter importatur, & aliud secundo & similitudinariē. Ut hominum, alius uiuus, alius pictus.

Æquiuocum à consilio, æquiuocum analogum.

CLICHTOEVVS.

¶ De diuisione subiecti in accidentia: aut aīalium. aliud sanū, aliud ægrū. Nā diuisum aīal, est subiectū: & mēbra diuidētia, sanū ægrum sunt sua accidentia. Est em̄ hæc prædicatio, animal est sanum, animal est ægrum: accidentis de suo subiecto. ¶ Subiectum (sicut & in libro prædicabiliū sumebatur) est terminus absolutus in ordine ad cōnotatiuū. Ut aīal, in ordine ad sanū & ægrū: aut terminus min<sup>9</sup> cōnotatiu<sup>9</sup> in ordine ad magis cōnotatiuū, ut quātas, ad æquale & inæquale: qualitas, ad sile & dissimile. ¶ De diuisione accidentis in subiecta. Ut sanorū, aliud homo, aliud brutum, nā diuisum, scilicet sanum, est

accidens, cū sit termin<sup>9</sup> cōnotatiuus; & mēbra diuidētia, homo & brutū, sunt sua subiecta, cum sint termini absolu-  
ti. Et hæc prædicatio, homo est sanus, brutū est sanū; est  
**II** accidētis de suo subiecto. ¶ De diuisione accidētis in acci-  
dētia, ut alborū, quoddā est dulce, & quoddā est amarū,  
diuisum em̄, scilicet albū est accidēs; & mēbra diuidentia  
sunt sua coaccidentia, cū eidē subiecto accidāt & insint.  
Et in hac, ediuerso membra diuidētia possunt fieri diuisa.  
Vt dulcium, quoddā est album, quoddā nigrū, manē-  
te eodem diuisionis nomine & habitudine. ¶ Sicut autē  
duplex est æquocū; hoc à casu, illud à cōsilio. Aequocū  
à casu, est æquiocū æquē primo & principaliter plura  
significās: quorū scilicet unū non importatur p̄ similitudī-  
dinē ad alterū; ut canis, æquē primo canem domesticum,  
marinū; & cælestē designat. Aequiocū uerō à consilio,  
est quod plura gdem significat, sed unū principaliter, &  
alterū secundario, & ppter similitudinē ad primū. Vt ho-  
mo, principaliter hominē uiuū significat, & similitudina-  
riē hoīem pictū, propter similitudinē picturæ ad hoīem  
uiuū. Et idē, alio noīe uocatur æquiocū analogum. Sic  
duplex est diuisio æquiocū, hæc à casu, illa à consilio.  
Diuisio æquiocū à casu, est cuius diuisum est æquiocū  
à casu, & mēbra diuidētia sunt sua æquocata. Vt fanorē,  
aliud est sanitatis effectiuū, aliud cōseruatiuū, aliud uerō  
sanitatē habēs. Diuisio æquiocū à cōsilio, est diuisio cu-  
ius diuisum est æquiocū à cōsilio, & mēbra diuidentia  
sunt sua æquiocata. Vt aīaliū, aliud uiuū, aliud pictū.

## Regulæ Diuisionum.

FABER.

- 1 ¶ Diuisum, intelligitur in mēbris diuidentibus, & ipso ad-  
dito ad membra diuidentia, perficiuntur, si sunt imper-  
fecta.  
¶ Diuisum, est diuisionis terminus communior.  
¶ Membra diuidentia, sunt diuisionis minus communia.
- 2 ¶ Quando diuidentia diffiniuntur, semper diuisum intel-

ligitur, aut genus, aut pro genere diffiniti. Quod si non ex-  
primitur: quicquid ponitur p̄ genere diffiniti, per ipsum  
intelligitur diuisum.

- 3 ¶ In diuisionibus, per simplicia intelliguntur & composita.
- 4 ¶ Vt plurimum, in diuisionibus apud autores subicitur  
diuisum: in diuidentibus & in diffinitionibus, genus dif-  
finiti.
- 5 ¶ Diuisio, succincta, breuis atq; venusta esse debet, paris-  
ter & diffinitio.
- 6 ¶ Vocabula in diffinitionibus, indifferenter secundum nu-  
merum intelliguntur.
- 7 ¶ Et verba, non actum, sed aptitudinem important.
- 8 ¶ Diuisiones & diffinitiones, pertinent ad principia.
- 9 ¶ Summopere in disciplinis diuisionum & diffinitionum,  
recta expetitur intelligentia.
- 10 ¶ Diuisiones & diffinitiones passim secundum materia-  
subiectam sunt intelligendæ.
- 11 ¶ Questiones ad autorum probatas diuisiones atq; diffi-  
nitiones, an bonæ sunt, & ad alia principia ridiculæ sunt:  
& cum vbiq; tum maxime extra logicam vilescunt.

## CLICHTOVS.

- 1 ¶ Primæ regulæ exemplum: ut in hac diuisione, uocum,  
alia est significatiua, est alia non significatiua: diuisum  
intelligitur in membris diuidentibus resumendum,  
alioquin, membra transcenderent diuisum. Multa si-  
quidem sunt significatiua, quæ non sunt uoce s: itidem  
non quicquid est non significatiuum, est uox: ut lapis, li-  
gnum. Cum igitur membra explicata sunt imperfecta,  
ipso diuiso addito ad membra diuidentia, fiunt perfe-  
cta. ut uocum, alia est uox significatiua, alia est uox non  
significatiua. ¶ Membra quidem diuidentia imperfe-  
cta sunt, quando eis non explicite additur diuisum: per-

fecta uerò, cum diuisum eis adiunctum est. Autores autē cū imperfecta ponunt mēbra: intelligunt tñ semp ea perfecta esse, supponentes hāc regulā ad omnes ferē diuisiōnes conducentem. ¶ **Secundæ regulæ exemplū.** Vt cum huius diuisiōnis: quātitatis, aliud diuiscretum: membrum diuidēs, quātitas cōtinua, diffinitur, quod est quātitas, cuius partes copulatur ad aliquē terminum cōmunem: ibi diuisum, quātitas ponitur genus diffinitū. Cum uerò diffinitur species, est quod prædicat de pluribus numero differentibus in quid: intelligit diuisum per relatiuū, primo diffinitionis loco positū: sic species est prædicabile quod prædicatur. ¶ **Tertix regulæ exemplū.** Vt diuiditur propositio categorica in affirmatiuā & negatiuā: per quæ simplicia intelligitur membrum cōpositū, quæ quoddā est propositio categorica affirmatiua & negatiua simul. Vt homo est uel nō est asinus. Qui enim dat scientiā simplicis, dat scientiā cōpositiua. ¶ **Quartæ regulæ exemplū.** Vt in hac diuisiōne, 4  
sonorū, alius uox, alius nō uox: diuisum subicitur, & intelligit in mēbris diuidētibz: & hoc pacto explicandū est: sonorū, alius est sonus uox, alius sonus non uox. Et cū diffinitur uox significatiua, est quæ auditui nostro aliquid repræsentat: genus diffinitū subicitur, ad diffinitionis tamen cōpletum explicari debet hoc modo. Vox significatiua, est uox quæ auditui nostro aliquid repræsentat. ¶ **Quintæ regulæ in promptu est ratio:** quia intellectus breuitate inuatur: multitudinem autē confunditur: debet igitur diuisio & diffinitio esse succincta, hoc est breuis, ne prolixitate offendat aī. Orationis autē uenustas, nō parum conducit ad rem præoptius & facilius intelligendam: nepe gratior est intelligētia, ubi oratio uenuste auri bus insonat, aut animis discentiū placidē illabatur. Ergo uenusta esse debet diuisio & diffinitio quod gratius intelligatur. Proinde auctores subticent in diuisiōnibus diuisum, & in diffinitionibus genus diffinitū, ut breuitati & uenustati studeant. ¶ **Sextæ regulæ exemplum.** Vt uox significatiua, est quæ auditui nostro aliquid repræsentat: aliquid, singulariter ponitur: tamen indifferenter secun-

dum numerum accipitur: singulariter uel pluraliter: ut tantum ualeat sicut aliquid uel aliqua. Sic terminus pluralis, interdum singulariter intelligitur. ¶ **Septimæ regulæ exemplum.** Vt sonus, est quicquid proprie & per se ab auditu percipitur: hoc est, natum est percipi. Genus, est quod prædicatur, non quidem actu & in præsententi tempore: sed quod natum est prædicari. ¶ **Octauæ regulæ hxc est ratio,** quod sicut principia in disciplinis per seipsa & non per alia nota sunt: ita diuisiōnes & diffinitiones per se notæ: neq; ipsarum quærenda est causa; sicut neq; principiorum disciplinæ. ¶ **Nona regulæ patet:** quia diuisiōnes & diffinitiones sunt omnium scientiarum fores & ianux: ad eas igitur sanē intelligendas, summopere attendendum est, ijs qui scientias comparare uolunt: sicut non delinquere in foribus, & res ita ad ianuam uia proficisci, ingressum petētibz. ¶ **Decima regula,** docet diuisiōnes & diffinitiones logicas: logicæ esse intelligendas, & physicas physice, & denique singulas secundum illius disciplinæ (cuius sunt) materiam subiectā expetendas. ¶ **Undecima regula,** prohibet quæstiones & dubia moueri de diuisiōnibus & diffinitionibus, cæterisq; scientiarum principijs. Nam quæstio, est dubitationis argumentum, signum & indicium. Quæ autem omnibus manifesta esse debent (cuiusmodi sunt principia) non sunt dubitanda neq; quærenda. Diuisiōnes autem & diffinitiones sunt principia scientiarum: non sunt igitur de illis mouendæ quæstiones, ut qui uulgares disciplinas curant, agitare solent.

## Ars Prædicamentorum. Int. VI.

FABER.

¶ **Categorie.**

Ante prædicamentum.

Prædicamentum.

Post prædicamentum.

¶ **Antepædicamentum.**

Diffinitio æquiuocorū.

k iij

Vniuocorum.		Immediata.
Denominatiuorum.		Mediata.
Prima diuifio.		¶ Mediata,
Secunda diuifio.		Medij innominati.
Prima regula.		Medij nominati.
Secunda regula.		¶ Prius,
¶ Prædicamentum,		Primo modo.
Substantia.	6.	Secundo modo.
Quantitas.	3.	Tertio modo.
Ad aliquid.	4.	Quarto modo.
Qualitas.	3.	Quinto modo.
Actio.	2.	¶ Simul,
Passio.	2.	Primo modo.
Quando.		Secundo modo.
Vbi.		Tertio modo.
Situs.		¶ Motus,
Habitus.		Generatio.
¶ Post prædicamentum,		Corruptio.
Oppositio.		Augmentatio.
Prius.		Diminutio.
Simul.		Alteratio.
Motus.		Scdm locum mutatio.
Habere.		¶ Habere,
¶ Oppositio,		Primo modo.
Relatiuè opposita		Secundo modo.
Prinatiuè opposita		Tertio modo.
Contrariè opposita.		Quarto modo.
Contradictoriè opposi-		Quinto modo.
ta.		Sexto modo.
¶ Contrariè opposita,		Septimo modo.

**C**ategorice, liber prædicamentorum.  
Antepredicamentum, est in categorijs ante prædicamentorum determinationem ab Aristotele traditum documentum.

Diffinitiones, diuisiones & cætera talia, documenta nuncupamus.

¶ Equiuoca, dicuntur quorum nomen commune est: & ratio substantiæ secundum illud nomen est diuersa. Dicuntur, dicibilia sunt.

¶ Nomen commune, dictio eadem. Ratio substantiæ ijs est diuersa, de quibus nomen diuersis conceptibus essentialiter prædicatur.

Diuersi conceptus totales, cõceptus totales non synonymi, diuersæ notiones.

¶ Vniuoca dicuntur, quorum nomen commune est, & ratio substantiæ secundum illud nomen est eadem.

¶ Ratio substantiæ secundum nomen aliquibus est eadem: quãdo de ipsis eodẽ conceptu essentialiter prædicatur.

¶ Cognoscimus rationem esse eandem, quando secundum eandem essentialẽ diffinitionem dicibile prædicatur.

Diuersam verò, quãdo diuersis prædicat diffinitionibus.

¶ Denominatiua dicuntur, quæ ab aliquo solo casu differentia sunt, & secundũ illud nomẽ habent appellationẽ.

¶ Habent secundum nomen appellationẽ: quando id appellant: pro quo alterum accipi natum est.

Denominatiua: nominis & rei simul.

## CLICHTOVS.

**R**æfens introductio, in librum prædicamentorum uiam præparat: in cuius fronte, categorice, hoc est totus prædicamentorum liber, diuiditur in antepredicamentum, prædicamen-

tum, & post prædicamentum. hæc enim tria apud Aristotelem præcipue in libro prædicamentorum traduntur. Deinde ante prædicamentum diuiditur in diffinitionem uniuersorum, æquiuocorum, denominatiuorum: primam diuisionem, secundam diuisionem, regulam, secundam regulam. Prædicamentum diuiditur in decem generalissima, quæ sunt per ordinem digesta hoc modo: substantia quantitas, ad aliquid, qualitas &c. Numerus ipsis prædicamentis ad latus respondens, significat quot proprietates habet tale prædicamentum. Sunt enim substantiæ sex proprietates: quantitatis tres: ad aliquid quatuor: qualitatis tres: actionis duæ: & passionis duæ: quod significant numerum illis oppositi. Post prædicamentum in quinque diuiditur species: oppositionem, prius, simul, motum & habere. Oppositio in quatuor diuiditur species: scilicet in relatiue opposita, priuatiue opposita, contraria & contradictoria. Contraria diuiduntur: quia quedam immediata sunt: & quedam mediata. Rursum mediata, quedam sunt medij nominati, quedam uero medij innominati. Prius, in quinque diuiditur modos. Simul in tres: & Habere in septem (quas habet) acceptiones diducitur. ¶ Categoriarum significatio: in quo primo de ante prædicamentis ab Aristotele suscipitur determinatio: cum ante prædicamentum (ut uocabuli nomen insinuat) ante prædicamentorum traditionem præmittatur, ad quorum cognitionem conducit. Nempe quod prædicamenta melius intelligantur, Aristoteles quasdam diuisiones, diffinitiones, & regulas præposuit ad illorum intelligentiam ualentes, quas ante prædicamenta nuncupauit. Illorum primum, est diffinitio æquiuocorum. Acquiocorum autem, quedam sunt æquiuocantia, & quedam æquiuocata. Acquiuocata æquiuocantia, sunt dicibilia uno nomine, & diuersis rationibus plura significantia: ut canis, animal. Acquiuocata æquiuocata, sunt dicibilia æquiuocati æquiuocantis significationes explicantia: & de quibus æquiuocatis uno nomine & diuersis rationibus essentialiter uerificatur: ut canis domesticus, marinus, celestis:

stis: animal uiuum, animal pictum. ¶ Itaque in litera diffiniuntur æquiuocata æquiuocata & dicuntur quorum nomen est commune, id est dicibilia quæ habent nomen æquiuocati æquiuocantis commune: in prædicatur de illis uno nomine, & ratio substantiæ secundum illud nomen est diuersa, id est prædicatur de eis essentialiter & diuersis conceptibus & significationibus. Ut canis domesticus, & canis marinus, & canis celestis sunt dicibilia, de quibus eadem dictio canis prædicatur: ut canis domesticus, est canis: & canis marinus, est canis. Sed ratio substantiæ est diuersa: nam in alia significatione & alio conceptu dicitur canis domesticus esse canis, & canis marinus esse canis. Neque hic diffiniuntur æquiuocata æquiuocantia: quia reuera dicuntur ad æquiuocata æquiuocata, modo si quis diffinitio nouerit unum relatiuorum, diffinitio noscet & reliquum. Acquiuocati ergo æquiuocans, est nomen aliquorum dicibilium commune, quibus ratio substantiæ eius est diuersa: ut hoc nomen animal est commune his dicibilibus animal uiuum, & animal pictum. Et ratio substantiæ est diuersa eisdem: nam de his, animal uno nomine & diuersis rationibus prædicatur essentialiter. In diffinitione autem æquiuocorum & uniuersorum, dicitur, tantum ualet si cut sunt dicibilia. Siquidem dicibilia, proprium est huic libro uocabulum, sicut prædicabile libro prædicabilium. Ita nomen commune in prædicatis diffinitionibus idem est, quod dictio eadem: ut nomen pro dictio. & commune pro eadem accipiatur. Cum uero dicitur æquiuocati de suis significationibus debere dici diuersis conceptibus essentialiter, ibi dicitur si conceptus dicitur diuersi conceptus totales, siue conceptus totales non synonymi. siue diuersis notionibus, quæ tria sunt eadem. Nam si diuersis conceptibus partialibus de eis diceretur, non protinus esset æquiuocati: ut oratio, homo uel asinus. Dicuntur autem conceptus totales, qui alterius conceptus non sunt partes. Partiales uero, qui alterius totius conceptus sunt partes. Synonymi autem idemque conceptus dicitur, qui eiusdem sunt speciei, & nature. Diuersi uero & non synonymi, qui sunt diuersis nature. Quæ omnia si per analogiam uocum intelligantur, erunt quam manifestissima.

3 ¶ Uniuoca itidem duplicia sunt, quaedam uniuocantia, & sunt dicibilia quae de pluribus eodem nomine, & eadem ratione praedicantur. Quaedam uniuocata, & sunt dicibilia de quibus idem nomen essentialiter & eadem ratione praedicatur. Diffiniuntur autem hic uniuoca uniuocata, quod sunt dicibilia, de quibus idem dicibile praedicatur secundum idem nomen & eandem rationem essentialem; hoc est eandem, significationem & conceptum. Vt animal dicitur de hoīe & equo; nam homo est animal, & equus est animal, & secundum eandem rationem: nam praedicatur secundum eandem diffinitionem essentialem. Si quis enim quaerat, quare homo est animal? Recte datur responsio; quia est substantia animata sensibilis. Et si quis quaerat, quare equus est animal? Respondetur etiam recte, quia est substantia animata sensibilis: & asinus est animal, quia est substantia animata sensibilis, ergo secundum eandem rationem. At si quis quaerat, quare homo uiuus est animal? conueniens est responsio: quia est substantia animata sensibilis. Si quis deinde percontetur, quare homo pictus est animal? respondendum est, quia est pictura, animalis similitudinem referens: non eadem ibi est diffinitio essentialis, quare etiā ratio substantiae est diuersa. ¶ De nominatiua hic non quaecumque, sed nominis & rei simul: hoc est uoce & significatione simul diffiniuntur; & ergo in diffinitione ponitur particula una, exprimens conditionem nominis, scilicet quaecumque ab aliquo solo casu differentia sunt, hoc est quae conueniunt in principio cum denominantibus & differunt in fine. Casus enim hic, finale cadentiam & terminationem dictionum designat: ut fortis & iustus conueniunt cum suis denominantibus fortitudo & iustitia in principio dictionis, sed differunt in fine. Secundo ponitur particula exprimens conditionem rei, & secundum illud nomen appellationem habent, id est denominatiue illud appellant, & connotant pro quo eorum denominantia supponunt: ut fortis denotat fortitudinem, uirtutem animi, pro qua suum denominans fortitudo supponit: & iustus denotat iustitiam pro qua eius denominans iustitia supponit. ¶ Denominatiua autem

nominis tantum, sunt quae ab aliquo solo casu differentia sunt: sed secundum illud nomen non habent appellationem, ut pater & paternitas, dominus & dominatio: quae penitus idem designant in abstracto & concreto. ¶ De nominatiua autem rei tantum, sunt quae non ab aliquo solo casu differentia sunt: at tamen secundum nomen denominantis habent appellationem. Vt studiosus à uirtute, non enim conueniunt in principio & differunt in fine: tñ studiosus appellat illud pro quo supponit uirtutem. In diffinitione autem literae, signum uniuersale quaecumque, particula riter accipitur: ut idem est quod quae, Et termini singulariter positi, scilicet aliquo & nomen indifferenter secundum numerum accipiuntur: ut aliquo, hoc est ab aliquo uel aliquibus: & secundum illud nomen unum uel plura. Candidum enim & candidans, ab aliquo uno scilicet candore sunt denominatiua. Album uero & calidum, à pluribus scilicet albedine & caliditate denominatiua sunt, frigidum autem à frigiditate & frigore, pluribus quidem denominantibus est denominatiuum, & calidum à caliditate & calore: quare quadrifariam formantur denominatiua: Primo, unum ab uno denominante, ut album ab albedine. Secundo, unum à pluribus. Tertio, plura ab uno. Quarto, plura à pluribus: quorum praemissa sunt exempla.

## ¶ Prima diuisio.

¶ *Dicibillum, quoddam est incomplexum, quod est simplex praedicationis extremum.*

¶ *Quando incomplexum nobis deest: circūlocuto pro ipso utendum est. Aliud uero complexum, quod ex pluribus dictionibus est constitutum.*

## ¶ Secunda diuisio.

¶ *Eorum quae sunt, quaedam dicuntur de subiecto: in subiecto uero nullo sunt.*

¶ *Alia sunt in subiecto, & de subiecto nullo dicuntur. Alia dicuntur de subiecto, & in subiecto sunt.*

¶ *Alia neque in subiecto, neque de subiecto dicuntur. Ea quae sunt,*



*dicibilia prædicamentalia.*

*Dici de subiecto, est superius prædicari de suo inferiori.*

*Superiora, sunt generat, species, differentie.*

*Esse in subiecto, est esse in aliquo: sicut accidens in subiecto.*

¶ *Prima regula.*

¶ *Quando alterum de altero prædicatur vt de subiecto: quæcumq; de eo quod prædicatur dicitur: omnia de subiecto primo dicuntur.*

¶ *Regule interpretatio.*

¶ *Quicquid est superius superiore, superius est & inferiori re. Et hæc dignitas, & communis conceptio nominatur.*

¶ *Secunda regula.*

¶ *Diuersorum generum & nõ subalternatim positorum, diuersa sunt species & differentie. Diuersa genera non subalternatim posita, sunt diuersa prædicamenta, aut diuersorum prædicamentorum genera. Differentie aut proprie, aut magis proprie.*

¶ *Alij his verbis, Essentie prædicamentorum, sunt impermixte, eandem regulam prætendunt. Et hæc potius suppositio atq; petitio nominatur.*

## CLICHTOVEVS.

¶ *Prima diuisio, antepædicamentalis est: dicibilem, quoddam est incomplexum, ut homo, animal: quoddam uerò complexum, ut homo albus, animal rationale.*

¶ *Et hic incomplexum pro incomplexo nominis & rei simul (cum tale sit proprie incomplexum) accipitur. Disiunctum quoque, quod est simplex prædicationis extremum, ut homo est animal: subiectum homo, & prædicatum animal incomplexum est. nomine quidem, quod simplex est dictio: re autem, quia ei in mente respondet simplex nomen. Quod si litera imponatur ad significandum hæc ora-*

*tionem, homo albus, à uoce quidem incomplexum est, & re complexum. Contrà, corpus animatum ut genus est animalis, uoce complexum est, sed re incomplexum. Quando autem simplex nomen deest, exprimendo conceptui incomplexo respondens: pro ipso utendum circumlocuto ex duobus nominibus, ut corpus animatum. Quam quidem circumlocutionem sæpe opus est facere penuria uocabulorum, ut uox significatiua, uox nõ significatiua, circumloquantur uoces simplices uno nomine non nominatas. Complexum nominis & rei simul (nam solum tale hic diffinitur) est quod ex pluribus dictionibus est consitutum, ut homo sedens, homo ambulans. Complexum nominis tantum, & complexum rei tantum hic non diffiniuntur neq; curantur. ¶ Secunda diuisio, quadrimembriis est. Diuidentium autem membrorum ordo, sumitur secundum analogiam oppositi, nõ primum membrum opponitur secundo, & tertium quarto. Si quidem primum membrum est dici de, non esse in. Secundum, esse in, non dici de. Tertium, dici de, & esse in. Quartum, nõ esse in, non dici de. ¶ Primum membrum continet oia dicibilia communia prædicamenti substantiæ, ut genera, species, & differentias substantiæ: nam dicuntur de subiecto, sed non sunt in subiecto: ut animal, homo, rationale. Secundum membrum continet indiuisiua nouem prædicamentorum accidentium: ut hoc quantum, hoc album: quæ non dicuntur de subiecto, cum nõ prædicentur de aliquo sicut superius de inferiori: tamen sunt in subiecto, quia prædicantur accidentaliter de subiecto, ut nix est hoc album. Tertium membrum continet dicibilia communia, hoc est genera & species nouem prædicamentorum accidentium, nam dicuntur de subiecto sicut superius de inferiori: & sunt in subiecto, hoc est prædicantur ut accidens de subiecto. Rectè enim dicimus, album est coloratum, homo est coloratus. Quartum membrum cõplectitur indiuisiua prædicamenti substantiæ. Neq; em̄ sunt in subiecto, cū nõ prædicant de aliquo, ut accidens de subiecto: neq; dicunt de subiecto sicut superius de inferiori, cū sint indiuisiua: ut Ioãnes, Petrus,*

hic equus. ¶ Prima regula hoc pacto intelligenda est. Quando unum dicibile de altero prædicatur, ut superius de inferiori; quæcūq; de prædicato dicitur, ut superius de inferiori, eadem de subiecto dicuntur sicut superius de inferiori. Siquidem particula, ut de subiecto, ad secundam regulæ partem & tertiam repetenda est: quamuis ad uitandam sermonis ineptitudinem expressè non resumitur. Vt homo prædicatur ut de Sorte tanquam de subiecto, & animal de hoie dicitur ut de subiecto: ergo animal dicitur de Sorte ut de subiecto. hoc est: homo est superius ad Sortem, & animal est superius ad hominem, ergo animal est superius ad Sortem. Quicquid enim est superius superiore; superius est & inferiore, quæ dignitas est, quòd cognitio terminis, statim uerum esse principium dignoscitur, & hanc primam regulam exponit. Similiter color, dicitur de albedine ut de subiecto, & qualitas, dicitur de colore ut de subiecto, ergo qualitas dicitur de albedine ut de subiecto. Cum enim color superius sit albedinis, & qualitas superius coloris, qualitas etiam superius est albedinis. ¶ Nec Aristoteles hic intendit tradere argumentandi legem, quam pleriq; quantum figuram nuncupant, cum hic de dicibilibus tantum, & non de argumentationibus sermo uersetur: & singula secundum materiam subiectam sunt expetenda, in proprijsq; locis determinanda. ¶ Secunda regula est. Diuersa genera, & non subalternatim posita, diuersas habent species & differentias. Diuersa quidem genera, sunt genera non synonyma, ut animal & lapis. Subalternatim uerò posita sunt: cum sunt eiusdem predicamenti genera. Et talia interdum easdè habent species, ut aial & brutum easdè habent species, asinus & equus. Interdum diuersas habent species, ut animal & planta. Nam species animalis, sunt homo, brutum. Plantæ uerò, pomus, pirus. Genera non subalternatim posita, sunt diuersa generalissima, quemadmodum substantia & quantitas, substantia & qualitas: aut genera sub diuersis generalissimis contenta: ut animal & color, nam animal sub substantia, & color sub qualitate continetur, Substantia itidem & color, sunt diuersa

diuersa genera non subalternatim posita, quia unum est generalissimum, & alterum est alterius generalissimi contentum: sic animal & qualitas. Et hæc particula sub duabus in diffinitione expressis particulis continetur. Exeplum regulæ, ut animal & color, quæ diuersa sunt genera & non subalternatim posita, ut dictum est, diuersas habent species. nam species animalis, sunt homo, brutum: coloris uerò, albedo nigredo. Etiam diuersas habent differentias, nam differentia animalis diuisiua, sunt rationale & irrationale: coloris autem differentia, non quidem magis proprie sed proprie, sunt congregatiuum uisus, discretiui uisus. ¶ Siquidem in accidentibus loco differentiarum magis propriarum, dandæ sunt differentia propria. Nonnulli hanc regulam his uerbis explicat. Essentia prædicamentorum sunt impermixta, hoc est essentialiter prædicamentorum prædicationes non sunt promiscuæ: cum terminus unius prædicamenti non dicatur essentialiter de termino alterius prædicamenti. Et hæc regula principium quidem est: sed non usque adeo clarum sicut præcedens: quare suppositio dicitur.

FABER.

¶ Prædicamentum generalissimum. Rectus, obliquus, actus, potentia, substantiuum, adiectiuum principale, casus, pro eodem & eiusdem prædicamenti computantur. Et hoc de simplicem modum representandi ac significandi habentibus intelligimus.

¶ Actus, est dicibile, actum importans. Potentia, dicibile importans potentiam.

¶ Substantiarum gradus.

¶ Deus ante omnem gradum substantie est longe superius eminent.

Intelligentia.

Animalia.

Celi.

Vegetabilia.

Elementa.

Mineralia.

Mixta imperfecta. Substantiarum partes.

Dicibilia substantiæ sunt que substantiam significant.  
Quantitatis: que quantitatem. Ad aliquid: que ad aliquid.  
Qualitatis: que qualitatem. Actionis, actionem. Passio-  
nis, passionem. Quando, que quando. Vbi, que vbi. Situs,  
situm. Habitus, habitum.

Hæc substantiam significant, que substantiam absolute  
significant: aut que eius partem absolute appellant. Et  
quantitatem: que rem habere partes significant. Ad ali-  
quid, que rem ad se aut ad aliud. Qualitatem, que rem  
secundum quam aliquid quale esse dicitur. Actionem, que  
rem esse ab aliquo. Passionem, que rem esse in aliquo.  
Quando, significant esse in tempore. Vbi, significant esse  
in loco. Situm, que rei partes ad totum & ad locū quo-  
dam modo se habere. Habitus, que circa corpus habere  
re significant.

Decem quæstiu. Quid, quantum, quid huius, quale,  
quid agens, quid patiens, quando, Vbi, quomodo situm  
est, quomodo habitatum est.

Que ad aliquid horum quæstiuorum de prima substā-  
tia aptè respondentur: sunt in prædicamento quæstiu.

## CLICHTOVS.

Prædicamentum & generalissimum, hoc in loco idem  
sunt. Eiusdem autem prædicamenti sunt primo rectus &  
obliquus: ut homo, hominis, homini, hominem. Secun-  
do, actus & potētia, hoc est dicibile actus, & dicibile po-  
tentia: ut calefaciens & calefactiuum, calefactum & ca-  
lefactibile. Tertio substantiuum & adiectiuum, Vt albe-  
do & albus, iustitia & iustus, eiusdem sunt prædicamē-  
ti. Quarto, principale & casus, hoc est nomen & aduer-  
biū à nomine descendēs, ut iustū & iustē, bonū & bene,

eiusdem sunt prædicamenti. si modo simplicem modum  
representandi ac significandi habeant: de quibus solis in-  
telligitur diuisio dicibilium prædicamentalium. ¶ Ha-  
9 bent quidem simplicem modū significandi dicibilia: quæ  
unius prædicamenti rationem solum important, ut ho-  
mo, bicubitum, pater, album. Compositum uerò signifi-  
candi modū habent, quæ diuersorum prædicamētorum  
rationes principaliter important. Vt cœnare, est tempore  
uesperino comedere: prandere, est in meridie cibū sumere;  
re; quare actiones & quando simul rationes important.  
Cum autem prius dictum est, quod actus & potentia  
eiusdem prædicamenti computantur, actus ibi capitur  
ut est dicibile actum importans: ut mouens, calefaciens,  
motus, calefactus. Potentia uerò, est dicibile importans  
potentiam: ut motiuum, calefactiuum, mobile, calefacti-  
bile, sicut ergo mouens & calefaciens, nomina actuum  
sunt in prædicamento actionis; ita motiuum & calefa-  
ctiuum nomina potentiarum. Et sicut motus & calefa-  
ctus nomina actuum sunt in genere passionis; ita mobile  
& calefactibile nomina potentiarum. ¶ Substantiarum 10  
gradus hic nominantur: ut earum dicibilia in genere sub-  
stantiæ collocanda esse cognoscantur. Logicus enim, res  
propter dicibilia considerat. Deus super benedictus neq;  
substantia dicitur, neq; cns uniuoce, ut res citra deum,  
sed si qua eadem de deo & cæteris rebus enuntiamus:  
æqui uoca duntaxat appellatione utimur, quod ipse sup  
omnia longè præstat ineffabilis & innominabilis.

1 Intelligentię, ut Michael, Gabriel, & ceteri spūs ægelici

2 Cæli, ut cælū Lunæ, cælū Mercurij, cælum Veneris.

3 Elementa, ut ignis, aer, aqua, terra.

4 Animalia, ut homo, equus, bos.

5 Vegetabilia, ut rosa, lilium, serpillum, pomus, pirus.

6 Mineralia, ut aurū, arg. æs, ferrū, stannū, cuprū, plūbū.

7 Mixta imperfecta, ut pluuia, ros, pruina, nix, grādō.

8 Substantiarū ptes, ut manus, caput, brachiū, aia, corp⁹.

¶ Et harum oīm substantiarū nomina sunt dicibilia sub- 11

stantiæ: quia substantiã absolutè, & sine aliqua connotatione significat. Differentiæ substantiales, etiam dicibilia sunt substantiæ: quia substantiæ partem absolutè appellant & connotant. Dicibilia quantitatis: ut linea, superficies, corpus, nã rem habere partes significant. Dicibilia ad aliquid: ut pater, filius, nam significant rē ad se, uel ad aliud quodam modo se habere. Dicibilia qualitatis: ut album, nigrum, nam significant rem secundū quam aliquid quale esse dicitur. Dicibilia actionis: ut calefacere, frige facere, nã significant rem esse ab aliquo. Dicibilia passionis: ut calescere, frige fieri: quæ significant rem esse in aliquo. Dicibilia quando: ut hodie esse, cras fore, nam significant esse in tempore. Dicibilia ubi: ut in domo esse, in urbe esse, nam significant esse in loco. Dicibilia situs: ut federe, iacere, nã significant rei partes ad totum, & ad locum aliquo modo se habere. Dicibilia habitus: ut pileatus, torquatus. **¶** nam significant aliquid habere circa corpus. **¶** Sicut autem decem sunt prædicamenta: substantia, quantitas &c. ita decem sunt prædicamentorū quæstiuæ: quibus singulorum prædicamentorū dicibilia de prima substantia interrogamus. **¶** Ut Quid, est quæstiuū substantiæ. Quantū, quantitatis. Quid huius, ad aliquid. Quale, qualitatis, & cætera per ordinē. Quæcūq; autē dicibilia ad aliquod istorū quæstiuorū de prima substantia aptè respondent, sunt in prædicamento quæstiuui. **¶** Ut si quærratur quid est Sortes? conuenienter respondetur, est homo, est animal: ergo dicibilia homo & animal sunt in prædicamento quæstiuui, scilicet substantiæ. Rursum si quærratur, quantus est Sortes? aptè respondetur, est bicubitus, tricubitus, decupedalis: & quantus est quæstiuū quantitatis: quare prædicta dicibilia sunt in prædicamento quantitatis. Et si quærratur quid est Sortes Platonis? recta datur responsio, est dominus Platonis, est seruus, est pater, est filius: & quid huius, est quæstiuum prædicamenti ad aliquid, ergo dicti termini sunt in prædicamēto ad aliquid. Deniq; si quærratur, qualis est Ioannes? conueniens datur responsio: est albus, niger, calidus: & quale, est quæstiuū prædicamēti qualitatis: ergo prædicta dicibilia sunt

in prædicamēto qualitatis, & ita de cæteris per ordinem.

## De Substantia.

FABER.

**S**ubstantia, est dicibile substantiam principaliter significans. Principaliter, absolutè.

Prima substantia, est substantia quæ propriè, principaliter, & maximè substat.

**¶** Id substat propriè, quod alteri in propria subiicitur prædicatione.

**¶** Id maximè, quod cum alijs substat, nihil ei substare natum est.

**¶** Substare, substare propriè. Prima substantia, indiuiduū substantiæ.

**¶** Secunda substantia, est primæ substantiæ aut genus, aut species.

**¶** Differentia substantiæ, est quæ substantiæ partem appellat absolutè.

**¶** Proprietatum subiecta. Prima substantia. Secunda substantia: differentia substantiæ.

## CLICHTOVEVS.

**S**ubstantia, ut in primam & secundam substantiam diducitur, est dicibile, substantiam (hoc est rē quæ substantia est) principaliter significans, ut dicibile animal, substantia est: nam est dicibile substantiam, puta intelligentias, cælos, elementa, animalia, uegetabilia, mineralia, mixta imperfecta, aut substantiarum partes principaliter significans: est enim dicibile principaliter significans animalia. **¶** Dicibile autē, substantiam principaliter & absolutè significat: quod eã sine ullius rei connotatione significat: ut homo, animal. Quo fit, ut differentiæ substantiales nō sint substantiæ: quia

connotant partem essentialē. De prima substantia exēplum, ut Sortes: nam dicibile Sortes, est substantia quæ substat propriē, cum alteri dicibili in propria & directa subiiciatur prædicationē. Siquidem hæc est propria, Sortes est homo, & Sortes principaliter substat, nam absolute & absq; una denotationē. Sortes etiam maximē substat: cum enim alijs substat, ut superioribus suis: nihil ei substatē natum est, cum nihil in prædicatione propria natum sit indiuiduis subiici. hæc albedo autem non est prima substantia, quia nō est indiuiduū substantiæ, neq; substantia. De secūda substantia exemplū, ut homo: nā est primæ substantiæ genus aut species. est enim species primæ substantiæ. Animal etiam, secūda est substantia, quia primæ substantiæ gen<sup>9</sup> est aut species. Est em̄ primæ substantiæ genus. Et summātim genus generalissimū, genera subalterna, species specialissimæ prædicamētī substantiæ, sunt secundæ substantiæ, ut substantia, animal, homo. ¶ Et nihil refert secundam substantiā in singulari numero aut plura ri diffinire, cum in diffinitionibus autorum uocabula in differenter secundū numerum accipiantur: tamen ad diffinitionem singulari numero datam minus loci datur calūnijs sophisticis quā plurāli. Quia sic diffinirētur secundæ substantiæ, quod sunt species i quibus sunt primæ substantiæ, aut harū specierū genera, hoc est, sunt primæ substantiæ, aut genera, aut species. Genera quidem, ut unū, aut plura: & species, aut una, aut plures. ¶ Ex qua patet sex modis inter se quidem diuersis secundas substantias posse sumi.

Primo, una species & unum genus: homo & animal.  
 Secundo, una species & plura genera: homo, animal, & corpus animatum.  
 Tertio, plures species & unum genus: homo, & equus, & animal.  
 Quarto, plures species & plura genera: homo, & equus: animal, & corpus animatum.  
 Quinto, plures species, ut homo & equus.  
 Sexto, plura genera, ut animal & corpus animatum.

¶ Differentia substantiæ, licet substantia non sit: tamen in

genere substantiæ collocatur: & est quæ substantiæ partē appellat absolute. Accipitur enim differentia substantiæ pro ipsa substantia, & eius partem essentialē, nō quidē utramlibet, sed formam substantialem solum absolute appellat. nam secundum Porphyrium, differentia à forma sumuntur non materia, ut corporeum, denotat formas rerum corporearū: & incorporeum incorporearum, neq; corporeum connotat materiam ( ut nonnulli putant ) in ea significatione qua utitur Porphyrius. Animatum, pro tota accipitur substantia, & denotat animam. Inanimatum uerò, appellat formam inanimem. Sensibile, accipitur pro animali, & appellat animam sensitiuam. Insensibile uerò animam non sensitiuam. Rationale accipitur pro homine, & appellat animā rationalem. Irrationale uerò, animam sensitiuam irrationalem. ¶ Proprietatum substantiæ subiecta sunt hæc tria, prima substantia, secunda substantia, differentia substantiæ: ad quorum singulum sequentes proprietates comparantur.

Proprietates.

FABER.

- 1 ¶ Commune est omni substantiæ non esse in subiecto.
- 2 ¶ Secundis substantiis & earum differentiis conuenit inuicē predicari de primis. Prædication, prædication propria.
- 3 ¶ Prima substantia, hoc aliquid significat. Secunda uerò, quale quid, sub appellationis figura. Hoc aliquid significare, est substantiam absolute conceptu singulari significare. Quale quid uerò: est eam absolute, conceptu communi significare. Sub appellationis figura, conceptu appellatiuo, appellatiuæq; qualitatis.
- 4 ¶ Substantiæ nihil aliud est contrarium.
- 5 ¶ Substantia nō suscipit magis neq; minus. Hæc suscipiunt

magis aut minus, quæ cum aduerbijs magis & minus suis quidem determinationibus, prædicantur. Magis, in-  
tensionem: minus verò remissionem importat.

- 6 ¶ Maxime proprium est substantiæ (cum sit una & eadẽ numero) esse susceptibilem contrariorum secundum sui mutationem. Maxima substantia prima substantia. Una & eadem numero, singulare. Contrariorum est susceptibile, quod propriè & principaliter contrarijs subiçibile est. Sui, sui significati.

## CLICHTOVEVS.

- 16 ¶ Prima proprietates est, cõmune est omni substantiæ in subiecto non esse, siue nõ esse in subiecto: quia in dicis-  
plinis nihil refert negationẽ præponere, aut postponere prædicato, termino cõi. Nã ipsum semper intelligitur su-  
mi uniuersaliter: licet in sophismatũ disceptatiõẽ id obser-  
uari operæpretiũ sit. Hęc proprietates statim loco à diffi-  
nitione nota euadit. Quia nulla substantia prædicatur ac-  
cidentaliter & ut accidens de subiecto. Prima enim sub-  
stantia (ut secunda diuisione ante prædicamentali ostensum est) neq; est in subiecto, neq; dicitur de subiecto. Sec-  
cũda uerò substantia, dicitur de subiecto, sed nõ est in sub-  
iecto. Hęc autem proprietates est propria primæ substan-  
tiæ secundo modo: quia cõuenit omni, sed nõ solitũ etiã  
cõueniat differentijs substantialibus. Secũdæ substantiæ  
itidẽ est propria secundo modo: & deniq; differentia sub-  
stantiali propria est secundo modo: huic uerò diffiũcto sub-  
stantiæ, uel differentia, substantiæ, est propria quarto modo:  
quia cõuenit oĩ, soli & semp. ¶ Secũda proprietates est, con-  
uenit secundis substantijs & differentijs earũ, prædicari  
uniuocẽ, & secũdũ eandẽ rationẽ essentialiter de primis.  
Vt Sortes est homo, quia est animal rationale: & Plato  
est homo, quia est animal rationale. Sortes est rationalis,  
quia habet animam rationalem. Plato est rationalis, quia  
habet animam rationalem. Sunt enim omnes istæ prædi-  
cationes essentialiter & propriæ, quare uniuocæ: & eadẽ

- primæ substantiæ secũdarũ substantiarũ & differentiarũ  
substantialium sunt uniuocata uniuocata. Hęc autẽ prop-  
rietas, primæ substantiæ nullo modo est propria. Nã pri-  
ma substantia de nullo dicitur propriè & in prædicatiõẽ  
propria, secũdẽ substantiæ est propria secũdo modo. & si-  
militer differentiæ substantiæ: huic uerò diffiũcto, secũda sub-  
stantia uel differentia substantiæ est propria quarto modo.  
3 ¶ Tertia proprietates duas habet particulas. Prima, pri-  
ma substantia significat hoc aliquid, hoc est substantiã ab-  
solutẽ, conceptu singulari. At, hoc album, licet singulari-  
ter, tamẽ nõ absolute significat substantiam: & anima, li-  
cet absolute, tamen non singulariter substantiam signifi-  
cat. Et hęc pars primæ substantiæ est propria quarto mo-  
do, quia conuenit omni, soli & semper, secũdæ substantiæ  
nullo modo est propria neq; differentiæ substantiæ. ¶ Se-  
cũda particula est, quod secunda substantia significat qua-  
le quid sub appellationis figura: id est substantiam abso-  
lute, conceptu communi significat. Et hęc pars non est  
aliquo modo propria primæ substantiæ: secũdæ substan-  
tiæ uerò est propria quarto modo: differentiæ autem sub-  
stantiali nullo modo. Licet enim differentia substantialis  
conceptu communi substantiam significat: nõ tamen ab-  
solute. Et licet prima absolute, non tamen communiter.  
4 ¶ Quarta proprietates: substantiæ nihil est cõtrarium. hoc  
est, dicibili substantiæ, non est aliud dicibile contrarium,  
ut homini, equo. Et est propria primæ substantiæ secũdo  
modo, secunda substantiæ itidem secundo modo, & diffe-  
rentiæ substantiæ etiam secundo modo: nam conuenit oĩ  
5 mini, sed non soli: cũ etiã conueniat quantitati. ¶ Quin-  
ta proprietates: substantia non suscipit magis neq; minus.  
Hoc est, dicibile substantiæ nõ prædicatur cum aduerbijs  
magis & minus, ut magis intensionem & minus remis-  
sionem importat. Non enim rectẽ dicimus, homo est ma-  
gis animal quam equus, & equus est minus animal quã  
homo. Et est propria secundo modo primæ substantiæ, se-  
cũdæ, & differentiæ substantiali eadem qua præcedens ra-  
6 tione. ¶ Sexta proprietates est: proprium est maxime sub-  
stantiæ hoc est primæ substantiæ (q; ea maxime omniũ

substet) cum sit una & eadem numero, id est indiuiduum & singulare: esse susceptibile contrariorum, hoc est uicissim contrarijs subijcibile secundum sui significati mutationem, Vt dicibile Ioannes, substantia est una & eadem numero, & subijcitur uicissim his contrarijs calidus & frigidus, nempe modo calidus est Ioannes, & modo frigidus secundum sui mutationem. Et hæc proprietates, soli conuenit substantiæ, quamuis enim eadem superficies modo alba sit & modo nigra: tamen dicibile superficies, non subijcitur illis contrarijs propriè & in prædicatione ordinata. Primæ autem substantiæ est propria primo modo: quia conuenit soli sed non omni, nam hoc cælum, prima est substantia: & tamen non est susceptibile contrariorum, secundæ substantiæ nullo modo est propria: quia non est una & eadem numero. Differentia substantiæ etiam nullo modo est propria, quia differentia substantialis non subijcitur propriè & principaliter siue absolute contrarijs. Hæc enim non est propria, hoc rationale est album, hoc rationale est nigrum.

¶ Quo autem modo proprii unaquæque substantiæ proprietates cuius subiectorum superius assignatorum propria sit, hæc ostendit figura, in qua numerus, modos proprii designat,

Proprietates	prîa substâ.	scdâ sub.	differ. sub.
Prima	2	2	2
Secunda	0	2	2
Prima pars tertiæ	4	0	0
Scdâ pars tertiæ	0	4	0
Quarta	2	2	2
Quinta	2	2	2
Sexta	1	0	0

De Quantitate.

FABER.

¶ Quantitas,

Continua,

Discreta. Superficies.  
 Constans ex partibus positionē in cōtinuo Corpus.  
 habentibus. Tempus.  
 Constans ex partibus positionē in cōtinuo non habentibus. ¶ Discreta,  
 ¶ Continua, Binarius.  
 Linea. Ternarius.  
 Quaternarius.  
 Quinarius.  
 Et sic deinceps.

¶ Quantitas, est quod in partes est diuisibile.  
 Partes extensionis, discretionis, successionis.  
 Quantitas continua, est quantitas, cuius partes copulantur ad terminum communem.  
 ¶ Termini communes, sunt punctus linea, superficies & præsens. Præsens, instans, nunc.  
 ¶ Quantitas discreta, est cuius partes non copulantur ad terminum communem.  
 Quantitas discreta, numerus.

CLICHTOEVVS.

Intellecta formula specierum quãtitatis, quæ eius inferiora hic diffinienda complectitur: quãtitas diffinitur esse, quod est in partes diuisibile. Neque ibi pro dicibilibus capitur quantitates: sed pro rebus ipsis, ex quibus dicibilium rationes cognoscamus. Et intelligitur diffinitio de eo quod per se & suapte natura diuisibile est, & non per alterum. Si quidem esse diuisibile in partes, substantiæ conuenit, gratia tamen quantitatibus, & non sui ipsius natura. Quantitas autem omnis, diuiditur primo & per se in partes, aut extensionis, ut linea, superficies, corpus: aut discretionis, ut numerus: aut successionis, ut tempus, non quidem alterius, sed sui ipsius gratia. ¶ Quantitas autem continua, est quantitas cuius partes copulantur ad aliquem

terminum cōmunem. Vt sit data linea a b, diuisa in duas partes, copulatur per punctum c, cuius partes a c & c b, copulantur ad terminum communem c. ¶ Dicitur autem hoc in loco terminus communis: terminus quantitatis qui est principium unius partis & finis alterius. Vt in linea punctus est unius partis lineæ finis, & alterius principium: & linea terminus communis est superficiei, superficies corporis: & præfens temporis. Interpretatur autem præfens: instans, nūc, idem. ¶ De discreta quantitate exemplum: ut i o, cuius partes 5 & 5 non copulantur ad aliquem terminum communem, sed ab inuicem discretæ manent & separata. similiter & partes 3 & 7: inter quas nihil est medium, quod unius sit finis & alterius principium. ¶ Quantitas discreta & numerus, idē sunt, quod de numero numerante (qui formalis est numerandi ratio in animā existens) intelligendum est, & non de numero numerato, siue rebus numeratis. Siquidem ueri numeri sunt in anima, à quibus ipsa dicitur numerans: sicut oculus à perceptione parietis dicitur uident, Et sicut paries dicitur uisus, à uisione quæ est in oculo: ita res dicitur numerata à numero, qui est in anima applicato rebus ipsis numeratis: haud secus quàm ulna applicata panno, ipsius panni mensura est & ratio extrinseca. ¶ Et ulna, mensura est continui mensurans pannum: hoc mo autem applicans ulnam panno, est mensurans solum & non mensura: ita numerus ille formalis in anima, est numerus, & est numerans res quibus applicatur: anima uerò ipsa est numerās solū, & numerās quidē præcipuū, ipso numero tanq̄ instrumento utens. Res uerò denominantur numerata, à numero animæ ipsis applicato: ut duæ à binario animæ, tres ab animæ ternario: quatuor, à quaternario: sicut pānus mensuratus ab ulna sibi applicata. Sicut ergo eadem ulna pōt applicari, primo uni pāno, & deinde alteri, & erit uterq̄ eadē mensura mensuratus: ita idem numerus pōt applicari diuersis rebus numeratis: ut denarius, decē hoībus, & decē equis: & erit idem numerus decem hoīm & decem equorū. Et si non fuerit applicata ulna ad pannū, nō dicitur pannus men-

suratus, quanuis æquam contineat (atq̄ cum ei applicabitur) quantitatem: ita si nō fuerit ab anima numerus applicatus rebus numeratis, non dicentur duæ, neq̄ tres, neq̄ alio quoquā numero numerata, quoniam eandem atq̄ cum numerantur habeant multitudinē. Hæc itaq̄ dicibilia, binarius, ternarius, & quaternarius, cæteraq̄ denominatiua ipsū animæ numerum significant abstractē, quorum denominatiua, duo, tria, quatuor, quinq̄, pro rebus numeratis accipiuntur, animæ numerum connotādo. Siquidem numerus numeratus, & ipsæ res numeratæ ab anima quæcunq̄ illæ fuerint, nempe omnia ab anima nūcari possunt, & sensibilia & insensibilia. ¶ Vnde numerus continui, & ipsū continuum, numeratum ab anima, ut linea in duas medietates diuisa, in tres tertias, in quatuor quartas, est numerus continui: quia est linea ab ipsa anima secundum suas partes numerata. Et dicibilia hunc numerum explicantia, non sunt quantitatis discretæ: (ut pedale, bipedale, tripedale, quadrupedale) sed continuæ quantitates sunt species ad lineam, superficiem, & corpus indifferentes. Sic & bicubitum, tricubitum, quadricubitum, sunt continuæ quantitates dicibilia, est enim pedale continuum, unius pedis extensionem habet: bipedale duorum: tripedale trium: ubi continuæ quantitatis ab anima numerante ratio nobis insinuat.

## F A B E R.

¶ Quantitas constans ex partibus positionem in continuo habentibus, est quantitas cuius partes alicubi sitæ sunt, continuæ & permanentes. Partes uerò alicubi sunt, quando de unaquaq̄ earum assignabile est, ubi ipsa sit.

¶ Quantitas constans ex partibus positionem in continuo non habentibus, est quantitas cuius partes non alicubi sitæ sunt, adinuicem continuæ & permanentes.

¶ Linea, est quantitas continua, cuius partes copulantur ad punctum.

¶ Superficies, cuius partes copulantur ad lineam.



**C**orpus, cuius partes copulantur ad superficiem.  
**T**empus verò, cuius partes copulantur ad præsens.  
**O**ratio & locus, quantitates, hoc est dicibilia quantitates existunt per accidens.  
**A**utores, ea quæ per se sunt cōsiderant: quæ verò per accidens sunt, à sophistis sunt introducta.

- 1 **Q**uantitati, nihil est contrarium.
  - 2 **Q**uantitas, non suscipit neq; magis neq; minus.
  - 3 **P**ropriè proprium est quantitati, secundum eam æquale vel inæquale dici. Hoc est, quantitas id est, secundum quod aliquid natum est esse aut æquale, aut inæquale.
- Æ**qualitas, est rerum differentium eadem quantitas. Eadem similis.
- I**næqualitas, est rerum differentium diuersa quantitas.
- Æ**qualia sunt quanta, eandem quantitatem habentia. Eandem: similem, similisq; denominationis.
- I**næqualia verò, quanta diuersam quantitatem habentia. Diuersam: dissimilem, dissimilisq; denominationis.

## CLICHTOVS.

- 24 **D**iffinitio quantitatis constantis ex partibus positionem in continuo habentibus, tria exprimit requisita, ad hoc quòd aliquid huiusmodi sit quãtitas. Primo, ut partes eius alicubi sitæ sint: hoc est ut de unaquaq; earũ, assignabile sit ubi ipsa est: quod de partibus in quas continuum diuiditur, intelligendum est: ut duabus medietatibus, tribus tertijs, quatuor quartis, & ita deinceps. Quare qualitatis intentæ partes non habent positionem in continuo: quia de earum unaquaq; nõ est assignabile ubi ipsa sit, cum non sint extra se secundum situm. Secundo, requiritur partes huiusmodi esse continuas: quare numerus non constat ex talibus partibus. Tertio, requiritur partes easdem esse permanentes. Quare tempus non cõ-

stat ex partibus adinuicem positionem habentibus. Istarum autè triffi conditionũ, si aliqua defuerit, quãtitas est constans ex partibus non habentibus positionem in continuo, ut si partes alicubi sitæ sunt, ut temporis: si partes non sunt continuæ, sicut numeri: aut si non sunt permanentes, ut temporis. De linea explum: ut linea a b diuidatur in duas medietates, primam a c, secundam c b. Tota linea a b, est quantitas continua: cuius partes a c & c b, copulantur ad punctum c, quod est finis partis a c, & principium partis c b. De superficie, ut sit superficies bipedalis, cuius partes, scilicet prima superficies pedalis & secunda copulantur ad lineam copulantem illas duas partes, unius quidem finem & alterius principium. De corpore, ut sit corpus bicubitum: cuius partes, scilicet prima cubitalis extensio & secunda copulantur ad superficiem ambas copulantem, unius quidem finem & alterius principium. De tempore, ut præsens est cuius partes, scilicet pars prior, ut prima horæ medietas, & posterior ut secunda medietas horæ, copulantur ad præsens impartibile, quod præcedentis partis finis est, & sequentis principium. Est siquidem præsens in tempore, eius partes copulans, sicut punctus in linea partes linearum. **O**ratio, hoc in loco sumitur pro oratione uocaliter prolata, quæ per accidens est tempus: quia syllabæ eius modo longum habent tempus, cum productæ fuerint: modo breue, cum fuerint correptæ: quare dicibilia quantitatis, accidentaliter dicuntur de oratione itidem & de loco: ut hæc est accidentalis prædicatio, locus est superficies. Ideo & oratio & locus dicitur quãtitates per accidens: nec prius inter quãtitates species (quæ per se sunt) numeraræ. **N**ec diffinitio hic speciali diffinitione numerus: quia idem est numerus quod quãtitas discreta, sicut idem est ensis & gladius: quare eadem est utriusq; diffinitio. Et cum quantitas in continuã & discretam (ut genus in suas species) diducatur, nulla autem species cum suo genere cõuertitur, ois quidem discreta quantitas est quantitas, at non e contra. ois em̄ continua quantitas est quãtitas: nulla in quãtitas

continua, est quantitas discreta: sicut nullus homo est brutum: quare non omnis quantitas est quantitas discreta.

¶ Deinde ponuntur tres quantitates proprietates, quarum prima de dicibilibus quantitatibus intelligitur, quod eis nihil est contrarium, ut bipedali, tripedali, non est alius terminus logicaliter contrarius. Et est propria quantitati secundo modo: nam conuenit omni quantitati, sed non soli, cum etiam conueniat substantiæ. ¶ Secunda proprietates, de quantitatibus dicibilibus etiam intelligitur, quod ea cum aduerbijs magis & minus non prædicantur: ut magis extensionem, & minus remissionem importat. Licet enim rectè dicamus, quod una linea sit magis magna quam alia, & minus magna: in his tamen prædicationibus, magis aduerbium, maiorem extensionem & non in extensionem designat, & minus minorem extensionem, & non remissionem: quare id proprietati minimè repugnat. Et est propria secundo modo quantitati: nam conuenit omni. Ut una linea non est magis linea quam alia: sed non soli, cum etiam substantiæ competat. ¶ Tertia proprietates rei quæ est quantitas, naturam & conditionem exprimit: nam quantitas est id, ratione cuius aliquid dicitur æquale uel inæquale: cum æqualitatis & inæqualitatis ratio, quantitati primo conueniat. ¶ Ipsa quidem quantitas, æqualis & inæqualis est seipsa & primo: ut una linea æqualis alteri lineæ: ut pedalis pedali æqualis, bipedalis tripedali inæqualis. Substantia etiã, æqualis est & inæqualis, non ratione sui, sed quantitatibus quæ est in ea: ut lignum pedale est æquale pedali, & inæquale bipedali: tres homines tribus hominibus numero æquales sunt, duobus autem inæquales. Neque secundum aliud quicquid quantitate aliquid dicitur æquale aut inæquale. Ut duo homines æque albi, non sunt æquales secundum albedinem, sed similes. In æqualitatis autè diffinitione, eadem, non capitur pro eodem numero, sed specie, ut fæpius in logica. Eadem autem quantitas est quæ est similis, eiusdemque specialis denominationis: ut linea pedalis, lineæ pedalis: bicubita bicubita. Et diuersa, quando est diuersæ denominationis, ut bicubitum & tricubitum, binarius

binarius & ternarius, bipedale & tripedale. Et hæc proprietas, est propria quantitati quarto modo, nam conuenit omni, & soli, & semper.

FABER.

**A**D aliquid verò talia dicuntur, quæcūq; hoc ipsum quod sunt, aliorum dicuntur, vel quomodo libet aliter ad aliud.

¶ Interpretatio. Ad aliquid talia sunt dicibilia, quæ de se ipsis cum gentino aut alio quouis obliquo sunt verificabilia.

¶ Ad aliquid, ad aliquid communiter: relatiuum communiter. ¶ Proprietates.

1 ¶ Contrarietas est in relatione.

2 ¶ Ad aliquid, suscipiunt magis & minus.

3 ¶ Relatiua dicuntur ad conuertentiam.

¶ Relatiua dici ad conuertentiam, est ipsa de se mutuo cui obliquo sui correlatiui verificari.

4 ¶ Relatiua sunt simul natura. Aliqua esse simul natura, est inter ea conuerti subsistendi consequentiam.

¶ Subsistendi consequentia, est ab esse ad esse consequentia. Et conuertitur, quando sicut ad antecedens sequitur consequens: ita & e contra, ad consequens sequitur antecedens.

¶ Relatiua actus, Relatiua potentie: secundum potentiam conuertuntur.

¶ Ad aliquid, sunt quibus hoc ipsum esse, est ad aliquid quodam modo se habere. Ad aliquid proprie, relatiuum proprie, relatiuum secundum esse.

CLICHTOVS.

¶ Ad aliquid siue relatiuum, dupliciter sumitur. Primo communiter, & tunc prima diffinitione pluraliter diffinitur.

Quæ quidem diffinitio, per subiectam interpretationem sic explicatur. Adaliquid dicuntur talia, hoc est, sunt talia dicibilia: quæcumq; in ipsum quod sunt dicuntur: hoc est, uerificatur de seipsis, aliorum: cum genitiuo, uel quomodolibet aliter ad aliud: uel cum alio quolibet obliquo, ut datiuo, accusatiuo, aut ablatiuo. De genitiuo, ut pater est filij pater. De datiuo, ut æquale est æquali æquale. De accusatiuo, ut magnus est ad paruū magnus, & paruus ad magnum paruus. ¶ Et quia hic casus est accommodus ad exprimendam habitudinem dicibilium adaliquid, quæcumq; in alijs casibus de ipsis uerificantur, etiam possunt in accusatiuo referri, ut pater est ad filijum pater: & æqualis est ad æqualem æqualis, & maior est ad minorem maior. De ablatiuo: ut maius est minore maius. Vocatiui autem (cum non sit obliquus, sed rectus) non sunt exigenda exempla. Hoc itaq; modo omnium prædicamentorum dicibilia sunt adaliquid. Sunt enim omnia de seipsis cum aliquo obliquo uerificabilia. Ut homo anima rationali est homo. Quantitas rei quantæ est quantitas: albedo est albi albedo, & album est albedine album. ¶ Prima autem proprietas adaliquid: est quod dicibilia adaliquid communiter sunt contraria. Ut uirtus & uitium, sunt contraria, & sunt adaliquid communiter. Est enim uirtus studiosi uirtus, & uitium uitiosi uitium; similiter scientia & ignorantia. ¶ Neq; obliquo lo est, quo minus sint adaliquid, ipsa esse qualitatis dicibilia. Quandoquidem adaliquid communiter, non constituit distinctum prædicamentum, sed oia suo ambitu prædicamenta complectitur. Hæc autem proprietas nõ conuenit ipsi adaliquid specialiter. Nulla enim huius prædicamenti dicibilia, contraria sunt: sed potius relatiue opposita. Relatiuis uerò communiter, conuenit ipsa proprietas primo modo: nam conuenit soli, at non omni. Homo enim, animal & quantitas, contrarium non habent. ¶ Secunda proprietas: etiã datur de adaliquid communiter, cuius intelligentia est hæc. Adaliquid prædicantur cum aduerbijs magis & minus, intentionem & remissionem designantibus. Ut studiosus, est magis, uel

minus altero studiosus. Et relatiuis communiter: primo modo est propria: nam soli conuenit & non omni, non nullis etiam relatiuis proprie & huius prædicamenti conuenit, ut aliquid est magis alicui dissimile altero, uel minus. Ita quoq; & simile: non tñ omnibus, ut non conuenit patri & filio, neq; soli, nempe etiam conuenit qualitati. ¶ Tertia proprietas, potissimum datur de relatiuis proprie: quæ tunc ad conuertentiam dicuntur, quando de ipsis cũ obliquo sui correlatiui & ediuerso uerificantur. Correlatiuum quidẽ, est ad quod refertur relatiuum. ¶ Referuntur autem relatiua interdum ad seipsa, ut pater est filij pater, & filius est patris filius. Nonnunquam uerò ad subiecta pro quibus accipiuntur. Ut Ioannes est pater Petri: & Petrus est filius Ioannis. Hæc conuertentia in disciplinis, magni est momenti: ut cum monstratum fuerit, quod binarius est minor quaternario: pertinens concludendũ est, quod quaternarius est maior binario. Et hæc conuertentia sit in quolibet indifferenter obliquo: sicut in diffinitione prima exemplis patefactum est. Conuenit etiã ista proprietas relatiuis comuniter. Ut ala alati ala, alatum ala alatum. Et in diuersis quidem casibus, ut disciplina disciplinati disciplina, disciplinatum disciplina disciplinatum. Relatiuis itaq; communiter, quarto modo, sed relatiuis proprie, secundo modo est propria. ¶ Quarta uerò proprietas est, quod relatiua actus sunt simul natura. Relatiua actus, sunt ad quorum unius existentiam protinus sequitur alterius existentia, ut si pater est actu, filius est actu: & si dominus est actu, seruus est actu. hæc itaq; sunt simul natura: nam conuertuntur secundum subsistendi consequentia: ut si pater est, filius est: & si filius est, pater est. Subsistendi autem consequentia, est ab esse ad esse consequentia. Hoc est à propositione de secundo adiacente, ad alteram de secundo adiacente, siue per copulã de præsentem, quemadmodum in superiori exemplo, siue per copulam de præterito. Ut si pater fuit, filius fuit: siue in futuro, ut si pater erit, filius erit. Et conuertitur huiusmodi consequentia: quando non modo ad antecedens sequitur consequens, uerum etiam ediuerso ad cõ-

sequens sequitur antecedens; ut pater est, ergo filius est. & cōtra, filius est, ergo pater est. Cū uerò e contra ad consequens non sequitur antecedens, subsistendi cōsequentia non conuertitur. Vt recte sequitur: homo est, ergo aial est: sed non cōtra. Relatiua potētia, sunt quorū unum potest actū esse, altero non existēte. ut non oportet si genus est, protinus speciem esse, aut si prius est, & posterius eius esse. Et si causa est: non protinus sequitur effectum esse. Et hæc quæ ad modum relatiua potētia sunt, etiam secundū potentiam conuertuntur. Vt si genus est, species potest esse. & si prius est, posterius potest esse. & si causa est, causatum potest esse. Et est ad aliquid propriè secundo modo propria. Alio modo sumitur ad aliquid propriè: ut solum comprehendit dat huius prædicamenti dicibilia, & secunda diffinitio (quæ subiungitur) diffinitur sic. Ad aliquid sunt dicibilia, quibus hoc ipsum esse (hoc est, quorū principalis & præcipua significatio) est quodammodo se habere ad aliud, id est significare rem in cōparatione ad aliam, ut non possit intelligi significatum relatiui sine suo correlatiuo. quemadmodum patris ratio formalis, est quodā modo se habere ad aliud: puta filium. & filius dicitur in cōparatione ad patrē. ¶ Et hæc relatiua quæ hoc constituunt prædicamentum, uocantur relatiua secundum esse, cetera uerò, quæ sunt ad aliquid communiter & non propriè, uocantur ad aliquid secundum dici, quibus hæc secunda diffinitio non conuenit, sed prima tantum.

## De Qualitate.

F A B E R.

Qualitas;	Passio aut passibilis qualitas.
Habitus, aut dispositio.	
Naturalis potentia, aut impotentia.	Forma, & circa hoc aliquid constans figura.

**Q**ualitas, est secundū quam quale aliquid esse dicitur.  
 Habitus, est ad operandum acquisita qualitas, de difficili mobilis à subiecto.

Dispositio primo modo, est qualitas ad bene maleque operandum, acquisita.

Dispositio secundo modo, est qualitas ad bene maleque operandum acquisita, de facili mobilis à subiecto.

Naturalis potentia, est qualitas ad bene operandum innata.

Naturalis impotentia, est qualitas ad male debilitate operandum innata.

## CLICHTOVS.

Philosophus diffinitionem qualitatis pluraliter enuntiat: secundum quam quales esse dicimur. Ea tamē in singulari translata numerum, est intellectu facilior: sic, est secundum quam aliquid dicitur esse quale. Vt secundum albedinem aliquid dicitur esse quale, scilicet album: quare albedo est qualitas. Secundum caliditatem, ignis dicitur esse qualis, utpote calidus: ergo caliditas est qualitas. Et in qualitatis diffinitione, quale sumitur, ut est de nominatiuum qualitatis, & non ut eius quæsitium. Dicitur enim & denominatur aliquid esse quale secundū qualitatem: sicut nigrum secundum nigredinem, & denominatiuum secundum denominans. Deinde diffiniuntur quatuor qualitatis species. Quarum primam hoc aggregatum, habitus aut dispositio circumloquitur, cum simplex nomen nobis deest. Est autem habitus, qualitas acquisita post natiuitatem ad operandum: bene quidem si bonus est habitus, & male si fuerit prauus, de difficili mobilis à subiecto, nam est permanens & assiduo usu confirmata qualitas. Vt si quis ex longo usu, artem latine loquendi sibi comparauerit, quamuis aliquanto tempore prætermittat latini sermonis usum; illius tamen non inter obliuiscet, imò cū uolet, expedite latinū sermonem loquet, illa ars est habitus. ¶ Dispositio primo, hoc est in prima eius significatione: est qualitas acquisita ad bene uel male operandum, siue sit facile mobilis à subiecto, siue difficile. Et continet sub se habitum & dispositionem secundo modo. Omnis enim habitus est dispositio largè accepta & primo modo; sed non conuertitur.

Siquidem omnis dispositio secūdo: est dispositio primo; Nulla tamen dispositio secundo est habitus. Nempē dispositio secundo: est qualitas ad bene maleūe operandū acquisita, sed de facili mobilis à subiecto. Vt si quis audi tam lectionem ad biduum solum mente teneat, quæ postea elabatur memoria: illa animi qualitas, est dispositio secundo, & est instabilis habitus, imperfectus & euaneſcens, sicut tenue nubis uestigium. Ex frequenti autē dispositione, cōpletur habitus, sicut ex minus albo fit magis album. Et hoc pacto sumitur in huius speciei nominatione dispositio. Naturalis autē potentia, est qualitas innata, hoc est à principio natiuitatis insita ad bene operandum, Vt uisus & uidendi potentia inest animali à natiuitate ad bene uidendum: auditus ad audiendum: olfactus ad odorandum: gustus ad gustandum: tactus ad tangendum. Naturalis impotentia, est qualitas ad male debilitateū operandum innata & naturaliter insita. Vt timiditas ceruī & leporis: innata est qualitas ad debilitateū operandum, scilicet ad salutem sibi fuga comparandam. Sic obtusitas & hebetudo: sunt naturales impotentie animæ. ¶ Huius autem secūdx speciei dicibilia inueniuntur passim in libro de animalibus & de uegetabilibus & plantis: ubi animalium & herbarum naturales explicantur potentie, & suarum operationum naturalia instrumenta. Primæ autem speciei dicibilia ad moralem philosophiam potissimum spectant.

## FABER.

¶ Passio, est qualitas transiens, quæ sensui passionem infert, aut quæ à passione infertur.

¶ Passibilis qualitas, est qualitas permanens, quæ sensui passionem infert, aut quæ infertur à passionibus.

¶ Forma, est ex numero aut numeri proportionē procediens qualitas.

¶ Figura uero, ex continui terminatione.

## ¶ Proprietates.

1 ¶ Qualitati aliquid est contrarium.

2 ¶ Qualitas suscipit magis & minus.

3 ¶ Propriè proprium est Qualitati: secundum eam simile, vel dissimile dici.

¶ Similitudo, est rerum differentium eadem qualitas.

¶ Dissimilitudo uero, diuersa.

¶ Similia, sunt similem qualitatem habentia.

¶ Dissimilia uero, dissimilem atq; diuersam habentia qualitatem.

## CLICHTOUEVS.

¶ Passio, est qualitas transiens & facile à subiecto mobilis, quæ sensui passionem infert, hoc est quæ suam speciem causat in sensu. Nam in prima diffinitionis parte, passio pro qualitatis sensibilis specie sumitur: aut quæ à passione infertur: hoc est affectione uel turbatione animæ: cum in secunda diffinitionis parte, passio, pro affectione animi aut corporis sumatur. Vt rubedo causata ex uerecundia: & sensui passionem infert, cum suam in oculo similitudinem inducit, & infertur ex passione, puta pudore. Siquidem quæcumq; ex passione inferuntur, sensui passionem inferunt, non autem contrario uenit. Vox enim & lumen infert passionem sensui, non tamen infertur à passione. Passibilis qualitas, qualitas est permanens & difficile à subiecto mobilis, quæ sensui passionem infert &c. accipiendo passionem ut in prior diffinitione. Vt albedo cygni, nigredo corui, infert passionem sensui. Color croceus ex cholera, aut plumbeus à melancholia, pallor & rubor ex naturali complexione, sunt qualitates permanentes, & inferuntur à passione. Et hæc species cōplectitur dicibilia, qualitates sensibiles significantia, qualia sunt, color, sonus, odor, sapor, caliditas & eorū inferiora. ¶ Demū forma & figura, quartam speciem qualitatis complent: & forma numerum, figura uero magnitudinem respicit. Siquidem forma, est qualitas

tas ex numero aut numeri proportionem, hoc est habitus  
dine & descriptione situq; proueniens. Vt si quis sciscite  
tur, qualis est terminus: respondetur, est trigonus. qua-  
lis quaternarius: est quadratus, qualis octonarius: est  
cubus. hęc enim nomina reipsa quantitatem significant:  
ratio tamen est qualitatis. Figura uerò est ex cõtinui tero  
minatione proueniens qualitas, hoc est figura, est magni-  
tudo aliquo termino, aut terminis cõclusa. Et reipsa quis  
dem figura est quantitatis, ratio uerò est qualitatis. Tri-  
gulus siquidem accipitur pro ipsa superficie, denotando  
eam esse tribus lineis rektis clausam. Et ab hac ratione des-  
nominatur ipsa figura esse qualitas. Vt si quis perçõteç,  
qualis est hęc magnitudo: respondetur rektè, est circulus  
tris, trigona, tetragona. Nā hęc nomina (licet equiuocè)  
& numero & magnitudini conueniunt, numero quidē  
cū est forma: magnitudini, cum figura. Et hęc quarta spe-  
cies Arithmetice & Geometrice proprios cõplectitur  
terminos. ¶ Deinde tres ponuntur qualitatis propria-  
tes. Quarū prima nō omni conuenit qualitati, circulo  
enim & trigono nihil est cõtrariū. Neq; soli quidē, nā di-  
cibilibus actionis & passionis eadem communis est, ali-  
cui tamen qualitati conuenit: ut albo & nigro. Proinde,  
potius conuenientia est quā proprietates: cū nullo mo-  
do proprii, conueniat qualitati. ¶ Sic & secunda, non om-  
ni cõuenit qualitati: nam formis & figuris nō cõuenit  
suscipere magis & minus: unus quidē circulus, non di-  
citur magis circulus quā alter. Neq; soli, nā etiā cõue-  
nit actiõ & passiõ, quare potius est cõuenientia quā  
proprietates, cū alicui conueniat: album enim est magis &  
minus album: & calidum & frigidum: plerisq; etiam nō  
conuenit. ¶ Tertia proprietates, de rebus ipsiis datur: quę  
sunt qualitates, secundū quas aliquid dicitur simile uel dis-  
simile. Vt cygnus, niuis est similis secundū albedinem, &  
coruus dissimilis secundū albedinē. Quicquid itē simile aut  
dissimile nominatur, hoc ratione qualitatis est. ¶ Exem-  
plū de similitudine, ut albedo cygni cõparata ad albedi-  
nem niuis, est rerū differentium cygni & niuis eadē simi-  
lisq; qualitas, ergo est similitudo: itidem albedo cygni cõ-

parata ad nigredinem corui, est dissimilitudo. Et cygnus  
& nix similia sunt, cygnus autem & coruus, dissimilia,  
ut simile & dissimile denominatiua sunt ad substantiam.  
Nam si ad qualitatem denominatiua fuerint: albedo albe-  
dini similis dicitur, & nigredini dissimilis.

## De Actione &amp; Passione.

FABER.

**A**ctio, ab aliquo significat. Passio uerò, in aliquo.  
1 **A**gere & pati, recipiunt contraria.  
2 **A**gere & pati, suscipiunt magis & minus. De  
quando, ubi, situ, & habitu, cognoscimus per analogiam.  
De quibus consultè Aristoteles sermonem contraxit:  
quod sua uocabula uulgaria sunt, & nihil aut perparum  
ad philosophiā pertinentia, reliquorū autem plurimum.

CLICHT OVEVS.

**D**icibilia actionis & passionis, & si pro eadem 38  
re accipiuntur, diuersas tamen habent rationes  
& connotationes. Nam actionis dicibilia, des-  
notant aliquid esse ab aliquo. Vt calefactio à uerbo  
actuuo descendens, caliditatem esse ab igne aut calefa-  
ciente. Passionis uerò, denotant aliquid esse in aliquo. Vt  
calefactio à uerbo passiuo deductio, caliditatem esse in  
calefacto ut aqua. Sic generatio à genero, denotat formā  
quę generatur, esse ab aliquo puta generante. Sed gene-  
ratio à genero, eandem denotat esse in aliquo ut subie-  
cto. Et licet eadem uoce, sint actionis & passionis dicibi-  
lia, tamen significatione longè differunt: hęc enim passio-  
uē, illa actiue significant. Nonnulla etiam denominati-  
ua, uoce actiua, sed significatione passiuua sunt, ut uidere,  
uisionem in se recipere, intelligere, intellectionem senti-  
re, & cetera id genus uerba, quę sunt in genere passio-  
nis. Contrā, quaedam uoce passiuua, & significatione acti-  
ua sunt, ut operari, consolari, medicari, quę sunt in genes

re actionis. ¶ Sequentium deinde duarum actionis & passionis proprietatum prima, est quod dicibilia actionis inter se contraria sunt, itidem & passionis. Ut calefacere & refrigerare contrariantur: & caleferi & refrigerari. Neque idem calefacit & refrigerat eandem rem. Ut aqua tepida non calefacit manum frigidam, neque refrigerat calidam, sed utramque tepescit. At sicut tepiditas est remissa caliditas & remissa frigiditas in eodem subiecto, quæ non sunt qualitates contrariæ: ita tepescere, est remissè calefacere, & remissè refrigerare, quæ non sunt simpliciter contraria. Contrariantur autem intensè calefacere & intensè refrigerare: sicut intensa caliditas & intensa frigiditas. Hæc autem proprietates non conuenit omni, secare enim & percutere non habent contrarium, neque secari & percuti. Nec item soli conuenit, cum qualitati etiam competat: quare potius conuenientia quam proprietates censenda.

- 39 ¶ Secunda proprietates, dicibilia actionis & passionis suscipiunt magis & minus, id est prædicantur cum ad uerbis magis & minus. Ut ignis magis calefacit quam aer, aqua magis calefit quam aer: hæc quoque non omnibus conuenit, ut generare, corrumpere non suscipiunt magis & minus, neque generari & corrumpi. Nec solis, cum plerisque qualitatibus idem conueniat: conuenientia igitur dicenda est potius quam proprietates. ¶ De cæteris autem quatuor prædicamentis, ex his quæ in principio prædicamentorum diffinitionibus & exemplis declarata sunt, satis cognoscimus, quantum ad prædicamentorum agnitionem opus est. De illis enim Aristoteles sermonem contraxit, & breuiter determinationem egit: quia eorum dicibilia ad uulgarem usum potius conducunt quam ad disciplinas. Siquidem calceus, caliga, pileus, clypeus, torques; artis feruillis non alicuius disciplinæ uocabula sunt. Aliorum autem prædicamentorum uocabula, plurimum pertinent ad disciplinas: ut dicibilia actionis & passionis, ad philosophiam naturalem (quæ motus & mutationes considerat) spectant.

FABER.

**P**ostprædicamentum, est postprædicamentorum determinationem ab Aristotele traditum documentum.

¶ **O**pposita, dicuntur quæ simul de eodem & eodem modo verificari non possunt.

¶ **R**elatiuè opposita, sunt quæ oppositorum dicuntur, uel quomodolibet aliter ad aliud.

¶ **P**riuatiuè opposita, sunt habitus & priuatio, quæ habent fieri circa idem ordine irregressibili, & tēpore determinato à natura.

¶ **H**abitus positiuus, est terminus qui nullam negationem includit.

¶ **P**riuatio, terminus priuatiuus: & est, qui negationem includit priuantem.

¶ **N**egatio priuans, est quæ negatiuè aptitudinem importat.

¶ **P**riuatiuè opposita, priuatiuè opposita potentie: ad quæ priuatiuè opposita actus reducuntur, quæ sunt habitus & priuatio, quæ habent fieri circa idem ordine regressibili.

¶ **C**ontraria, sunt quæ sub eodem genere posita, maxime à se uicem distant, & eodem subiecto uicissim insunt, à quo mutuo se expellunt, nisi alterum eorum insit à natura. Et hæc maxime propriissimeque contraria sunt: per quorum analogiam cognoscuntur quæ aliorum magis, quæ minus sunt contraria.

CLICHTOVS.

¶ **S**icut documenta antepredicamentorum determinatio non posita, antepredicamenta dicta sunt: ita post exactam predicationem determinationem ab Aristotele, subiuncta documenta ad clariorem illorum cognitionem conducentia, 40

Postprædicamenta nuncupantur. Quorum primum est oppositio, nõ quidem propositionum, de qua in libro de enuntiatione futurus est sermo, sed terminorum & dicibilium prædicamentalium. Et uulgò terminorum oppositio uocatur: quæ nihil aliud est, quàm duo termini ad inuicem oppositi: sicut contrarietas dicibilium: duo dicibilia ad inuicem contraria. ¶ Itaq; opposita dicuntur (id est sunt dicibilia) quæ simul de eodem singulari & eodem modo (id est respectu eiusdem) uerificari non possunt, ut calidum & frigidum, uidens & cæcum, album non album: non possunt pro eodem tempore uerificari de eodem singulari. Dicitur est eodem modo, propter relatiuè opposita: quæ licet simul de eodem uerificantur, ut pater & filius de Ioanne, non tamen eodem modo & respectu eiusdem. Est enim Ioannes filius unius: & pater alterius: ut quatuor, dimidiũ est ad octo, & duplum ad duo. ¶ Relatiuè autem opposita duplicia sunt, scilicet communiter dicta, quæ in litera diffiniuntur per analogiam primæ diffinitionis ad aliquid, scilicet sunt dicibilia, quæ oppositorum dicuntur, id est uerificantur de seipsis cum genitiuo sui oppositi, uel quomolibet aliter ad aliud: hoc est uel cum aliquo obliquo, datiuo, accusatiuo aut ablatiuo. Ut pater est filij pater, album est albedine album, albedo est albi albedo. Relatiua autè æquiparantiæ quæ de seipsis cum suo ipsorum obliquo uerificantur, ut æquale, similes, non sunt relatiuè opposita. Neq; quidem æquale & inæquale sunt relatiuè opposita, quia non dicuntur ad inuicem relatiuè. Non enim æquali æquale est inæquale, sed conueniunt cum relatiuè oppositis: quia non dicuntur simul de eodem singulari respectu eiusdem, licet bene respectu diuersorum: & ergo reducuntur ad ea quæ proprie sunt relatiuè opposita. ¶ Quædam autem sunt relatiuè opposita propriè, & possunt diffiniri per analogiam secundæ diffinitionis ad aliquid: quod sunt opposita, quibus hoc ipsum est: est ad aliud quodam modo se habere: ut duplum & dimidium, pars & totum. Et hoc modo soli termini de genere ad aliquid sunt relatiuè oppositi: primo uerò modo etiã alij. Exemplũ de priuatiuè oppo-

fitis, ut uidens, cæcum: nã sunt habitus & priuatio (uidens enim, est habitus, cum sit terminus positiuus nullã negationem includens: cæcum uerò priuatio, & terminus priuatiuus) & habent fieri circa idem subiectum singulare, ad quod comparatur ordine irregressibili: cum per naturæ potentiam à cæcitate non sit regressus in uisum, & tempore determinato à natura: quod postremum adiectum est: quia catulus ante nonum diem nõ uidens, non est cæcus: cum non sit tempus à natura determinatum ut uideat. Si uerò post nonum diem nõ uideat, cum pro eo tempore natus sit uidere, cæcus est dicendus. Habitus autem, ut ad priuationem refertur, est terminus positiuus & affirmatiuus, nullã negationem includens, ut uidens, audiens: cum naturalem connotat uidendi & audiendi potentiam & non actum. Priuatio autem terminus est priuatiuus, & qui negationem priuantem includit: ut cæcum, surdum, edentulum. Negatio autem priuans, est quæ negat potentiam, sed eius relinquit aptitudinem: ut cæcum quod non uidet, natum tamen est uidere: surdum quod non audit, audire tamen natum est. ¶ Et prædicta diffinitio datur de priuatiuè oppositis potentia, quæ negant potentiam, sed relinquunt aptitudinem. Ut cæcum quod natura non potest uidere, tamẽ natũ est uidere. Præter quæ sunt priuatiuè opposita actus per analogiam oppositi sub illis intelligenda, ut sunt sonorum & silens, luminosum & tenebrosum: sunt enim habitus & priuatio: cum sonorum & luminosum sint habitus: silens & tenebrosum priuatio: & habent fieri circa idem subiectum, scilicet aërem: ordine tñ regressibili: nam ut ex sonoro fit aër silens: ita ex silente cõtrã fit sonor: & sicut ex luminoso fit tenebrosus: ita ex tenebroso rursus fit luminosus. Siquidẽ hmõi priuatiua solũ actũ negat, & negati potentiam important, ut silens, quod non est, sed potest esse sonorum: tenebrosum quod nõ est, sed potest esse luminosum. Contrariorum autem diffinitio, in logica logicè de dicibilibus intelligeda est, & in physica physice de rebus. ¶ Neq; hic omnia dicibilia cõtraria, sed simpliciter & maximè contraria, diffiniuntur: quod sub eo-



dem genere posita sint, id est sub uno prædicamento, eodem penes abstractum & concretum. Ut album & nigrum sub colorato: albedo & nigredo sub colore. Si enim unum contrariorum fuerit quale, & reliquum erit quale: & si unum est qualitas, reliquum itidem est qualitas: maximè à se inuicem distant, hoc est connotant formas maximè adinuicem repugnantes & differentes. Ut maximè calidum & maximè frigidum, maximè natura album, & maximè nigrum. Eisdem susceptibili uicissim insunt, hoc est successiue uerificantur de eodem termino singulari. Ut hæc aqua primo calida & deinde frigida est, hic paries modo albus est & modo niger, à quo (eodem susceptibili) mutuo se expellunt: non enim possunt simul de eodem singulari uerificari: nisi alterum insit à natura, hoc est nisi alterum eorum fuerit accidens inseparabile, naturæ alteri subiecto conueniens. Susceptibili enim talis contrarij non oportet contraria uicissim inesse, ut calidum igni, album niui. Et cum Philosophus more suo per ea quæ sunt maximè talia, declarat illa, quæ magis & quæ minus sunt talia: per maximè contraria & simpliciter, ostendit quæ aliorum magis, quæ se minus sunt contraria. Diffiniuntur enim contraria non simpliciter, quòd sunt ea, quæ sub eodem genere posita à se inuicem distant, eidem susceptibili uicissim insunt, à quo mutuo se expellunt, nisi alterum insit à natura. Et magis contraria, sunt quæ maximè contrarijs, propinquiora sunt: minus contraria uerò, quæ à maximè contrarijs sunt distantiora & remotiora.

## FABER,

¶ Contraria immediata, sunt quorum necesse est alterum suo proprio susceptibili inesse.

¶ Et proprium susceptibile, est de quo disiectum ex ipsis uniuersaliter uerificatur.

¶ Contraria mediata, sunt quorum non necesse est alterum suo proprio susceptibili inesse. Quæ si medium habent

nominatum, medijs nominati contraria dicuntur. Si uerò solum utriusque ipsorum contrariorum negatione medium nominatum habent, dicuntur medijs innominati.

¶ Contradictoria, sunt opposita, quæ subiacent affirmationi & negationi. Ea uerò sunt termini ad inuicem finitus & infinitus.

¶ Sunt præterea disparata, quæ non multum opposita uocari consueuerunt, quæ cum aliquo prædictorum modorum non sunt opposita, simul tamen de eodem non sunt uerificabilia.

## ¶ Proprietates.

1 ¶ Bonum, semper contrariatur malo, sed malum aliquando bono, & aliquando malo contrariatur.

2 ¶ Non necesse est, si unum contrariorum actu sit, alterum actu esse.

3 ¶ Impossibile est contraria simul eidem inesse.

4 ¶ Contraria, habent fieri circa idem genere aut speciem.

5 ¶ Contraria, aut sunt sub eodem genere propinqua, aut in contrarijs generibus, aut sunt contraria genera.

## CLICHTOUEVS.

¶ De contrarijs immediatis, ut sanum & ægrum ad animam: necesse enim est eorum alterum cuiunque animalis singulari inesse, cum, quocumque assignato animalis, uerè de eo dicatur, quòd sanum est uel ægrum, neque possit reperiri animal neque sanum neque ægrum. Si uero quidem prædictorum contradictoriorum, animal est proprium susceptibile: nam disiectum ex ipsis, de illo uniuersaliter uerificatur. Omne enim animal aut est sanum aut ægrum, sicut omnis numerus est par uel impar. Exemplum de contrarijs mediatis, ut album & nigrum respectu animalis. Non enim oportet quocumque monstrato animali, ipsum esse aut album aut nigrum: quoniam nihil

prohibet animal esse fuluū aut flauum. Neq; omne quidem animal, est album aut nigrū. Sic iustum & iniustum ad hominem: nam non omnis homo iustus est aut iniustus, cum puer neq; iustus sit neq; iniustus. ¶ Et hæc duplicia sunt, quædam medij nominati, quæ medium affirmatiuo & positiuo nomine habent nominatum: ut albū & nigrum habent media flauum, fuscum, purpureum, puniceum: calidum & frigidum habet medium, tepidū. Alia medij innominati, quæ medium solum utriusq; extremorum negatione nominatum habent: ut interiusū & iniustus, est medium, scilicet neq; iustum neq; iniustū. Inter bonum & malum est medium (quod uocant per abnegationem utriusq; extremi) neq; bonum neq; malū: ut puer modo natus & ratione nondum utens. Deinde diffiniuntur contradictoria incomplexa (nam de complexis in libro de enuntiatione est agendum) quod sunt dicibilia, quæ subiacent affirmationi & negationi. Quæ subiacent affirmationi, termini sunt finiti: quæ uerò subiacent negationi, sunt termini infiniti. Quare cōtradictoria, sunt adinuicem termini finitis & infinitis: ut homo, non homo: equus, non equus. ¶ Et hæc opposita in omni prædicamento reperiuntur: nā cuiuslibet dicibili finito, si negatio infinitans præponatur, protinus fiet terminus infinitus & cōtradictorius. In substantia: ut homo, non homo. In quantitate: ut linea, non linea. In adaliq; ut pater, non pater. In qualitate: ut album, non album: & ita de cæteris tam denominatiuis quàm denominantibus. Et sunt p accidens termini infiniti, in prædicamento sui termini finiti. Negatio enim ad affirmationem reducit, sicut & priuatiui termini, sunt p accidens in prædicamento sui termini positiui: ut cæcum & surdum: in secunda specie qualitatis, quemadmodum uidens & audiens. Nudum, per accidens in prædicamento habitus, quem admodum uestitum. Relatiuè uerò opposita, in prædicamento ad aliquid. Et contraria potissimum in genere qualitatis inueniuntur. ¶ Disparata uerò, quæ Philosophus extranea siue repugnantia uocat: nō sunt proprie opposita, neq; relatiua, neq; priuatiua, neq; contras-

ria, neq; contradictoria. Et si interdum opposita uocentur: oppositorum nomē cōmuniter sumitur, ut etiam disparata complectatur. Eorum autem natura est, quod si malum de eodem singulari non sunt uerificabilia: sed cū unū affirmatur, protinus alterū negatur: quare neq; de se inuicem uel particulariter uerificari possunt: sed uniuersaliter de se inuicē negātur. Ut homo & equus: nullus enim homo est equus, & nullus equus est homo. Sic stans & sedens quæ mediante copula de præsentī, non possunt de eodē uerificari, licet mediante copula altera ut de præterito, futuro, aut possibili de eodē uerificari possunt. Id autem minimè diffinitioni repugnantium obuiat. ¶ Deum, quinq; subnectuntur contrariorum proprietates, quæ dantur indifferenter de omnibus cōtrarijs, tam simpliciter quàm secundum quid. Contraria simpliciter, & maximè contraria, idem. Contraria secundum quid, nō maximè contraria, nam Philosophus diffiniendo maximè contraria, de æquiualerē & diffinitionem contrariorum secundum quid, per solam huius particulæ maximè ablationem, diffiniendorum. ¶ Primæ proprietatis exemplum: ut sanitas bonum, contrariatur ægritudine ni malo, ut extremū extremo. Liberalitas autem bonū, contrariatur prodigalitati malo, ut mediū extremo, neq; unq; bono, contrarium est bonum: nam omne bonum, bono consonat: sicut uerū uero. Prodigalitas autem malum, contrariatur liberalitati bono, ut extremū medio. & eadem prodigalitas cōtrariatur illiberalitati siue auaritiæ malo, ut extremum extremo. Malum enim non modo à bono, sed etiam à malo discrepat: ut falsum à falso. ¶ Secunda proprietas, de contrarijs dicibilibus intelligenda est, quorum si unum pro aliquo accipiatur, non oportet alterū pro aliquo accipi: ut si omnis homo esset bonus, nullum esset malum: uelut si omne animal esset sanum, nihil esset ægrū. Si enim omnia in sua essent harmonia constituta, sola esset affirmatio, negatio uerò nulla. Contrarium autem actu esse, est ipsum pro eo quod est, accipi. ¶ Tertia proprietas est dignitas in Logica, in qua inesse eidem simul, Logicè accipitur: ut est simul

de eodem singulari uerificari, & est intelligenda sic. Imo possibile est contraria simpliciter & maximè talia, uerificari simul, & pro eodem tempore, de eodem singulari: ut quòd idem homo simul sit calidus & frigidus, albus & niger: si enim unum inest, protinus alterum negabitur p eodem tempore. ¶ Quarta proprietatis intelligitur, quòd 4

contraria interdum uerificantur de ijs, quæ sunt eadem genere solū, non specie: ut album & nigrum, de coruo & niue: quæ genere, & non specie sunt eadem. Interdū habet fieri circa eadem specie, & nō circa idem genere solū: ut iustum & iniustum, circa Ioannem & Petrum, & dū taxat circa homines. Interdum uerò circa idem genere & specie: ut calidum & frigidum, circa Ioānem & Petrum, quæ eadem sunt specie: & præterea, circa aquam & aërē,

50 quæ solum genere sunt eadem. ¶ Et si quis sciscitetur, an contraria habent fieri circa idem numero: Respondendum est, si alterum non inest à natura, ipsa quidem fieri circa idem numero. Nam ut contrariorum diffinitio mōstrat: eisdē susceptibili uicissim insunt: ut sanū & ægrum, circa Ioannem. Si uerò alterum inest à natura, non possunt fieri circa idem numero. Nam alterum eidem nō pōt inesse: ut si naturalis potentia aut impotentia cuiquam adest (illa enim propriè & secundum Philosophi intelligentiam à natura insunt) non potest altera ei contraria,

51 eidem inesse. ¶ Sunt enim nonnullæ naturales potentia: & impotentia, uera in anima accidētia, & dispositiones adinuicem contraria: sicut albedo & nigredo. Vt si cui adest ingeniositas (quæ bona est animi ad disciplinas resctē capeffendas dispositio) ei non potest adeste obrusitas. Et si adest naturalis ad temperantiam inclinatio, quæ accidentaria est animi affectio: inquam eidem potest adeste naturalis inclinatio ad uitium, illi contraria. ¶ Quintæ proprietatis exemplum: ut albedo & nigredo sunt sub eodem genere propinquo, scilicet color. Temperantia autem & intemperantia, in contrarijs generibus propinquis: nam temperantia sub uirtute, & intemperantia sub uitio ponitur. Virtus autem & uitium, sunt genera contraria, & præterea sunt sub eodem genere remoto, & sub

habitu, & sub contrarijs generibus propinquis. Nam uirtus sub bono, & uitium sub malo (quæ contraria sunt genera) ponuntur.

## De Priore.

## FABER.

**P**rius primo modo, est prius secundum tempus. Secundo modo, natura: & est à quo non conuertitur subsistendi consequentia. Tertio modo, ordine. Quarto, perfectione. Quinto, causa. Et tot modis dicitur Posteriorius.

## De Simul.

**S**imul primo modo sunt simul tempore, quorum neutrum alterum tempore præcessit. Secundo modo, quæ conuertuntur secundum subsistendi consequentia, & neutrum est alterius causa. Tertio modo, quæ aliquod genus ex opposito conuident.

## CLICHTOUEVS.

¶ Prius primo modo & secundum tempus, est quod alterum duratiōe præcedit. Vt æterna, priora sunt nō æternis duratione. Et quinquaginta annos natus, est prior eo, qui tantum habet decem annos. ¶ Prius secundo modo & natura, est dicibile, à quo non conuertitur subsistendi consequentia, id est terminus qui in subsistendi consequentia in consequente ponitur, sed non in antecedente. Vt animal, est prior sua specie homo, si enim homo est, animal est; non tamen contrà sequitur, si animal est, homo est. & omne superius est hoc modo prius suo inferiori. Nam ab inferiori ad superius, bona est subsistendi consequentia: non autem contrà, à superiori ad inferiorius. ¶ Tertio modo prius, est quod alterum ordine 52 præcedit. Aliquis autem ordo est doctrinæ, quo illud per quod alterum cognoscitur, prius est eo quod ipsam

cognoscitur. Vt principia hoc modo, priora sunt conclusionibus. Nam per principia, conclusiones cognosci naturae sunt. Alius est ordo naturae: quo perfectiora sunt priora. Vt substantia, accidere. Et simpliciora, priora compositis: ut litterae, syllabis: & syllabarum dictionibus: & dictiones orationibus. Et haec etiam ordine doctrinae priora sunt. Nam ex simpliciorum & partium cognitione, in disciplinis ad totius cognitionem recte proceditur, ut in logica, prius quid nomen, quid uerbum, quid subiectum, quid praedicatum: deinde, quid propositio sit, cognoscitur. Tertius est ordo situs, quo secundum loci situm aliquibus seriatim stantibus: primus est prior secundo: & secundus, tertio. Et de quolibet istorum ordinum, hic tertius modus prioris intelligitur. ¶ Prius quarto modo, est quod altero perfectius est & dignius. Vt homo brutis, anima corpore, praceptor discipulo; pater filio, rex subditis, & pontifex summus, minoribus praelatis. ¶ Prius quinto modo, est quod alterius est causa: siue materia, siue forma, siue efficiens, siue finis: ut lux hoc modo est prior lumine. Est enim lux causa efficiens luminis. non autem primo modo: quia non tempore praecedit, quamuis natura, neque secundo, quia sicut si lumen est, lux est. Ita si lux est lumene est, in hoc mundo sensibili: sed tertio modo, lux est prior lumine: quia scilicet ordine naturae. Itē & quarto modo scilicet perfectione. Est enim lux ut ueritas, & lumen ut eius imago. ¶ Posterius quod est re latiuē oppositum priori, tot modis dicitur ut prius. Nam oppositorum eadem est disciplina: & quot modis dicitur unum oppositorum, tot modis & reliquum. Et debent referri modi posterioris, ad cōsimiles modos prioris, quibus scilicet opponuntur. Posterius primo: est posterius tempore, ut mortalia immortalibus, non aeterna aeternis. Posterius secundo, id est natura: est ad quod alterum sequitur in subsistendi consequentia: sed non ediuerso. Vt species homo: hoc modo posterior est, suo genere animal. Posterius tertio, est posterius ordine: siue doctrinae. Vt conclusiones principijs: siue naturae, ut totius partibus, & accidens substantia: siue situs, ut secundus primo. Pos-

terius quarto est posterius perfectione: ut filius patre, praelatus pontifice. Posterius quinto, quod est effectus, ut lumen posterius est luce. ¶ Et hi modi prioris, his uersibus pro memoria continentur.

Tempore, Natura, prius Ordine, dic & Honore.

Causam causato, dicimus esse prius.

¶ De Simul.

¶ Simul autem, tres habet modos, id est significationes. Simul primo modo, dicuntur quae sunt simul tempore, ut duo gemelli dicuntur simul nati. Sub hoc modo comprehenduntur simul loco, ut quae sunt in eodem loco. Vt homines simul habitant, id est in eadem domo. ¶ Simul secundo modo dicuntur relatiuum & correlatiuum. Vt dominus & seruus: conuertunt enim secundum subsistendi consequentiam, nam si dominus est, seruus est: & contra si seruus est, dominus est, & neutrum est causa alterius, cum non apte respondeat ad quae sitiuum quare, de altero. Si enim quæretur, quare dominus est: non apte responderetur, quia seruus est: sed potius quia homo, habens alterum suo seruitio subditum, est. ¶ Simul tertio, dicuntur membra diuidentia eiusdem generis, Vt homo & brutum, diuidunt hoc genus animal, quare hoc modo sunt simul. Et hic modus in omni praedicamento reperitur. In praedicamento substantiae datus est exemplum. In praedicamento quantitatis. ut quantitas, aliud continuum, aliud discretum: continuum & discretum, sunt hoc tertio modo simul. In praedicamento qualitatis quatuor qualitatis species, sunt simul tertio modo. In praedicamento actionis, mutatio ad substantiam, ad quantitatē, ad qualitatem, ad ubi, diuidunt hoc genus actio: quare sunt hoc modo simul. ¶ Et dicitur simul relatiuē ad alterum, quod est simul; sicut simile ad simile. Est enim simul relatiuum aequiparantia: quare in plurali numero potius diffinitur.

## De Motu.

FABER.

**M**oueo, motus, ago, actio, moueor, motus, patior, passio, motus, mutatio.

Generatio, est mutatio de non esse ad esse.

Corruptio, est mutatio de esse ad non esse.

Augmentatio, est de minori quantitate ad maiorem mutatione.

Diminutio, à maiori ad minorem mutatio.

Alteratio, ad qualitatem, aut à qualitate mutatio.

Mutatio secundum locum, est ad locum, aut circa locum mutatio.

## De Habere.

Primo modo, aliquid dicitur habere qualitatem.

Secundo modo, quantitatem.

Tertio modo, aliquid circa corpus.

Quarto, dicitur habere membrum.

Quinto, continens contentum.

Sexto, possessionem.

Septimo, virum aut uxorem.

## CLICHTOVS.

¶ Motus, uocabulum est anceps & indifferens. Nam cum descendit à moueo, actiue significat. & idem est quod actio, cum uerò à moueor, passiuè. & idem est quod passio. Verbalia siquidem in rus & in tio, modo actionem, modo passionem significant: itaque moueo & ago, sunt synonyma & denominatiua predicamenti actionis. Motus, ut à moueo uenit, & actio sunt synonyma, sed denominantia, sic moueor & patior, synonyma sunt & denominatiua predicamenti passionis. Motus uerò descendit à moueor & passio, sunt synonyma & denominantia eiusdem predicamenti. Mutatio etiam x quiuocū est uocabulum; nam à uerbo muto descendens, est actio, à uerbo mutor, est passio; sic & de sex speciebus eius. ¶ De generatione exemplum. Vt si stipula cōburatur aut lignū: ibi est generatio ignis. Nā est mutatio de non esse ignis ad eius esse. Similiter si ex femine oliuæ fit oliua; ibi est generatio; nam est muta-

tio de nō esse oliuæ ad oliuæ esse. ¶ De corruptione exemplū. Vt in priori exemplo est mutatio de esse itappæ ad eius nō esse. In secūdo exemplo, est mutatio de esse seminis oliuæ ad eius nō esse. ¶ De augmentatione. Vt cum paruus admodum puer, in magnū excreuit uirum; aut plantula in procerā arborem. ¶ De diminutione: ut si qs morbo confectus extenuetur corpore; & minorū corporis molem exilioraq; membra habeat: ibi est diminutio. ¶ Alterationis autē sex sunt modi. Primus, de contrario in contrarium: ut cū quid ex albo fit nigrū. Secundus, ex contrario in medium: ut cum ex albo fit paniceū. Tertius, ex medio in contrarium: ut cum ex puniceo fit album. Quartus, ex medio in medium: ut cū ex puniceo fit rubicundū. Quintus, ex habitu in priuationem: ut cum ex luminoso fit tenebrosum. Sextus ex priuatione in habitū: ut cum ex tenebroso fit luminosum. Duobus postremis modis, à qualitate solū aut ad qualitatem solum fit alteratio. Alijs uerò quatuor prioribus modis, à qualitate & ad qualitatem fit alteratio. Vocabula artis horū sex modorū, contrarium, contrarium, contrarium, medium, medium, contrariū, medium, mediū, habitus, priuatio, priuatio, habitus. Motus secundū locum, est ad locum aut circa locum mutatio. Ad locum quidē dicitur, propter motus rectos, siue sint à medio, ut motus sursum; siue ad medium, ut motus deorsum. Circa locum additur, propter motum circularem, qui fit circa medium, sed latior de huiusmodi speciebus determinatio pertinet ad philosophum naturalem. ¶ Motus autem motui contrariatur, ut generatio corruptioni, augmentatio diminutioni contrariatur; & alteratio alterationi, ut calefactioni frigefactio, albefactioni nigrefactio, dulcorationi amaricatio, motus sursum motui deorsum, ut motus lapidis sursum, opponitur lapidis motui deorsum. sic generalia generalibus, & specialibus specialia conferendo. Quies autem motui priuatiue opponitur. Vt quies à generatione, opponitur generatio ni; sic corruptio, ipsi quieti à corruptione, augmentatio, ipsi quieti ab augmentatione, diminutio, ipsi

quieti à diminutione. alteratio, quieti ab alteratione. mutatio secundum locum, quieti à motu locali. sunt autem motus & sua quietes priuatiuè opposita actus & non potentia. ¶ Habere primo, est habere qualitatem. ut habitum aut dispositionem, naturalem potentiam aut impotentiam, passionem aut passibilem qualitatem, formam aut circa hoc aliquid cōstantem figuram. Et per hoc uerbum habere circumloquimur omnium prædicamentorum denominatiua ubi nomina desunt, ut habere grāmaticā, est esse grammaticum: habere albedinem, est esse album. ¶ Habere secundo, est habere quātitatem: ut bicubitam, tricubitam, bipedalem, tripedalem. Et idem est esse bicubitū, tricubitum, bipedale, tripedale. ¶ Habere tertio, est habere aliquid circa corpus: ut tunicam, pileum, calceū. Et hic modus respicit ultimum prædicamentum, cuius habito principali, siue dominante, circumloquimur per hoc uerbum habere eius denominatiua. ut habituum tum nō aptè dicimus, sed aptius, habere habitū. ¶ Habere quarto, est habere membrum: ut manum & pedē, hæc autem nomina partium integralium ab Aristotele absolute capiuntur. Vt partes scilicet significant, sed non desinent esse partes. & ergo sunt in prædicamento substantia. Et hic modus conducit ad denominatiua huiusmodi terminorum prædicamenti substantia explicanda. ¶ Habere quinto, est habere contentum. Vt tempus, res quæ sunt in tempore, locus res quæ sunt in loco, & situm rei contentæ. Et ergo respicit dicibilia trium prædicamentorum hic modus scilicet quando, ubi, & positiois. ¶ Habere sexto, est habere possessionem. ut domum uel agrū. At quia possessio est possidentis possessio, & possidens est rei possessæ possidens: hæc significatio respicit ad aliquid, & eius dicibilia specialiter explicat. ¶ Habere septimo, est habere uxorem: & hic modus specialem denotat rationem ad aliquid. Vxor enim ad uirum refertur, & contrā uir ad uxorem. Actionis autē & passionis dicibilia, quæ sunt species motus, reducuntur ad substantiam, qualitatem, quantitatem, aut ubi, nā ad illa quatuor prædicamenta, tantum est motus.

## Ars Enuntiationum.

## DIVISIONES.

¶ Vox,	Indicatiua.	Simplex.
Oppositio.	Nō indicatiua.	Per accidens.
Aequipollētia.	¶ Indicatiua,	Per contrapositionem.
Conuersio.	Categorica.	¶ Propositio hypothetica,
Propositio hypothetica.	Hypothetica.	Conditionalis.
Consequentiā.	¶ Categorica,	Copulatiua.
Propositio de modo.	Affirmatiua.	Distributiua.
¶ Vox,	Negatiua.	Vera.
Significatiua.	Vniuersalis.	Falsa.
Cōsignificatiua	Particularis.	Regulæ.
Non significatiua.	Indefinita.	¶ Oppositio,
¶ Vox significatiua,	Singularis.	Bona.
Ad placitum,	¶ Oppositio,	Mala.
Naturaliter.	De forma.	¶ Bona,
¶ Ad placitum,	De lege.	Materialis.
Incomplexa.	Contrariæ.	Formalis.
Complexa.	Subcontrariæ.	Regulæ.
¶ Incomplexa,	Cōtradictoriæ.	¶ Propositio modalis,
Nomen.	Subalternæ.	Composita.
Verbum.	Cōtradictoriæ communes.	Diuisa.
Nomē obliquū	Cōtradictoriæ singulares.	¶ Composita,
Verbū obliquū.	Lex propositiois nū oppositarū.	Possibile.
Iis æquiualens.	Aequipollētix.	Contingens.
¶ Complexa,	Contrariarum.	Impossibile.
Perfecta.	Cōtradictoriarum.	Necessæ.
Imperfecta.	Subalternarū.	¶ Oppositio.
¶ Perfecta,	¶ Conuersio,	Aequipollētia,
		Conuersio.

FABER.

¶ Vid vox, vox significatiua, non significatiua, ad placitum, naturaliter, incomplexa, complexa & res

liqua, fer me vsque ad oppositionem nota esse possunt.  
Aliquid, aliquid aut aliqua.

## CLICHT OVEVS.

**I**N hac formula artis Enuntiationum, septē uo-  
cabula in principio posita, communiter ea com-  
prehendunt, quæ in præsentī introductiōe de-  
terminanda suscipiuntur: & eorū singula, dein  
de seriatim diuiduntur. Primo siquidem, de Voce & spe-  
ciebus eius fiet determinatio. Secūdo, de Oppositionē.  
Tertio, de Aequipollentia. Quarto, de Cōuersiōe. Quin-  
to, de Propositione hypothetica. Sexto, de Consequen-  
tia. Septio, de propositiōe de modo, siue modali. ¶ Vox  
diuiditur in uocem significatiuam, siue categorematicā,  
consignificatiuam, siue syncategorematicam, & non signi-  
ficatiuā, uel acategorematicā. Vox significatiua, in signifi-  
catiuam ad placitū, & naturaliter. Ad placitum, in com-  
plexam & incomplexam. Incomplexa, in nomen rectū  
scilicet, uerbum scilicet rectum: nomen obliquū, uerbū  
obliquū, & his æqualēs: ut participiū, pronomē relatiuū,  
& pronomē demonstratiuū fungūnt officio nominū, & cōsen-  
tur logicorum sententia esse nomina. Sunt enim significa-  
tiua, cum à suo antecedente aut re demonstrata significa-  
tionem suam accipiant. Vox complexa siue oratio, diui-  
ditur in perfectam & imperfectā. Perfecta, in orationē  
perfectam indicatiuam siue propositionem, & in nō indi-  
catiuam. Oratio perfecta indicatiua siue propositio, diui-  
ditur in enuntiationem categoricam, & hypotheticam.  
Categorica in affirmatiuam & negatiuam. Item in unī-  
uersalem, particularem indefinitam, & singularem. ¶ Se-  
cundo, Oppositio diuiditur in oppositas de forma, quæ  
sunt disciplinarū, & in oppositas de lege, quæ sunt sophi-  
starū. Præterea in cōtrarias, subcontrarias, cōtradictō-  
rias, subalternas: tū de forma, tū de lege. Cōtradictōria,  
diuiduntur in cōtradictōrias communes, & singulares.  
Post quorum omnium determinationem, tractatur de le-  
gibus propositionum oppositarū suo ordine. ¶ Tertio,  
Aequipollētia diducit̃ in æquipollētū propositionū, cō-

trariarū, cōtradictōriarū, & subalternarū, nam subcon-  
trariarū nō sunt æquipollētice. ¶ Quarto, Cōuersio di-  
uiditur in cōuersionem simplicem, per accidens & per  
contradictionem. ¶ Quinto, propositio hypothetica di-  
uiditur in conditionalem, copulatiuam, disiuctiuam, ue-  
ram, & falsam. hoc est conditionalem ueram & falsam, co-  
pulatiuam ueram & falsam, itidem & disiuctiuā. Deinde  
de regulæ propositionum hypotheticarum ponuntur,  
¶ Sexto, Consequentia diducitur in bonam consequen-  
tiam & malam. Bona consequentia, in materialem diui-  
ditur, & formalem. Deinde ponuntur regulæ consequen-  
tiarum. ¶ Postremo, propositio Modalis diuiditur in cō-  
positā & diuisam. Cōposita uerō, quædam est de possibili,  
quædam de contingenti, quædam de impossibili, quæ-  
dam de necessario: sic & modalis diuisa in quatuor diui-  
ditur membra. Deniq; in calce huius introductionis, do-  
cebitur oppositio, æquipollentia, & conuersio proposi-  
tionū modalium, tam compositarum, quàm diuisarum.  
¶ QVAVNIS AVTEM EX PETRI Hispa<sup>2</sup>  
ni primo tractatu quid sit uox, quid uox significatiua &  
cætera, usque ad oppositionē, nota esse possunt: eorū ta-  
men diffinitiones hic introductionis modo, paucis per-  
stringere operæ pretiū uisum est. Vox igitur, sonus est ab  
ore animalis prolatus, & naturalibus instrumentis for-  
matus. Sonus, est sensibile propriū, ab auditu per se per-  
ceptibile, sensibile proprium, est quod tantum uno sensu  
exteriori percipitur, ut color uisu, sonus auditu. Id per  
se percipitur, quod suam in sensu specię efformat, ut co-  
lor suā similitudinē imprimi in oculo, perinde atq; quis  
astās speculo, suā in eo causat imaginē. Naturalia instru-  
menta, sunt corporis partes ad formandam uocem à na-  
tura ordinatæ. ut guttur, lingua, palatum, quatuor den-  
tes & duo labia. ¶ Vox significatiua, est quæ intellectui  
humano aliquid repræsentat: ut cū auditu pcepta fuerit,  
aīo nostro aliquid præter seipsam obijciat & offerat, ut  
homo, equus. In hac aut diffinitione, aliqd indifferēter se-  
cūdū numerū sumitur, æquē significans atq; aliquid, uel  
aliqua. ¶ Vox cōsignificatiua, est quæ solū aliqualiter,

ut uniuersaliter, particulariter, negatiuè, copulatiuè significat, ut omnis, quidam, nullus, & uel. ¶ Vox non significatiua, est quæ intellectu humano nihil profus representat: hoc est quæ neq; aliquid significat, neq; aliqua liter: ut *buf, bas*. Eadem est quæ neq; significatiua est, neq; consignificatiua. ¶ Vox significatiua ad placitū, est quæ ad uoluntatem, impositionēq; primi instituentis aliquid significat, ut *homo*. Et hæc non apud omnes homines idem significat. ¶ Vox significatiua naturaliter, est quæ apud omnes homines idem representat: scilicet natura, lem aliquam passionem & affectionem, animæ, ut *risus, gaudium, gemitus, dolorem*. ¶ Vox ad placitum incomplexa, est quæ ex pluribus non constituitur dictionibus, ut *homo*. ¶ Complexa uerò, quæ ex pluribus dictionibus est constituta, ut *homo albus*. ¶ Nomen, est uox significatiua ad placitum, sine tempore, cuius nulla pars separata aliquid significat, finita & recta: ut *hō*. Sine tpe significare, est præter principale significatū nullam temporis differentiam determinatè importare, ut *equus, annus, dies*. Vox cuius nulla pars separata aliquid significat, uox incomplexa, idem. Vox finita, est uox cui non præponitur negatio infinitans, ut *homo*. Infinita uerò, cui præponitur negatio infinitans, ut non *homo*. Vox recta in hac diffinitione, est quæ est nominatiui casus, ut *homo, homines*. ¶ Verbum, est uox significatiua ad placitum cum tempore, cuius nulla pars separata aliquid significat, finita & recta: ut *currit*. Significare autem cum tempore, est præter principale significatum aliquam temporis differentiam importare: ut *currit, tempus præsens, cucurrit, præteritum; & curret, futurum*. Vox recta in uerbis dicitur, quæ & præsentis est temporis & indicatiui modi, ut *sedet, ambulat*. ¶ Nomen obliquum, est quod alterius est quàm nominatiui casus, ut *hominis*. ¶ Verbum obliquum, est quod non est præsentis temporis indicatiui modi, ut *currā, curre, cucurrero*. ¶ His xqui ualens, est quod eandem cum nomine & uerbo naturam habet & significationem, ut *pronomen, uerbum imperfonale, & participium, ut ille currens, curritur*. Nam de

xquiualentibus, idem est iudicium. ¶ Vox complexa, oratio, idem: & est oratio, uox significatiua ad placitum, cuius partes separatè aliquid significat, ut *hō albus*, uox cuius partes separatæ aliqd significant, uox complexa, idem. Vox complexa perfecta, siue oratio perfecta, est quæ perfectam sententiam efficit in animo audientis, ut quæ ex uerbo non infinitiuo constituitur, ut *homo sedet*. ¶ Vox complexa imperfecta, siue oratio imperfecta, est quæ non efficit perfectam sententiam in animo audientis, ut *homo sedens*. ¶ Oratio indicatiua, est oratio perfecta ex uerbo indicatiui modi constituta, ut *homo est sedens*. Oratio indicatiua, enunciatio, propositio, idem. Quare eadem diffinitur, quòd est oratio uerum uel falsum significans, ex uerbo indicatiuo composita, ut *uirgo miserere mei, miserere meorum*. Oratio indicatiua categorica, siue propositio categorica, est propositio habens subiectum, prædicatum & copulam, partes principales sui, ut *homo est animal*. Subiectum est propositionis extremum de quo aliud extremum dicitur. Dicitur, prædicari, idem. prædicatum, est propositionis extremum, quod de altero dicitur extremo. Extremum, subiectum, uel prædicatum. Copula, est uerbum substantiuum, subiectum prædicato connectens, ut *datæ propositionis terminus homo, est subiectum: animal prædicatum; & uerbum est copula*. Partes principales, partes propinquæ, partes immediatæ, quæ totius solum partes sunt, & non partium partes. ¶ Quid sit propositio hypothetica, postèrius dicetur suo loco. ¶ Propositio uniuersalis, est propositio categorica: cuius subiectum est terminus communis cum signo uniuersali sumptus, ut *omnis homo est animal*. ¶ Propositio particularis, est propositio categorica, cuius subiectum est terminus communis, sumptus cum signo particulari: ut *quidam homo est animal*. ¶ Indefinita, est propositio categorica, cuius subiectum est terminus communis sine signo uniuersali aut particulari sumptus, ut *homo est animal*. Signa uniuersalia, ois, nullus, uterq; neuter, & consimilia. Signa particularia sunt, aliquis, quidam, alter, reliquus & similia. Autores



enim, syncategoremata non diffiniunt, sed ea tantum enu-  
merant. ¶ Propositio singularis, est propositio categori-  
ca, cuius subiectum est terminus singularis: siue ex impo-  
sitiōe, ut Sortes est animal: siue ex d. mōstratione, ut iste  
homo est animal. ¶ Propositio affirmatiua, est propositio  
categorica, cuius pr. d. catum affirmatur de subiecto:  
hoc est quando super copulam principalem non cadit neg-  
gatio, ut homo est animal. Propositio negatiua, est pro-  
positio categorica, cuius pr. d. catum negatur de subie-  
cto: siue in qua ponitur negatio cadens super copulam  
principalem, ut homo non est animal. Pr. d. catum autē  
diffinitionum exercitatio & promptitudo, facile compa-  
rabitur, si tribus propositionibus quæ sitiuus, quæ, qualis,  
& quanta: de qualibet proposita propositione fiat inter-  
rogatio. Per quæ sitiuum quæ, an categorica sit, an hypo-  
thetica. Per qualis, an affirmatiua uel negatiua: Per quā-  
ta, an uniuersalis, particularis, indefinita, uel singularis:  
& unicuique responsioni sua subiungatur ratio: propriasque  
eius quod respondetur diffinitio. Sed nunc ad literam  
accedamus.

## FABER.

¶ Vox significatiua, vox categorematica: & est quæ ali-  
quid aut aliqua significat: ut nomen, uerbum, nomen obli-  
quum, uerbum obliquum: & æquivalentia.

¶ Vox consignificatiua, vox syncategorematica: & est  
quæ cum non significet aliquid aut aliqua, cum signifi-  
catus tamen in oratione positus locum habet, ut plerumque  
aduerbia, coniunctiones, prepositiones, interiectiones.

¶ Per uoces in analogia & proportionem, scripturas & cō-  
ceptus, hoc est notiones anime intelligimus.

¶ Que propria sunt, autores considerant: que autem im-  
propria sunt, reiciunt. Et proinde cum dicitur vox in cō-  
plexa, intelligitur vox incomplexa propria: & vox com-  
plexa, vox complexa propria: & unumquodque aliorum

similiter. Et est propria, quando est non nominis tan-  
tum, neque rei tantum, sed nominis & rei simul. Rei si-  
gnificationis.

¶ Oratio perfecta indicatiua, oratio logica.

¶ In unaquaque disciplina, omnia expectantur secundum  
materiam subiectam.

¶ Non indicatiua, non logica: sed rhetorica aut alicuius po-  
tius alterius considerationis.

## CLICHTOUEVS.

¶ Vox significatiua, idem est quod uox categorematica: &  
hoc græcum est, illud latinum. Et diffinitur, quod est uox  
quæ significat aliquid uel aliqua. Aliquid, ut homo, equus,  
albedo: & unaquæque res una p. se. Aliqua, ut homines,  
animalia, lapides, & quæcumque res plures. Vox itidem  
consignificatiua & uox syncategorematica idem sunt: &  
hoc similiter græcum est, illud uerò latinum. Cuius diffi-  
nitionis hoc sumatur exemplum. Coniunctio, &, uox  
est, quæ nec aliquid significat nec aliqua: neque enim sub-  
stantias significat, neque accidentia præter quæ nulla sunt  
entia: cum uocibus tamen significatiuis in oratione pos-  
itis locum habet: cōnectit enim duas adiuuicem dictio-  
nes, ut homo, & asinus, lapis & lignum. Sic aliqua ad-  
uerbia ut haud, non, nequaquam, consignificatiua sunt.  
Nonnulla etiam significatiua, ut aduerbia loci, tempo-  
ris, qualitatis. Et coniunctiones, ut uel, aut, quæ, ue, ne.  
Prepositiones, ut in, a, ab, per se sumptæ, nihil signifi-  
cantes. Similiter interiectiones, proh, ah, hei, heu, consi-  
gnificatiuæ sunt. Præterea signa uniuersalia, particula-  
ria, signa exponibilia & similia, consignificatiua sunt.

¶ Cæteræ uerò orationis partes, ut nomen, pronomen, 4  
uerbum, participium, uoces sunt significatiuæ. ¶ Cum  
autem tria secundum Aristotelem sunt signa doctrinas  
lia, scilicet, uoces, scripturæ & cōceptus mentis, siue no-  
tiones animæ: uoces cæteris efficacius cōducunt ad cōparā-  
das disciplinas: quare uocis diuisiones & diffinitiones: hic

positæ sunt, ex illis tamen per analogiam scripturarum, & conceptuum, diuisiones & diffinitiones facile habentur. Diuiditur enim scriptura, quod quædam est significatiua, ut dictio scripta, homo. quædam cõsignificatiua, ut dictio, omnis, scripta. quædam non significatiua, ut syllababuf, scripta. Scripturarum significatiuarum, quædam ad placitũ significat, ut dictio homo, scripta, quædam naturaliter, ut imago in speculo. Scripturarũ signifi-  
 catiuarum ad placitum, quædam est incomplexa, ut nomen scriptum, homo, quædam complexa, ut oratio scripta, homo est animal, & ita de cæteris. ¶ Ita conceptũ, quidam est significatiuus, ut notio dictionis, homo, quidam cõsignificatiuus, ut notio signi uniuersalis, omnis: quem actum syncategorematicum dicunt, quidam non significatiuus, ut cõceptus syllabæ buf. Conceptũ significatiuorum, quidam ad placitum significat, ut cõceptus uocis, homo: omnes homines, quidam naturaliter, ut cõceptus qui est naturalis similitudo omnium hominum. Deinde conceptuum significantium ad placitũ, quidam est incomplexus, ut conceptus nominis et uerbi: quidam complexus, ut conceptus propositionis: & ita deinceps. Diffinitiones autem membrorum eodem modo sumantur, sicut in diffinitione uocum: mutato solũ genere diffiniti pro exigentia diffinitionis. ¶ Sicut autẽ rectum est index sui & obliqui, ita quæ propria sunt, impropria manifestant & produunt. Hinc autores propria tantum considerant, impropria autem reijciunt. Cũ itaq; triplex sit uox incomplexa: quædam nominis tantum, cuius nomen est simplex, & notio animi composita: ut si litera a æquẽ significat atq; propositio, homo est animal. Alia rei tantum, cuius res & notio animi simplex est, & uox composita: ut corpus animatum. Alia nominis & rei simul: cum & uox notio animi est simplex, ut homo. ea quæ est nominis & rei, est uox incomplexa propria & maximẽ talis. quare de ea quæ & aliàs in logica dicuntur, intelligẽda sunt. Sic triplex est uox complexa. Quædam nominis tantum, cum nomen est compositum, & notio animi simplex: ut corpus animatum, Quædã rei tantum: cuius

tum: cuius nomen expressaq; dictio simplex est: & res, siue notio animi, complexa: ut litera a idem significans quod propositio, homo est animal. Quædam uerò nominis & rei simul: cum uox complexa est, & etiam notio animi: ut oratio, homo sedet. Sola autem uox complexa nominis & rei simul, est uox complexa propria: de qua, quæ hic & alijs locis dicuntur, solum intelligenda sunt. Deniq; oratio perfecta indicatiua dicitur oratio logica, quod ea logici utantur, eiusq; considerationem faciant. Non indicatiua autem oratio, non est logica, dialecticæq; considerationis: sed rhetoricæ aut alicuius alterius. Quo circa, quæ in logica dicuntur, nõ debent ad orationes nõ indicatiuas applicari, cum sint logicæ impertinentes.

## De Oppositione.

FABER.

**I**N omni oppositione, æquiualentia, conuersione, uerificatione, & consequentia, termini teneantur uniuocè: neq; latius, neq; pressius, neq; dissimili modo appellent, sed eodem modo teneantur.

## CLICHTOEVVS:

**R**Egula in principio determinationis de oppositione posita, quinq; continet particulas. Prima. In omni oppositione, scilicet contraria, subcontraria, contradictoria, & subalterna, termini teneantur uniuocè: neq; latius, hoc est non magis amplè: neq; pressius, id est non magis stricte in una oppositarum quàm in alia: neq; dissimili modo appellent in una quàm in alia, sed eodem modo teneantur. Quare istæ non opponuntur, omnis canis est currens, & quidã canis non est currens, si in priore subiectum pro cane domestico, & in posteriore pro cane cælesti sumatur. Secũda. In omni æquipollentia, scilicet contrariarum, cõtradietoriarum, & subalternarum, termini teneantur uniuocè: & sic de cæteris particulis. Quare istæ non æquipollent.

sent, omnis homo rosam intelligit, & nullus homo non intelligit rosam: quia accusatiuus rosam in eis dissimiliter appellat. Tertia. In omni conuersione scilicet simplici, per accidens & contrapositionem, termini teneantur uniuoce; & ita de alijs. Quare hic non est recta conuersio, alius quis homo est mortuus, ergo aliquod mortuum est homo; nam terminus homo in antecedente pro presentibus & praeteritis sumitur, in consequente uero pro presentibus tantum; sed ita facienda est conuersio, ergo quod est mortuum, est uel fuit homo. ¶ Et haec pars intelligenda est, quando latior & amplior termini acceptio non sequitur ad strictiorem acceptionem; aut contra, strictior ad ampliorem. Nam si una ad alteram sequeretur, non esset inconueniens ampliatioem aut restrictionem mutari; ut recte sequitur, aliquis homo est mortuus; ergo mortuum est uel fuit homo; ubi mortuum in antecedente strictè sumitur, & ample in consequente; sed eius ampliatio est consequens ad restrictionem. Nam recte sequitur, aliquis homo est mortuus, ergo quod est mortuum, est uel fuit homo, terminis aequè ample & aequè strictè utrinque acceptis, Et ultra sequitur, quod est mortuum, est uel fuit homo; ergo quod est uel fuit mortuum, est uel fuit homo: a parte disiuncti ad totum disiunctum; ex parte subiecti; quare de primo ad ultimum recte sequitur, aliquis homo est mortuus; ergo quod est uel fuit mortuum, est uel fuit homo, ad quam ab aequiualentibus sequitur ista, mortuum est uel fuit homo. Vbi uero diuersa est termini secundum ampliatioem & restrictionem acceptio, & una non sequitur ad aliam, non ualet conuersio, ut in exemplo statim post tertiam partem dato, in quo fit argumentatio ab amplo particulariter sumpto, ad non amplum: quae non ualet. Et non modo in conuersione: uerum etiam in omni consequentia obseruandum est, quod non mutetur terminus latior in strictiorem, neque strictior in latiore, nisi acceptio termini in consequente sequatur ad eam, quae est in antecedente. ¶ Idcirco notandae sunt quatuor regulae, ostendentes quo modo ampliatio & restrictio in consequentibus uariari possunt, & quo non. Prima, A non amplo ad

ampulum particulariter acceptum, est bona consequentia: ut rectè sequitur, homo fuit sedens, ergo sedens fuit homo; ubi terminus sedens in antecedente strictè sumitur, in consequente uero ample & particulariter, hoc est non distributiue. Nempe non amplum, est ut inferius; amplum uero ut superius. Ab inferiori autem ad superius particulariter sumptum, est bona consequentia; ergo & a non amplo ad amplum particulariter. Secunda, A non amplo ad amplum uniuersaliter acceptum, non ualet consequentia: sicut neque ab inferiori ad superius uniuersaliter sumptum; ut non sequitur, nullum mortuum est homo, ergo nullus homo est mortuus. Nam terminus homo, in antecedente strictè sumitur, & in consequente ample & uniuersaliter. Tertia regula. Ab amplo uniuersaliter sumpto ad non amplum: est bona consequentia, sicut a superiori uniuersaliter sumpto ad inferius; ut rectè sequitur, nullus homo est mortuus, ergo nullum mortuum est homo. Vbi terminus homo, in antecedente sumitur ample & uniuersaliter, in consequente uero strictè. Quarta, Ab amplo particulariter accepto ad non amplum, non est bona consequentia, sicut neque a superiori particulariter sumpto ad inferius, ut non sequitur, homo est mortuus; ergo mortuum est homo. Nam terminus homo, in antecedente tenetur ample & particulariter, in consequente uero strictè. Et cum minus amplum, restrictum, & magis restrictum habeant analogiam ad non amplum, & magis amplum non restrictum, & minus restrictum ad amplum, de quolibet trium possunt formari per analogiam quatuor consimiles regulae. Quarta regulae particula est. In omni uerificatione, praeteritum termini supponentis de pronomine rem pro qua accipitur, demonstrante, termini teneantur uniuoce, & ita de ceteris particulis; ut latius in arte suppositionum ostensum est. Quinta. In omni consequentia siue materiali siue formali, termini teneantur uniuoce, & ita de ceteris particulis, nisi in ea fiat argumentatio penes aliquam dictarum regularum, quae ad omnes consequentias argumentandi formas, ubi termini ampliantur aut restringuntur, applicantur.

¶ Propositiones oppositæ, sunt categoricæ propositiones; utroq; termino, eodem ordine participantibus: repugnantes adinuicem in qualitate tantum, in quantitate tatum, aut in qualitate & quantitate simul.

¶ Dicuntur enim propositiones utroq; termino & eodem ordine participantibus, quæ sunt eiusdem subiecti & eiusdem prædicati. Idem simile.

¶ Contrariæ, sunt uniuersalis affirmatiua & uniuersalis negatiua, adinuicem oppositæ.

¶ Contrariæ de forma, sunt contrariæ quarum totū utriusq; subiectum uniuersaliter & unius prædicatum uniuersaliter, alterius uero tenetur particulariter. Uniuersaliter, distributiue.

¶ Contrariæ secundum legem, sunt quæ contrariarum legem participant.

¶ Cum duarum propositionum diuersæ qualitatis, utroq; termino eodem ordine participantium, omnes termini communes distribuatur, aut unius eorum aliquis uniuersaliter: reliqui uero alterius uniuersaliter teneantur, contrariarum legem participant.

De particularibus & indefinitis, idem est iudicium.

¶ Subcontrariæ, sunt particularis affirmatiua & particularis negatiua adinuicem oppositæ.

¶ Subcontrariæ de forma, sunt subcontrariæ, quarum totū utriusq; subiectum particulariter, & earum unius prædicatum uniuersaliter, alterius uero particulariter tenetur.

¶ Subcontrariæ de lege, sunt quæ subcontrariarū legem participant.

¶ Quando duarum huiusmodi propositionum nullus ter-

minorum communū uniuersaliter, aut unius eorum aliis quis particulariter, alterius uero omnes tenentur particulariter, legem subcontrariarum participant.

## CLICHTOVEVS.

¶ Ut propositiones oppositæ sint, eo quo hic oppositio consideratur modo: primo debent esse categoricæ, participantibus utroq; termino, ordine eodem. Nam si utroq; termino, ordine cōuerso participant, ut oīs homo est aīal, & nullum aīal est homo: aut si altero termino tantū participant, ut omnis homo est aīal, & omnis homo est rationalis: aut si nullo, ut oīs homo est animal, & nullus equus est brutū: non sunt oppositæ. Præterea debent esse repugnantes aut in qualitate tm̄ ut contrariæ & subcontrariæ, quæ eiusdē sunt quātitatis & diuersæ qualitatis, aut in quantitate tantū, ut subalternæ, quæ eiusdem sunt qualitatis sed diuersæ quātitatis, aut i qualitate & quātitate simul, ut cōtradictoriæ q̄ diuersæ sunt qualitatis & quātitatis: nā si neq; in qualitate neq; in quātitate repugnēt: ut propositiones synonymæ, omnis homo est aīal, omnis homo est aīal, non sunt oppositæ. Sunt autē propositiones utroq; termino, eodem ordine participantibus (ut inquit litera) quæ sunt eiusdem subiecti & eiusdem prædicati, quarum scilicet subiectum unius, est subiectū alterius, & prædicatū unius est prædicatum alterius, ut oīs homo est currens, & oīs homo non est currens; terminus homo, subiectum est utriusq; & currens, utriusq; prædicatum. Nec requiritur quod sint eiusdem subiecti aut prædicati secundum numerum, sed eiusdem secundū speciem, & consimilis. Eiusdem inquam non nominis tātum nec rei tantum, sed nominis & rei simul. Deinde distinguuntur contrariæ, quarum exemplum sit, quilibet homo est currens, & quilibet homo non est currens. Sunt enim oppositæ adinuicem, cum participant utroq; termino, ordine eodem, in qualitate tantum repugnantes: quarum prior est uniuersalis affirmatiua, posterior uero uniuersalis negatiua. Et eadem sunt contrariæ de forma, cum terminus homo, totum utriusq; subiectum in utraq;

INTRODVCTIO VII.

sumatur uniuersaliter: & unius, ut puta negatiuæ, prædicatū teneat uniuersaliter, & alterius scilicet affirmatiuæ, prædicatū teneat particulariter. Et huiusmodi cōtrariæ, imò omnes oppositæ de forma, p̄prie sunt & doctrinæ les. Quæ uerò solū sunt de lege, improprie sunt, à disciplinis reiectæ, & solū ad sophisticā accommodādæ. ¶ Vn de eiusdē propositionis septē assignari possunt cōtrariæ de lege secundū regulā ternarij, in qua nota unitatis designabit primū terminum cōmunē uniuersaliter sumptū, nota binarij secundū, & nota ternarij tertium. Terminū autē numero expresso nō designati, denotant sumi particulariter, ut huic, nullus homo in tempore præsentis est currens. Itæ septem sunt secundum legem contrariæ.

- 1 | Quilibet homo in tempore præsentis est currens.  
 2 | Aliquis homo in omni tpe præsentis est currens.  
 3 | Aliquis homo in tpe præsentis omne est currens.  
 1 | 2 | Omnis homo in omni tpe præsentis est currens.  
 1 | 3 | Omnis homo in tpe præsentis omne est currens.  
 2 | 3 | Aliquis homo in oī tpe præsentis omne est currens.  
 1 | 2 | 3 | Omnis homo in oī tpe præsentis omne est currens.\*

¶ Si quidem in tribus primis: unius earū scilicet affirmatiuæ, aliquis: ut puta unus, solū sumitur uniuersaliter: & in tribus sequentibus unius earum, utpote affirmatiuæ, aliq̄ termini, sed non omnes, accipiunt uniuersaliter. In septima uerò, omnes propositionis affirmatiuæ termini, uniuersaliter sumuntur. Alterius uerò, scilicet negatiuæ, oēs sumuntur uniuersaliter, quare septima per primā regulæ partem, cæteræ uerò per secundā, contrariæ sunt. Et istarum sola prima est contraria etiam de forma; cæteræ uerò solū secundū legem contrariæ. ¶ Diffinitionis subcōtrariarum quæ subnectitur, exemplum: ut aliquis homo est currens, & aliquis homo non est currens: quarum prior est particularis affirmatiua: posterior uerò particularis negatiua adinuicem per diffinitionem oppositæ, & eadem sunt subcontrariæ de forma. Nam terminus

IN ENVTIATIONES. 108

homo, totū utriusq̄ subiectum, sumit in utraq̄ particulariter: & unius, scilicet negatiuæ prædicatū, uniuersaliter sumitur; alterius uerò scilicet affirmatiuæ prædicatū particulariter. Hic autem propositionum particulariū nomine, & indefinitæ intelliguntur. Nā de particulis & indefinitis, quo ad oppositionē, idē est iudicium: cum adinuicē æquiualeant. Subcontrariæ uerò de lege, consimiliter ad cōtrarias sumuntur per regulam ternarij septem uni oppositæ. Et hic nota unitatis, designat primum terminum cōmunē propositionis, cui annotatur, particulariter sumi. Nota binarij, secundum, & nota ternarij, tertium, termini autem per numeros non denotati, per hoc innuuntur sumi uniuersaliter, ut huic, aliquis homo in tempore præsentis est currens; subcontrariæ sunt de lege hæ septem negatiuæ.

- 1 | Aliq̄s homo in quolibet tpe p̄sentis nō est currens.  
 2 | Omnis homo in tēpore p̄sentis nō est currens.  
 3 | Oīs homo in quolibet tpe p̄sentis nō oē est currens.  
 1 | 2 | Aliquis homo in tpe p̄sentis non est currens.  
 1 | 3 | Aliq̄s homo in oī tpe p̄sentis nō oē est currens.  
 2 | 3 | Oīs homo in tpe p̄sentis non omne est currens.  
 1 | 2 | 3 | Aliq̄s homo in tpe p̄sentis non oē est currens.

¶ Harum septima, per primam regulæ partem, est data propositioni subcontraria: cum in ipsis duabus, nullus terminorum cōmuniū sumatur uniuersaliter. Cæteræ uerò omnes, per secundam partem: cum in ipsis aliq̄ terminus sumatur particulariter, in tribus quidem primis solum unus, in tribus uerò sequentibus duo. In altera uerò, ad quam omnes comparantur, omnes termini tenentur particulariter. Et harum septem, sola prima subcontraria est de forma; cæteræ solum de lege.

F A B E R.

¶ Contradictoriæ sunt uniuersalis affirmatiua & particularis negatiua: vel uniuersalis negatiua, & particularis affirmatiua adinuicem oppositæ, & hæ contradictoriæ.

communes appellantur.

¶ **C**ontradictoriae singulares, sunt singulares eiusdem subiecti & praedicati, diuersae qualitatis.

¶ **C**ontradictoriae de forma, sunt co[n]tradictoriae quarum totum alterius subiectu[m] vniuersaliter, & alterius particula[r]iter: item, totum vnius praedicatu[m] vniuersaliter, alterius vero particulariter tenetur.

¶ **C**ontradictoriae secundum legem, sunt quae contradicto[r]iarum legem participant.

¶ **S**igna & negationes ante copulam, non sunt partes subiecti aut praedicati: nisi includantur inter partes subiecti aut praedicati.

¶ **Q**uando distribuens est pars extremi, si distribuit terminum in vna oppositarum, distribuit eudem in qualibet reliquarum.

Extremum, subiectum aut praedicatum.

## CLICHTOVS.

¶ **C**ontradictoriae communes, sunt quarum subiectum est terminus co[m]m[un]is. Vt ois ho[m]o est currens: & aliquis homo no[n] est currens, similiter, nullus homo est currens: & aliquis homo est currens. Sunt enim duae primae vniuersalis affirmatiua, & particularis negatiua adinuicem oppositae. & duae postremae, vniuersalis negatiua, & particularis affirmatiua inter se oppositae. Co[n]tradictoriae singulares, sunt quarum subiectum est terminus singularis. Et sunt singularis affirmatiua & singularis negatiua, eiusdem subiecti & eiusdem praedicati: ut Ioannes est sedens, & Ioannes no[n] est sedens. Et haec a disciplinis reiectae sunt: quod singulariu[m] cura no[n] agant. Co[n]tradictoriae autem de forma, quae deinceps diffiniuntur exemplum: ut quilibet homo est currens, & quidam homo no[n] est currens: quarum totu[m] primae, scilicet vniuersalis affirmatiuae subiectum, vniuersaliter tenetur: secundae vero & particularis negatiuae subiectum, tenetur particulariter, item totum

praedicatum primae particulariter accipitur: secundae vero vniuersaliter. Sic & haec, quilibet homo no[n] est sedens: & aliquis homo est sedens, sunt contradictoriae de forma. nam caru[m] vnius, scilicet primae subiectu[m], vniuersaliter sumitur: & alterius scilicet secundae particulariter. Ita praedicatum primae vniuersaliter: & secundae particulariter tenetur. Et huiusmodi contradictoriae sunt, quarum forma docet Aristoteles. Co[n]tradictoriae autem de lege, sunt quae neque simul possunt esse verae, neque simul falsae, neque alia duae quaecumque similis formae. Siquidem illae propositiones oppositaru[m] legem participant, quando ipsae & omnes aliae similis formae aliquam oppositaru[m] legem seruant. ¶ Sequens regula in suppositiuis declarata est. hic autem no[n] ab re iterata, quod in oppositis multum refert, an signum pars sit extremi necne: quod quidem hac regula discernitur. Cuius prima pars, his constat exemplis. omnis homo est animal, homo no[n] est lapis, in quibus signum vniuersale & negatio ponuntur ante copulam, & non includuntur inter partes subiecti aut praedicati: nam signum toti subiecto praep[on]itur, negatio vero postponitur: & ergo non sunt partes subiecti aut praedicati. Secunda pars patet his exemplis: homo videns omnem asinu[m] est animal, animal quod non est homo, est irrationale: in quibus signu[m] vniuersale & negatio includuntur inter partes subiecti: & ergo sunt partes subiecti. ¶ Sequentis autem regulae exemplum: ut in propositione, omnis homo est fortior asino, distribuens fortior, est pars extremi: & distribuit terminum asino in una oppositarum: quare etiam eundem distribuit in qualibet reliquarum: ut in sua contraria, omnis homo non est fortior asino: in sua contradictoria, aliquis homo no[n] est fortior asino: & in sua subalterna, aliquis homo est fortior asino. ¶ Et huius regulae ratio est: quia si cum distribuens est pars extremi: in una oppositaru[m] distribuatur terminus, & no[n] in altera, termini no[n] eodem modo supponerentur in propositionibus oppositis: quod est inconueniens, ut si in ista, Sortes no[n] est alius ab homine: ablatius homine, no[n] distribuere[nt] sicut in sua contradictoria, Sortes est alius ab homine: praedicatu[m] primae

scilicet, ab homine alius, acciperetur pro hominibus & cæteris rebus: quæ nõ sunt homines. Secunda uerò prædicatũ scilicet alius ab homine: non pro hominibus supponitur: sed solum pro ijs quæ nõ sunt hoies: quare utriusque prædicatum non eodem modo supponeret. Continueret itidem duas cõtradiçtorias esse simul ueras. Nã posita hypothesi quodd solũ sint duo homines a & b: & sint duæ rosæ quas ambas uideat a, & curranb uerò tantum unam, & non currat. Tũc istæ duæ sunt simul ueræ: quilibet homo uidens omnem rosam currit: & aliquis homo aliquam rosam uidens non currit. Prima quidem uera pro a per hypothesin: & secunda pro b. Et ponens õpositum regulæ, debet admittere illas duas esse cõtradiçtorias: quare duas cõtradiçtorias simul ueras cõcedat oportet. Reuera autẽ, datæ propositiones nõ sunt cõtradiçtorie propter defectũ istius regulæ. Nã distribuens pars subiecti, distribuit terminum rosam in una cõtradiçtoriarũ, & nõ in altera: quod impedit cõtradiçtionẽ. Præterea, subiectũ in utraq; nõ supponit p æquẽ multũ, neq; eodem modo. Nã uniuersalis affirmatiuæ subiectum, solũ supponit pro a, cũ per hypothesin solus a sit homo uidens omnẽ rosam. Particularis autẽ negatiuæ subiectũ, supponit pro a, & etiam pro b, cum eorũ uterque sit homo uidens aliquam rosam. Omitto quodd illæ non sunt eiusdem subiecti, imò neque utroq; termino participantes, sed altero tantum: nam primæ subiectum est, homo uidens omnem rosam: secundæ uerò, homo uidens aliquam rosam. ¶ At si quis obijciat. Prædicte uniuersalis affirmatiuæ cõtradiçtoria est ista, non quilibet homo uidens omnem rosam currit: præponendo scilicet negationem toti propositioni: sed ista, non quilibet homo uidens omnem rosam currit: æquipollet isti, aliquis homo uidens aliquam rosam nõ currit, per primam regulam æquipollentiarũ: ergo ista, aliquis homo uidens aliquam rosam nõ currit, etiã contradicit isti, omnis homo uidens omnẽ rosam currit, cum cuiusq; contradicit una æquipollentiũ, eidem contradicat & altera. ¶ Responso. In hac propositione, nõ quilibet homo uidens omnem rosam

currit: negatio potest negare totum, integrũq; subiectũ, & non quamlibet eius partem: & tunc est cõtradiçtoria uniuersalis affirmatiuæ, sed nõ æquipollens particulari negatiuæ: cũ termini unius, terminis alterius cõsumiliter se nõ habeant. Nam in hac, nõ quilibet homo uidens omnẽ rosam currit, negatione super totũ subiectũ cadente: accusatiuus rosam distribuitur, sicut in uniuersali affirmatiua eius cõtradiçtoria: & tamen idem terminus non distribuitur in particulari negatiua. Potest & in dicta propositione negatio præposita intelligi cadere supra totũ subiectum & quamlibet eius partẽ. Et tunc non est cõtradiçtoria uniuersalis affirmatiuæ datæ, propter defectũ præsentis regulæ: sed est æquipollens particulari negatiuæ paulo ante posita. Idcirco diligenter hæc regula seruanda est, quãdo in propositione affirmatiua ponitur aliquod distribuens pars extremi, in negatiua eius opposita negatio cadit super totum extremum, & nõ sit per quamlibet eius partẽ. Quod si in negatiua cadere intelligatur negatio super quamlibet extremi partem, non erit negatiua illi affirmatiuæ opposita: ut huius propositionis, omnis equus est animal aliud ab homine, cõtradiçtoria est, aliquis equus nõ est animal aliud ab homine: ut negatio solum super totum agat prædicatum: & in utraq; ablatiuus homine sumatur uniuersaliter. Quocirca hæc cõtradiçtoriarũ regula, in cõtradiçtorijs, terminus cõmunis distributus in una, non distribuendus est in altera, intelligenda est quando distribuens nõ est pars extremi. Si em̃ distribuens extremi pars fuerit, in utraq; terminum eundem distribuat oportet.

## F A B E R.

¶ Quando sunt due propositiones diuerse qualitatis utroq; termino, eodem ordine participant, quarum quilibet terminus cõmunis distributus in vna, nõ distribuitur in alia & contra: legem cõtradiçtoriarum participant. Subalterne, sunt uniuersalis & particularis eiusdẽ qualitatis adinuicem oppositæ.

¶ Subalterne de forma, sunt subalterne quarum totum vniuersi subiectum vniuersaliter, & alterius particulariter: ambarum vero predicatum consimiliter tenetur.

Subalterne vero secundum legem, sunt quae subalternarum legem participant.

Quae terminum aut terminos habet vniuersaliter sumptos, ad eam quae nullum, aut pauciores vniuersaliter sumptos habet, legem subalternarum participat, vicemque vniuersalis obtinet.

CLICHTOVS.

14 ¶ In contradictorijs de lege, uni propositioni tantum assignari potest contradictoria, cum plures propositiones eidem contradicere non possint, nisi sint inter se æquipolentes. Itaque unicuique propositionum sumptarum, secundum regulam ternarum, sua hoc modo sumitur contradictoria. Nota unitatis, primum terminum distributum denotat, nota binarum, secundum, nota ternarum, tertium, numerus autem non positus, significat reliquos terminos, qui numero expresso non notantur, sumi particulariter.

[1] Omnis homo in tempore praesenti est currens. Contradicit huic.

Aliquis homo in omni tempore praesenti non est currens. 2. 3.

[2] Aliquis homo in omni tempore praesenti est currens.

Omnis homo in tempore praesenti non est currens. 1.

[3] Aliquis homo in tempore praesenti omne est currens.

Omnis homo in omni tempore praesenti non omne est currens. 1. 2.

[1] 2] Omnis homo in omni tempore praesenti est currens.

Aliquis homo in tempore praesenti non est currens. 3.

[1] 3] Omnis homo in tempore praesenti omne est currens.

Aliquis homo in omni tempore praesenti non omne est currens. 2.

[2] 3] Homo in omni tempore praesenti omne est currens.

Omnis homo in omni tempore praesenti non omne est currens. 1.

[1] 2] 3] Omnis homo in omni tempore praesenti omne est currens.

Aliquis homo in aliquo tempore praesenti non omne est currens.

¶ In his enim propositio cui numerus praepositus contradicit proxime sequenti, ad cuius calcem postponitur numerus. Et si quis numeros diligenter attenderit; videbit terminum eodem non distributum in una, distribui in altera: & contra, distributum in una, non distribui in altera. Quod non modo in contradictorijs communibus observandum est: verum etiam & in singularibus. Quare istae non contradicunt, Ioannes omnis est homo, & Ioannes non est homo, cum sint ambae falsae: nec istae, Ioannes est homo: & Ioannes non omnis est homo: cum sint ambae verae: quia in istis, terminus communis homo, in neutra distribuitur: in illis vero, idem terminus homo in utraque distribuitur: quod contradictionem impedit. ¶ Deinde diffinitio tur in litera subalternae: quarum diffinitio sic explicatur, Subalternae sunt uniuersalis affirmatiua & particularis affirmatiua: aut uniuersalis negatiua & particularis negatiua, eiusdem subiecti & eiusdem predicati. Vt omnis homo est currens, quidam homo est currens. Similiter, nullus homo est currens, & quidam homo non est currens. Et eadem sunt subalternae de forma. Nam duarum primarum, subiectum primae sumitur uniuersaliter, & subiectum secundae particulariter, utriusque vero praedicatum consimiliter, scilicet particulariter tenetur. Duarum autem postremarum similiter subiectum primae uniuersaliter, & secundae particulariter tenetur, utriusque autem praedicatum consimiliter scilicet uniuersaliter tenetur. ¶ Consequens autem diffinitionem subalternarum secundum legem, regula, duas continet partes. Prima, Propositio quae terminum unum uel plures habet uniuersaliter sumptos, ad eam quae nullum habet terminum uniuersaliter sumptum, legem subalternarum participat, vicemque uniuersalis obtinet. Vt omnis homo sedet, ad hanc, aliquis homo sedet, & cuiuslibet hominis omnis oculus est dexter, ad hanc alicuius hominis oculus est dexter. Secunda, Propositio quae plures, ut duos, tres, aut quatuor habet terminos uniuersaliter sumptos, ad eam quae pauciores terminos ut unum, uel duos habet uniuersaliter sumptos, legem subalternarum participat, & vicem uniuersalis obtinet:



## INTRODVCTIO VII.

si modo terminus particulariter acceptus in uniuersali, etiã accipiatur particulariter in particulari, & sumptus uniuersaliter in particulari; etiam sumatur uniuersaliter in uniuersali, quod ad subalternas requiritur, ut cuiuslibet hois omnis asinus currit, ad hãc, cuiuslibet hominis asinus currit, & nullius hominis asinus currit, ad hanc, alicuius hois nullus asinus currit. ¶ Vnde uni propositioni habenti tres terminos cõmunes distributos, septem dari possunt subalternæ secundum legem, ex regula ternarij, in qua nota unitatis significat primum terminum summi particulariter, nota binarij, secundũ. & nota ternarij, tertium. Termini autem qui numeris expressis non notantur, intelligantur hoc iudicio sumi uniuersaliter. Ut huic, nullus homo in tempore præsentis est currens, subalternantur hæc.

- 1 | Alquis hõ in omni tpe præsentis nō est currens.
- 2 | Ois hõ in aliquo tpe præsentis nō est currens.
- 3 | Ois hõ in omni tpe præsentis nō omne est currens.
- 1 | 2 | Aliqs hõ in aliquo tpe præsentis nō est currens.
- 1 | 3 | Aliqs hõ in omni tpe præsentis nō omne est currens.
- 2 | 3 | Ois hõ in aliquo tpe præsentis nō oē est currens.
- 1 | 2 | 3 | Aliqs hõ in aliquo tpe præsentis nō oē est currens.

¶ Data propositio, ad quã cõparantur omnes & sex primæ, sunt subalternæ uniuersales ipsi septimæ, per primã regulæ partem. Data aut propositio, sex primis ordine positis, est subalterna uniuersalis per secundam partem regulæ. Per eandem partem, hoc numero & ordine dispositarum propositionum prima quartæ & quintæ, secunda quartæ & sextæ, tertia quintæ & sextæ est subalterna.

## De Legibus.

FABER.

**L**ex contrariarum est, Si vna contrariarum est vera, altera est falsa: non autem e contra. possunt enim simul esse falsæ. Lex, regula.

## IN ENUNTIATIONES.

112

¶ Lex subcontrariarum est. Si vna subcontrariarum est falsa, altera est vera: at non e contra. possunt enim simul esse veræ.

¶ Lex contradictoriarum est, si vna contradictoriarum est vera, altera est falsa atq; e contra. Non enim aut eas simul esse veras, aut simul falsas possibile est.

¶ Lex subalternarũ est, si uniuersalis subalternas est vera, & eius particularis, & non e contra: & si particularis est falsa, & eius uniuersalis falsa est, & non e contra,

## CLICHTOVS.



Ro demonstrandis propositionum oppositorum legibus, principia sunt. Primum, Quæcumq; de seinuicem uerificantur, illa de eodem tertio uerificabuntur. Tertium, in propositione, & singulare siue terminus singularis, idem sunt, ut in propositione, homo est animal: extrema, homo & animal de seinuicem uerificantur: hoc est, unum de altero uerificatur: ambo igitur de eodem tertio, ut Sorte, uerificantur hoc modo. Sortes est homo, & Sortes est animal, Secundum, Quæcumq; de eodem tertio uerificantur, & de seinuicem uerificantur: ut Sortes est animal, & Sortes est homo, dicibilia animal & homo uerificantur de eodem tertio, ut Sorte: quare & de seinuicem uerificentur oportet hoc modo: homo est animal. Tertium, Quæcumq; de eodem tertio unum negatiuè & alterum affirmatiuè uerè prædicantur, negatum de affirmato uerè negabitur: ut Ioannes non est lapis, & Ioannes est homo: dicibilia lapis & homo de eodem tertio, scilicet Sorte, uerè prædicantur: lapis quidem negatiuè, & homo affirmatiuè, quare lapis negatum, hoc est terminus de singulari prius negatus, de homo affirmato, id est termino qui de singulari affirmatus est, uerè negatur hoc modo: homo non est lapis. Quartum, Necessè est contradictoriarum unam esse ueram, & alteram falsam, ¶ Quibus 17

quidem suppositis, ostenditur prima pars legis contrariarum. Si una contrariarum est uera, altera est falsa, non enim possunt ambæ simul esse ueræ. Nam si dux contrariæ possent simul esse ueræ: ponantur gratia disciplinæ hæc dux simul ueræ: omne a est b, & nullum a est b. Cum ista sit uera & affirmatiua, omne a est b, a & b uerificans de se inuicē: quare p primā dignitatē de eodē tertio uerificatur. Sit itaq; illud tertium & singulare c. est igitur hæc uera, c est a; itidem & hæc, c est b. Tunc sic bene sequitur, c est b, & c est a: ergo aliquod a est b, per secundam dignitatem: sed maior est uera, similiter & minor: ergo & conclusio uera, aliquod a est b, & sua contradictoria, nullum a est b, etiam est concessa uera. Sunt igitur dux contradictoriæ simul ueræ: quod est impossibile, & quartæ dignitatis oppositum. ¶ Secunda uerò legis contrariarum pars, scilicet, si una contrariarum sit falsa, non oportet alteram esse ueram: possunt enim ambæ simul esse falsæ, sic ostenditur. Sint c & d duo singularia ipsius a, de quorum uno ut c uerificetur prædicatum accidentale b, de altero uerò singulari d, idem prædicatum b uerè negetur: quemadmodum sedens uerificatur de Sorte, & uerè negatur de Platone. Tunc sic bene sequitur, c est b, & c est a, ergo aliquod a est b: per secundam dignitatem, maior est uera, & minor ex hypothesi: ergo & conclusio uera, quare sua contradictoria, nullum a est b, per quartam dignitatem, est falsa. Rursum bene sequitur: d non est b, & d est a: ergo aliquod a non est b, per tertiam dignitatem: maior est uera & minor, per positum: ergo & conclusio uera, quare eius contradictoria, omne a est b, per quartam dignitatem, est falsa. Tunc sic. Ista est falsa: omne a est b, & etiā ista nullum a est b, ut ostensum est, & sunt adinuicem, per diffinitionem, contrariæ: sunt igitur dux contrariæ simul falsæ: quod est propositum. Termini significatiui, a, homo, b, sedens, c, Sortes sedens, d, Plato non sedens. ¶ Legis autem subcontrariarum (quæ opposito modo respondet legis contrariarum) prima pars. Si una subcontrariarum est falsa, altera est uera. Non enim possunt dux subcontrariæ simul esse falsæ: patet. Nam si ista, quoddam a est b, sit falsa: sua

sua contradictoria nullum a est b, per principium contradictoriarum, est uera. Et si ista, nullum a est b, sit uera: sua contraria, omne a est b, per legem contrariarum, est falsa. Et si hæc, omne a est b, sit falsa: sua contradictoria, quoddam a non est b, est uera: per quartam dignitatem. Hæc autem, per diffinitionem, est subcontraria isti, quoddam a est b, posita falsæ. Quare de primo ad ultimum, si una subcontrariarum est falsa: altera est uera. Idem ostenditur ad impossibile sic. Sint hæc dux subcontrariæ simul falsæ, aliquod a est b, & aliquod a non est b, cum hæc sit falsa, aliquod a est b, sua contradictoria, nullum a est b, per quartam dignitatem, est uera. Cum etiam hæc sit posita falsa, aliquod a non est b, sua contradictoria, omne a est b, etiam est uera. At hæc dux quæ probatæ sunt ueræ, omne a est b, & nullum a est b, sunt contrariæ. Sunt igitur dux contrariæ simul ueræ: quod est legis contrariarum oppositum. ¶ Secunda eiusdem legis pars. Si una subcontrariarum est uera, non oportet alteram esse falsam. Possunt enim ambæ simul esse ueræ: sic ostenditur. Densatur per secundam partem legis contrariarum, dux contrariæ, omne a est b: & nullum a est b, simul falsæ. Cum hæc sit falsa, omne a est b: sua contradictoria, quoddam a non est b, est uera, per quartam dignitatem, cum etiam hæc, nullum a est b, sit posita falsa: sua contradictoria, quoddam a est b, per idem est uera. At hæc dux quæ probatæ sunt ueræ, quoddam a est b, & quoddam a non est b, sunt per diffinitionem subcontrariæ: igitur dux subcontrariæ simul ueræ: quod est propositum. Posset & hec pars eodem modo ostendi, quo secunda pars legis contrariarum. ¶ Legis autem contradictoriarum prima pars est, si una contradictoriarum est uera, altera est falsa, ut cum hæc sit uera, omnis homo est animal, sua contradictoria, quidam homo non est animal, est falsa. Secunda pars, si una contradictoriarum est falsa: altera est uera, ut cū hæc, omnis homo est asinus, sit falsa: sua contradictoria, quidam homo non est asinus, est uera. Et neutra istarum partium probanda est, cum sit primum in logica principium, Necessesse est contradictoriarum unam esse ueram & alteram

falsam, & eas simul esse ueras aut simul falsas est impos-  
 sibile, sicut principium metaphysicum est, Impossibile est  
 19 idem simul esse & non esse. ¶ Lex autem subalternarum,  
 quatuor habet particulas. Prima, si uniuersalis est uera,  
 ut omne a est b, sua particularis, ut aliquod a est b, erit  
 uera. Si enim per hypothesein hæc sit uera, omne a est b,  
 sua contraria, nullum a est b, per legem contrariarum est  
 falsa, quare huius contradictoria: aliquod a est b, per legem  
 contradictoriarum est uera. Et ipsa est particularis  
 data: uniuersalis ueræ; igitur si uniuersalis sit uera, sua  
 particularis est uera. Quod & per impossibile hoc mo-  
 do ostenditur. Sit uniuersalis, omne a est b, uera; & sua  
 particularis, aliquod a est b, sit falsa. Cum hæc, omne a  
 est b, sit uera: sua contraria, nullum a est b, per legem con-  
 trariarum, est falsa; & eius contradictoria, aliquod a est  
 b, etiam est posita falsa. Sunt igitur duæ contradictoriæ  
 simul falsæ, uel sic. Cum hæc, aliquod a est b, sit falsa:  
 sua contradictoria, nullum a est b, per legem contradicto-  
 riarum, est uera; cuius etiam contraria, omne a est b, pos-  
 ita est uera. Sunt igitur duæ contrariæ simul ueræ, quod  
 est legis contrariarum oppositum. ¶ Secunda pars est  
 si particularis sit uera, non oportet uniuersalem eius esse  
 ueram. Dentur duæ contrariæ simul falsæ, omne a est b,  
 & nullum a est b. Dico quod si ista sit uera, aliquod a est  
 b, non oportere eius uniuersalem, omne a est b, esse uer-  
 ram. Nam cum ista sit falsa, nullum a est b, sua contradic-  
 toria: aliquod a est b, est uera; & ea est particularis huius  
 uniuersalis, omne a est b, quæ est posita falsa; potest igitur  
 particularis esse uera, sua uniuersali existente falsa,  
 quod est propositum. ¶ Tertia pars, si particularis est  
 falsa, sua uniuersalis est falsa. Sit hæc falsa, aliquod a est  
 b, dico eius uniuersalem, omne a est b, etiam esse falsam.  
 Nam cum hæc per hypothesein sit falsa, aliquod a est b,  
 sua subcontraria, aliquod a non est b, est uera, per legem  
 subcontrariarum; quare huius contradictoria, omne a est  
 b, per legem contradictoriarum est falsa. Et ipsa est uniu-  
 uersalis data: particularis falsæ, aliquod a est b, igitur si  
 particularis est falsa, necesse est suam uniuersalem esse

falsam. Idem etiam, sumendo particularis falsæ contra-  
 dictoriam ueram, & illius per legem contrariarum con-  
 trariam falsam, ostenderetur. ¶ Quarta pars est, si uniuersalis  
 est falsa, non oportet eius particularem esse falsam.  
 Dentur duæ subcontrariæ simul ueræ, aliquod a est b,  
 & aliquod a non est b. Cum ista, aliquod a non est b, sit  
 uera per hypothesein, eius contradictoria, omne a est b,  
 per legem contradictoriarum est falsa. Et ipsa est uniuersalis  
 huius particularis, aliquod a est b, quæ est posita  
 uera, potest igitur uniuersalis esse falsa sua particulari  
 existente uera. Quod & sumptis duabus contrariis simul  
 falsis, consimili modo ostendi posset, sicut secunda pars,  
 positis duabus subcontrariis simul ueris, etiam probari  
 potuit. Et huiusmodi argumentationum genus, quo  
 per principia, aut ex principio cognita manifestiora, probantur  
 ea quæ minus sunt manifesta, maxime probantur  
 rectæ disciplinæ. Cui moneo assuescant, qui bono ad  
 disciplinas afficiuntur animo, potius quam captiunculis  
 sophisticis, quibus ueritas aut inuenitur aut obscuratur,  
 animus eluditur, & inanem paleam pro grano complectitur.  
 Sanè, ut inexpugnabilis arx, munitione facile expugnabili  
 longe melior: ita argumentationes insolubiles ut demonstrations,  
 facile solubilibus argumentationibus, sophisticis inquam  
 argutis præstantiores sunt. Et rectarum insolubiliumque  
 argumentationum solum logica esse credatur; ueluti gram-  
 maticæ, rectæ locutionis latinæ, Sed de his hæcenus.

## De Aequipollentijs.

FABER.

**A** Equipollentia, est duarum propositionum categoricarum utroque termino, eodem ordine participantium, propter præpositionem negationis tantum, postpositionem tantum, aut propter præpositionem & postpositionem simul, formalis æquiualentia.

Formaliter æquiualebunt, quando singula vnius, singulis alterius quo ad omnia consimiliter se habebunt.

Vniuersalis modus dandi contradictionem, est toti propositioni præponendo, aut præpositam auferendo negationem.

Impossibile est plura adinuicem non æquiualentia eidem contradicere.

Non æquivalent quorum vnum esse verum, altero existente falso, est possibile.

Quicquid contradicit aut æquiualeat vni æquiualentium, & alteri.

## CLICHTOVEVS.

**D**iffinitio æquipollentiæ, tres exprimit modos, quibus propositiones prius inter se oppositæ (nã inter tales solũ reperit æquipollentia) per additionem negationis fiant æquipollentes. Primus est, per præpositionem negationis tantũ, quo modo fit æquipollentia cõtradiçtoriarũ: ut nõ ois homo currit, & quidã homo nõ currit. Secũdus, p postpositionem negationis tantũ, quo modo fit æquipollentia contrariarũ: ut ois homo nõ currit, & nullus homo currit. Tertius p præpositionem & postpositionem negationis simul: quo pacto fit æquipollentia subalternarũ: ut, non ois homo non currit, & aliquis homo currit. Tũc autem duarum propositionũ formalis est æquiualentia, quãdo subiectũ unius subiecto alterius, copula copulæ, & prædicatum prædicato quo ad oia, scilicet suppositionem, ampliationem, restrictionem & appellationem consimiliter se habet. Præterea, cũ quãtitas unius quantitati alterius, & qualitas qualitati sit consimilis, & similitudo quo ad reflexionem aut nõ reflexionem propositionis seruetur, quandoquidem hæc oia pertinent ad similem formã categoricarum, ut sequẽtia ostendẽt. ¶ Mox diffinitionem sequens principũ logicum duos explicat dandi contradictionem modos. Primus est, si datæ propositioni non præponitur nega-

tio, datur eius contradictoria præponendo ei toti negationem: ut, omnis homo est animal, nõ omnis homo est animal. Quicquid enim contingit affirmare, cõtingit & negare. Secũdus est. Si datæ propositioni præponit negatio: datur eius cõtradiçtoria, negationem præpositam auferendo: ut, nõ omnis homo currit, omnis homo currit. Sanẽ, quicquid contingit negare, contingit & affirmare. Et uterq; modus dicitur uniuersalis, quod cuiuslibet generis propositionibus, & categoricis, & hypotheticis sit cõmunis. ¶ Sequens autem regula dicit, quod impossibile est duas propositiones nõ æquiualentes adinuicem, id est quarum una posset esse uera, altera existente falsa, eidem tertix propositioni contradicere, quæ sic demonstratur. Sint a & b duæ propositiones non æquiualentes adinuicem: & ponantur contradicere eidem propositioni c, si possibile est. Cum a & b sint propositiones non æquipollentes, per hypothesein: ergo per diffinitionem propositionũ non æquiualentium, possibile est unã earum esse uerã, altera existente falsa: sit itaq; a uera, & b falsa. Cum b sit falsa, & c sit eius contradictoria, per principũ contradictoriarũ, c est uera. Tũc si c propositio est uera, & a eius contradictoria etiam est posita uera, sunt igitur duæ contradictoriæ simul ueræ, quod est impossibile. Et ex hac regula sequitur hæc affirmatiua, Quæcunq; propositiones eidem contradicunt, illæ inter se æquipollent: ut hæc, non omnis homo est albus, contradicit huic, omnis homo est albus, per principũ præcedens, & eidem uniuersali affirmatiuæ contradicit ista, aliquis homo non est albus, per diffinitionem: ergo hæ duæ non omnis homo est albus, & aliquis homo nõ est albus, inter se æquipollent. ¶ Deinde, proxime sequens principium logicum, 22 duas continet partes. Prima. Quicquid contradicit uni æquiualentium cõtradicat & alteri: ut propositio, omnis homo currit, contradicit huic, non omnis homo currit: & æquipollat isti, aliquis homo non currit: ergo data propositio etiam contradicit huic, quidam homo non currit. Ita quicquid contrariatur, subcontrariatur, aut subalternatur uni æquipollentium, & alteri. Secunda,

Quicquid æquiualeat uni æquipollentium, etiam æquiualet alteri: ut istæ duæ æquipollent, nullus homo currit, & omnis homo non currit. Et hæc, non quidam homo currit, æquiualeat huic, nullus homo currit: ergo & huic omnis homo non currit. Quæcūque enim uni & eidem æquiualent, illæ inter se æquiualent. sicut quæcūque uni & eidem sunt æqualia aut eadem, inter se sunt æqualia aut eadem.

FABER.

¶ Negatio præposita signo vniuersali aut particulari, facit contradictorias equipollere.

¶ Negatio postposita signo vniuersali, facit contrarias equipollere.

¶ Negatio præposita & postposita signo vniuersali aut particulari, facit subalternas equipollere.

¶ Si in aliqua propositione duo negatiua vniuersalia signa, vnum in subiecto, & alterum in prædicato ponantur: primum contrario, & secundum suo contradictorio equipollet.

CLICHTOVEVS.

Regula binarij	Regula ternarij	Regula quaternarij
Primum	Primum   1.2.   1   1.3.   1.2.3.	
Secundum	Secundum   1.3.   2   1.4.   1.2.4.	
Primum, secundum	Tertium   2.3.   2   2.3.   1.3.4.	
o o	o o   1.2.3   4   2.4.   2.3.4.	
o o	o o   1.2.3.4.   1.2.3.4.	

23 ¶ Prima regula æquipollentiarum sic intelligitur, si dentur duæ propositiones contradictoriaræ, & earum uni præponatur negatio: illa cui præponitur negatio, æquipollet alteri: ut hæc contradicunt omne a est b, & aliquid a non est b. & si primæ præponatur negatio hoc modo: non omne a est b, ipsa æquipollet secundæ, aliquid a non est b

b. Patet, nam hæc, aliquid a non est b, contradicit isti, omne a est b, per diffinitionem contradictoriarum. Et ista, non omne a est b, etiam contradicit huic, omne a est b, per primam dignitatem hic positam: ergo hæc duæ, aliquid a non est b, & non omne a est b, eidem propositioni, omne a est b, contradicentes: inter se æquipollent, per regulam paulo ante demonstratam. ¶ Secunda regula sic intelligitur. Si affirmantem duæ propositiones contrariæ, quarum uni postponatur negatio, perpositio cum negatione postposita æquipollet alteri: ut hæc sunt contrariæ, omne a est b, & nullum a est b: & si primæ propositioni postponatur negatio, ipsa æquiualebit secundæ: ut hæc, omne a non est b, æquiualeat huic, nullum a est b. Patet, nam hæc, nullum a est b, contradicit huic, aliquid a est b. & eidem propositioni, aliquid a est b, contradicit ista, omne a non est b, per diffinitionem contradictoriarum: ergo hæc duæ, nullum a est b, & omne a non est b, eidem propositioni contradicentes æquiualent, per regulam præcedentem, quod est propositum. Negatio autem hic dicitur postponi, quando ponitur post totum subiectum vniuersaliter sumptum, & ante copulam. ¶ Tertia regula sic intelligitur, si dentur duæ propositiones adinuicem subalternæ, quarum uni præponatur & postponatur negatio: illa cum negatione præposita & postposita sumpta æquiualeat alteri: ut hæc sunt subalternæ, omne a est b, & aliquid a est b: quarum primæ præponatur & postponatur negatio sic, non omne a non est b: ipsa æquipollet secundæ, quoddam a est b. Patet, nam hæc, aliquid a est b, contradicit huic, omne a non est b, per diffinitionem contradictoriarum: & eidem vniuersali negatiuæ contradicit hæc, non omne a non est b, per primam dignitatem hic positam: ergo hæc duæ, non omne a non est b, & aliquid a est b, eidem propositioni contradicentes, inter se æquipollent. ¶ Quarta regula est de æquipollentia composita ex prima & secunda regulis, cuius hoc sit exemplum. In hac propositione nullus homo nullus lapis est, duo signa vniuersalia negatiua ponuntur: unum cum subiecto, & alterum cum prædicato. Quare primum, scilicet quod subiectum determinat, æquipollet

24

set suo cōtrario, omnis, & secūdū, quod determinat prædicatū, suo cōtradictorio, quare prædicta propositio æquiualeat huic, quilibet homo aliquis lapis est. Primū patet, nā istæ sunt cōtrarix, nullus homo est lapis, & quilibet homo est lapis; ergo si uni earū postponat negatio; æquis pollet suo cōtrario. At dicēdo, nullus homo non est lapis, siue, nullus homo nullus lapis est, postponitur negatio, uel signū uniuersale negatiuū uni earū; ergo ipsa æquipollet alteri. Et per cōsequens istæ æquipollēt: nullus homo nullus lapis est, & quilibet homo aliquis lapis est. Secūdū patet, quia istæ sūt cōtradictorix, homo nullus lapis est, siue, homo nō est lapis, & quilibet homo est lapis, per diffinitionē cōtradictoriarū; ergo si alteri earū, ut puta primæ, præponat negatio siue signum uniuersale negatiuum, æquipollet suo cōtradictorio. At dicēdo, nō homo nullus lapis est, siue, nullus homo nullus lapis est; ibi primæ præponitur negatio. Aequipollet igitur hæc, nullus homo nullus lapis est, huic, quilibet homo aliquis lapis est. ¶ Denique subnectuntur regulæ binarij, ternarij, & quaternarij, quæ et si cuiuslibet propositio sunt accommodabiles, ut in exponibilium & oppositiōnis determinatione uisum est; hic tamen secundum materiam subiectam, æquipollentijs applicadæ sūt. Regula quidē binarij, illis propositionibus in quibus negatio duobus tantum locis ponitur, primo in principio, & significatur per primum, secundo postponitur; & significatur per secundum, hoc pacto.

- 1 | Nō quilibet homo sedet, æquipollet Aliqs hō nō sedet  
 2 | Quilibet homo non sedet      Nullus homo sedet  
 1, 2 | Non quilibet homo non sedet      Quidam homo sedet

Regula autē ternarij obseruatur in illis propositionibus, ubi negatio tribus locis collocari potest, primo præponitur; & significatur per primum, secundo, extremis interponitur; & significatur per secundū, tertio, apponi copulæ; & significatur per tertium, hoc modo.

Nullus hō nullus lapis est Ois homo aliqs lapis ē

- 1 | Nōnullus hō nullus lapis est Aliqs homo nō est lapis  
 2 | Nullus hō nōnullus lapis est Ois hō ois lapis non est  
 3 | Nullus hō nullus lapis nō est Ois hō aliqs lapis nō est  
 1 2 | Nōnullus hō nōnullus lapis ē Aliqs hō aliqs lapis ē  
 1 3 | Nōnullus hō nullus lapis nō ē Aliqs hō ois lapis est  
 1 3 | Nullus hō nōnullus lapis nō ē Ois hō ois lapis nō est  
 1 2 3 | Nōnullus hō nōnullus lapis nō ē, aliqs hō aliqs lapis nō ē  
 Regula uerō quaternarij, applicatur eis propositionibus in quibus negatio quatuor locis poni potest, primo toti propositioni præponitur; & significatur per primum, secundo præponitur subiecto; & hic negationis situs significatur per secundum; tertio, extremis interponitur; & significatur per tertium; quarto, apponi copulæ; & significatur per quartum, hoc modo.

Nusquam nullus hō nullus lapis est, æquipollet huic.  
 In omni loco, aliquis homo omnis lapis non est.

- 1 | Nonnusquam nullus homo nullus lapis est  
 In aliquo loco omnis homo aliquis lapis est  
 2 | Nusquam nonnullus homo nullus lapis est  
 In omni loco omnis homo aliquis lapis est  
 3 | Nusquam nullus homo nonnullus lapis est  
 In omni loco aliquis homo aliquis lapis est  
 4 | Nusquam nullus homo nullus lapis non est  
 In omni loco aliquis homo, omnis lapis est  
 1 | 2 | Nonnusquam nonnullus homo, nullus lapis est  
 In aliquo loco aliquis hō omnis lapis non est  
 1 | 3 | Nonnusquam nullus hō nonnullus lapis est  
 In aliquo loco, omnis hō omnis lapis non est  
 1 | 4 | Nonnusquam nullus hō nullus lapis non est  
 In aliquo loco omnis hō aliquis lapis non est  
 2 | 3 | Nusquam nonnullus hō nonnullus lapis est  
 In omni loco omnis homo omnis lapis non est  
 2 | 4 | Nusquam nonnullus hō nullus lapis non est  
 In omni loco omnis homo aliquis lapis non est

INTRODVCTIO VII.

- 3 | 4 | Nusquam nullus hō nonnullus lapis non est  
In oi loco aliquis homo aliquis lapis non est
- 1 | 2 | 5 | Nōnusquā nōnull⁹ hō nōnullus lapis est  
In aliquo loco aliquis hō aliquis lapis est
- 1 | 2 | 4 | Nonnusquam nōnullus hō nullus lapis nō est  
In aliquo loco, aliqs homo omnis lapis est
- 1 | 3 | 4 | Nōnusquā nullus hō nōnullus lapis non est  
In aliquo loco omnis homo oīs lapis est
- 2 | 4 | Nusquā nōnull⁹ hō nōnullus lapis non est  
In omni loco omnis homo, omnis lapis est
- 1 | 2 | 3 | 4 | Nonnusquā nōnullus hō nōnull⁹ lapis nō est  
In aliquo loco aliquis hō aliquis lapis non est

Cū aut affirmatio in luce sit, negatio uero in tenebris: & quātō plures in eadē propositiōe, ponunt negatiōes, tā rō ipsa est obscurior. hinc autores in disciplinis nō utuntur ferē plurib⁹ quā duabus, aut ad summum tribus negationibus: sophistæ autem, plures inculcant. Et negationes in numero pari cadētes super copulā, ut duę aut quatuor, reddūt eā affirmatā: in numero uerō impari, ut tres aut quinq; efficiūt eā negatā, ppositionēq; negatiuā cōstituunt; ut superius data exempla manifestant.

De Consequentijs.

FABER.

**C**onsequentia, est propositio hypothetica, cuius principalis copula est nota illationis.

Note illationis sunt, ergo, ideo, igitur, itaq; si, siquidem, utique & similes.

¶ Antecedens, est prima pars cōsequentie.

¶ Consequens uero, est consequentie secunda pars.

¶ Consequentia mala, est cuius antecedens esse uerum, cōsequente existente falso, est possibile.

¶ Cōsequentia bona, est consequentia cuius antecedēs esse uerum consequente existente falso, est impossibile.

IN ENVTIATIONES. 118

¶ Consequentia materialis, est consequentia bona, nō tenēs in omnibus terminis simili forma argumentandi recta.

¶ Consequentia formalis, est consequentia bona tenens in omnibus terminis simili forma argumentandi retenta.

¶ Pertinētia ad formam categoricarum sunt hæc: similis quantitas, qualitas, suppositio, ampliatio, restrictio, appellatio suorum terminorum, & similitudo quo ad hoc quod est esse reflexiuum uel non reflexiuum. Diuersitas enim in aliqua istorum mutat formam categoricarum. Et præter hæc ad formā hypotheticarū & cōsequentiarum, idem numerus terminorum, & similis situs eorum.

CLICHT OVEVS.



**D**iffinitur consequentia esse propositio hypothetica: nā plures habet categoricas, utpote duas tanquam partes principales sui: quarum una dicitur antecedens, & altera consequens. per notā illationis ut copulam principalem adinuicem coniunctas, ut homo est rationalis, igitur animal est rationale. Vt enim in propositione categorica, copula uerbalis cōnectit extrema, subiectum & prædicatum: & hæc partes dicuntur materiales, illa uerō formalis. Ita in consequentia, nota illationis (que est coniunctio, unius propositionis ex alia denotans illationem, qualis est ergo, ideo, igitur & similes) ut pars formalis, cōiungit partes materiales & principales cōsequētix, antecedēs & consequēs. Antecedēs autē est prima pars cōsequētix, hoc est propositio quæ alteram inferit: sicut subiectum est primū propositionis categoricæ extremū. Cōsequens uerō, est secūda pars cōsequētix, id est propositio quæ inferitur ex altera, quemadmodum prædicatum est secundū extremum propositionis. ¶ Cōsequētix malæ exemplū, ut fortes est homo, ergo Sortes sedet. Siquidem possibile est Sortem esse hominem, & eum minime sedere. Et mala consequentia æquē consequentia dicenda est atq; bona: sicut malus homo, est homo; & propositio falsa, est

propositio. Quod em̄ est uerum in propositione categorica: id est bonum in consequentia, & quod est falsum in categorica, est malum in consequentia. Et diffinitio consequentia, non minus malæ quàm bonæ consequentiæ; conuenire conspicitur. Consequentia bonæ exemplum, ut Sortes currit, ergo homo currit. Impossibile est enim antecedens esse uerum, Sortes currit: quin simul consequens homo currit sit uerū. In his aut̄ diffinitionib⁹ modi possibile & impossibile, modales faciunt cōpositas, quō in disciplinis accipiuntur. Et hæ duæ diffinitiones supponēdæ sunt esse rectæ: nam principia sunt, quibus negatis, tota logica, ut neruis succisis, redditur manus manca. Consequentia materialis exemplū: ut Sortes currit, ergo Sortes mouetur. Nō em̄ in simili forma sequit̄, Sortes currit, ergo Sortes moritur: cū possibile sit antecedens esse uerū, consequente existēte falso. Cōsequentia deniq; formalis exemplū, ut om̄is hō est aīal, ergo quoddā animal est hō. Siquidē seruata cōsimili argumentandi forma, ex quolibet terminis cōstituta cōsequentia erit bona.

- 28 ¶ Postea enumerantur ea quæ ad similem formam categoricam, id est, ut duæ categoricæ propositiones sunt simili formæ, pertinent. Primo, requirit̄ similis earū quantitas. s. ut ambæ sint uniuersales, aut particulares, aut alterius quantitatis. Secundo, similis utriusq; qualitas: ut ambæ scilicet affirmatiuæ sint, uel ambæ negatiuæ. Tertio, suorum terminorū similis acceptio: ut subiectum unius, subiecto alterius, copula copulæ, & prædicatū prædicato sit cōsimile penes suppositionē, ampliationē, restrictionē & appellationē. Quarto, requiritur ambarū similitudo, quo ad hoc quod est esse reflexiuum uel nō reflexiuum, id est, si una earum sit reflexiua, & altera: & si una nō habeat reflexionē supra se: neq; altera. Proinde hæ duæ propositiones, hæc propositio est falsa, demonstrata per subiectum propositionē, hō est lapis. Item & ista, hæc propositio est falsa, demonstrata per subiectum ipsamet̄ propositionē: nō sunt similis formæ. quod secunda est reflexiua, prima uerō non. Quod si in datis categoricis diuersitas fuerit in aliquo istorum, non sunt similis formæ. Præter

ista ad formam eandem consequentiarum utq; duæ consequentiæ sint similis formæ, requiritur quod antecedens antecedenti similis sit formæ, & consequens consequenti, quiniom̄ & pars siue antecedentis siue consequētis, parti cōsimili. Præterea requiritur idem numerus terminorum in utraq; consequentia: ut si in una sint duo termini, & in altera: si in una tres, & in altera. Deniq; exigitur similis situs terminorum siue similitudo quo ad subiectiōnem & prædicationem: ut si terminus bis positus semper subijcitur in una consequentiarum, & in altera: & si idē terminus subijcitur in antecedente, prædicatur autem in consequente in una, & in altera. Et si idē terminus utrinq; prædicatur in una, & in altera. Quocirca, hæ duæ consequentiæ nō sunt similis formæ: omnis homo currit, ergo aliquis homo currit, & omnis homo currit, ergo quoddam currens est homo. Nam in prima, idem terminus est subiectum antecedentis & consequentis, item & prædicatum. In secunda uerō, subiectum antecedentis est prædicatum consequentis, & prædicatum antecedentis, subiectum est consequentis.

## FABER.

- 1 ¶ Argumentari à non distributo ad distributum, & à cōfuso ad determinatum, signo manente confusiuo, consequentiam impedit esse formalem.
- 2 ¶ Si ad alicuius consequentiæ datæ antecedens sequitur cōsequens: ad oppositum consequentis sequitur oppositum antecedentis. Oppositum, contradictorium.
- 3 ¶ Si ad oppositum consequentis sequitur oppositum, aut repugnans antecedenti: consequentia data ualet. Repugnantia sunt, quæ simul esse uera non possunt.
- 4 ¶ Quicquid sequitur ad consequens bonæ consequentiæ: sequitur & ad eius antecedens.

## CLICHTOVS.

- 1 ¶ Prima regularum hic positarum, duas habet partes. Prima, Argumentari à non distributo ad distributum,



id est, à termino particulariter sumpto in antecedente, ad eundem uniuersaliter sumptum in cōsequēte, impedit cōsequentiā esse formalem, ut nō formaliter sequitur, omnis hō est aīal, ergo omne animal est homo: nam animal in antecedente particulariter sumitur, in cōsequente uerō, uniuersaliter, id tñ non impedit cōsequentiā materiale: nā rectē sequitur, oīs hō est rationalis, ergo omne rationale est homo. In cuius antecedente, rationale particulariter, in consequente uerō uniuersaliter sumitur. Secūda pars, Argumentari à confuso ad determinatum, signo manēte cōfufiuo, id est argumentari à termino accepto confusē tantum in antecedente, ad eundem acceptū determinatē in consequente, signo faciente terminū confusē stare in antecedente, manēte in consequente, impedit cōsequentiā esse formalem: ut non sequitur formaliter: omnis homo est animal, ergo aīal est omnis homo. Nā terminus aīal, acceptus in antecedente confusē tantū, accipitur in consequente determinate: signo cōfufiuo omnis, quod in antecedente positū fuerat manente in consequente. ¶ Secūda pars, 29 dā regulā (quā magni in tota logica est momenti) exemplum; ut rectē sequitur, homo sedet, ergo aīal sedet: ergo ad oppositū siue contradictorium consequentis, nullum animal sedet; sequitur oppositū antecedētis, nullus homo sedet, quā sic ostenditur. Sint a & b duæ propositiones ad inuicem cōtradictoriæ, & c & d itidem inter se contradictoriæ: & sequatur a, ergo c, dico etiam sequi: d, ergo b. Si em̄ nō sequatur: d, ergo b: possibile est, per diffinitionem malæ consequentiæ, antecedens esse uerū, & cōsequēs falsum. Sit itaq; d antecedens uerū, & b consequens falsum. Cum per hypothesin b sit falsum, a suum contradictorium est uerum. Et cum sequatur, a ergo c, ex hypothesi, & a antecedens sit uerū, c cōsequens, per diffinitionem bonæ consequentiæ, etiam esse uerum. Et d eius cōtradictorium itidem positum esse uerum. Sunt igitur duæ contradictoriæ simul ueræ, quod est impossibile: quare data consequentiā d ergo b, erat bona. Et si ad antecedens sequitur cōsequēs in cōsequentiā materiali: eodem modo ad oppositum consequentis, per hanc regulam, sequitur

Oppositū antecedentis. Si uerō ad antecedēs sequitur cōsequēs formaliter: etiam ad oppositū sequitur oppositū formaliter. ¶ Tertia regula duas habet partes. Prima, Si 30 ad alicuius consequentiæ data oppositū consequentis, sequitur oppositū siue contradictoriū antecedentis: data consequentiā ualeat, ut si data consequentiā, Sortes currit, ergo homo currit, quam quis dubitet esse bonam: concedat tamen ad oppositum consequētis, nullus homo currit, sequi oppositum antecedentis, Sortes non currit: datam consequentiā bonam esse cōcedat oportet. Et hæc sic ostenditur, Contradicant inter se a & b, similiter c & d, & quis dubitet datam consequentiā a ergo c, esse bonam admittens hanc ualere, d ergo b. Sic proceditur. Cum per hypothesin sequatur, d ergo b. Ergo ad oppositum consequentis, sequitur oppositum antecedentis per præcedentem regulam: est igitur data consequentiā, a ergo c, bona quod est propositū. Possit & hæc per impossibile ostendi: sicut regula præcedēs. ¶ Secūda pars, Si ad datæ consequentiæ, oppositū consequētis sequitur repugnans antecedentis: consequentiā data ualeat. Si data consequentiā, Sortes currit, ergo animal currit, quæ dubitetur esse bona: concedatur tamen ad oppositū consequentis, nullum animal currit, sequi repugnans antecedentis, nullus homo currit: necesse est & primā consequentiā esse bonā. Quæ quidē pars sic demōstrat. Sint a & b duæ propositiones ad inuicem contradictoriæ: similiter c & d inter se contradicant: sitq; e propositio repugnans ipsi a. Et dubitetur hæc consequentiā ualere, a ergo c concedatur tamen ad d oppositū consequentis, sequi e repugnans antecedentis. Dico datā consequentiā, a ergo c, esse bonam. Si enim non sit bona, possibile est antecedens esse uerum, consequente existente falso, per diffinitionem malæ consequentiæ. Sit itaq; antecedens a, uerū, & consequens c, falsum. Cum c, per hypothesin sit falsum: d, suū contradictorium, per legem contradictoriarum, est uerum. Et cum ad d, sequatur c, per hypothesin: & d antecedens sit probatum uerum: etiam c consequens, per diffinitionem bonæ consequentiæ, est uerū, & a repugnā

ipſius, etiam poſitum eſt uerum. Sunt igitur duæ propoſitiões repugnātes ſimul ueræ: quod eſt cōtra diffinitio- nem repugnantium. Repugnantia ſiquidem, ſiue propoſitiones repugnantes, ſunt propoſitiones, quæ ſimul ueræ eſſe non poſſunt, ut homo eſt animal, & homo eſt inſenſibilis. omne animal eſt ſanū; & aliquis homo eſt æger.

**¶** Quartæ & poſtremæ regulæ exemplum, ut recte ſequitur: homo eſt, ergo animal eſt, ad quod quidem conſe- quens ſequitur alterum conſequens, ſubſtantia eſt: quare datum ultimum conſequens, ſubſtantia eſt, ſequitur ad primum antecedens, homo eſt; quæ hoc modo demō- ſtratur. Ad a ſequatur b; ad b, c; & ad c ſequatur d. Dico ad a primū antecedens, ſequi d, ultimum conſequens. Si enim non ſequatur a, ergo d; ſit antecedens a, uerum, & conſequens d, falſum. Tūc ſi c, Ad a, ex hypotheſi, ſequitur b; & a antecedens eſt uerum per hypotheſin; ergo & b conſequens eſt uerū. Vtra, ad b ſequitur c, per hypotheſin; at b antecedens eſt uerum; ergo & c conſequens. Deniq; ad c ſequitur d, per poſitum; & c antecedens eſt uerum; ergo & d conſequens. & ipſum modo conſeſſum eſt falſum, igitur eadem propoſitio ſimul uera eſt & falſa, quod eſt impoſſibile. Fuit igitur conſequētia de primo conſequentē ad ultimum conſequens procedens bona.

## De Conuerſionibus.

FABER.

**C**onuerſio, eſt ſubiecti in prædicatum mutatio. Et eſt ſubiecti in prædicatum mutatio: quando duarum propoſitionum ſubiectum unius eſt prædicatum alterius, & e contra, prædicatum unius eſt ſubiectum alterius.

**¶** Et conuerſio bona dicitur: cum illarum propoſitionum una, de neceſſitate ſequitur ad alteram. De neceſſitate: in conſequētia neceſſaria, in conſequētia formali. Et talis conſequētia antecedens dicitur conuerſa, & conſe- quens,

quens, conuertens.

**¶** Mala uerò conuerſio, quando ad conuerſam non de neceſſitate ſequitur conuertens.

**¶** Conuerſio ſimplex, eſt quando cōuerſa ad conuertentē, manente eadem quantitate & qualitate, eſt formalis conſequētia.

**¶** Conuerſio per accidens, quando conuerſe ad conuertentem, manente eadem qualitate, ſed mutata quantitate, etiam eſt formalis conſequētia.

**¶** Conuerſio per contrapositionem, eſt quando mutatis terminis finitis in terminos infinitos, conuerſe ad conuertentem, manente eadem qualitate & quantitate, eſt bona conſequētia.

**¶** Particulare & indefinitum, eandem reputantur habere quantitatem. Singulāria reiecta ſunt à diſciplinis.

**¶** Ad propoſitionem implicitam ne reſpondeas, priuſquā explicueris illam.

## CLICHTOEVVS:

**D**iffinitur hic conuerſio, ut propoſitionis cate- goricæ paſſio eſt; & bonam conuerſionem, & malam communiter complectens. Et ſit inter propoſitiones participantē utroq; termino, ordine conuerſo: in quibus ſubiectum primæ eſt prædicatum ſecundæ; & prædicatum primæ, ſubiectum ſecundæ. Ut homo eſt ſedens, & ſedens eſt homo. Siquidem in his, eſt ſubiecti in prædicatum mutatio & e contra, cum homo ſubiectum primæ, ſit prædicatum ſecundæ, & ſedens prædicatum primæ, ſit ſubiectum ſecundæ. Imò inter quacunq; duas categoricas tranſpoſitorum extre- morum, eſt ea quæ diffinitur conuerſio. Diuiditur autem conuerſio, in bonam conuerſionem & in malam, Bona conuerſio, eſt in qua ad conuerſam de neceſſitate & for- maliter ſequitur cōuertens, ut omnis homo eſt animal,

ergo aliquod animal est homo. Cōuersa autem, est propositio quæ conuertitur, & est conuersionis antecedens, ut in dato exemplo, propositio, omnis homo est aīal. Conuertens aut, est propositio in quā altera conuertitur: & est conuersionis consequens, ut in prædicto exemplo propositio, quoddam animal est homo. Mala autem conuersionis, est quando ad conuersam nō formaliter sequitur conuertens, ut omnis homo est animal; ergo omne animal est homo; omnis homo est rationalis; ergo omne rationale est homo. ¶ Diuiditur autem bona cōuersio, in conuersionem simplicem, & conuersionem per accidens. Conuersio simplex, est conuersio bona, cuius conuersa & conuertens sunt eiusdem qualitatis & quātitatis, ut nullus homo est lapis; ergo nullus lapis est homo. Siquidem cōuersa est uniuersalis negatiua, sicut & conuertens. Conuersio per accidens, est conuersio bona, cuius cōuersa & conuertens sunt eiusdem qualitatis, sed diuersæ quantitatis, ut omnis homo est animal; ergo aliquod animal est homo. Nempe conuersa, uniuersalis est affirmatiua; conuertens uerò particularis affirmatiua. ¶ His autem conuersionis speciebus, annumerari solet conuersio per contrapositionem, quæ proprie conuersio non est, cum in ea non prorsus manent iđem termini in conuersa & conuertente; sed mutantur finiti in infinitos; neq; est bona cōuersio, cum ad conuersam non formaliter sequatur conuertens. Quia tamen in ea fit extremorū aliquo modo transpositio; aliquā cū prædictis habet similitudinē. Et ea est duplex, quædam in qua conuersa & conuertens eiusdem sunt qualitatis & quantitatis. Et ea in litera diffinitur: ut oīs homo est animal, ergo omne non animal est nō hō. Vbi tā conuersa quā conuertens est uniuersalis affirmatiua. Alia uerò in qua cōuersa & conuertens, eiusde sunt qualitatis sed diuersæ quantitatis, ut oīs homo est aīal; ergo aliquod non animal est non homo. Et hæc sequitur ex prima, ut posteriores regulæ declarabunt. Mutantur autem termini finiti in infinitos; quando termini finiti positi in antecedente sunt infiniti in cōsequente; ut in datis exemplis, homo est animal, termini sunt finiti in antecede-

cente; in consequente uerò, & transpositi sunt & infiniti, ut non animal non homo. ¶ Diffinitionem autem cōuersionis per contrapositionem sequens regula, sic intelligitur. Propositio particularis & indefinita, eandem repertantur habere quantitatem; & de particularibus indefinitisq; quo ad conuersionem, idem est iudiciū: quare si particularis in indefinitam, aut indefinita in particularē conuertatur; ea conuersio simplex est, neq; mutata ibi quantitas censeri debet; ut quidam equus est animal; ergo aīal est equus, & ediuerso. Præterea cum singularia, propositionesq; singulares reiectæ sint à disciplinis, de earum cōuersione non est habenda cura nec mentio; imò neq; de earum propositionum cōuersione, quæ ex particularibus cōmuni & prædicato singulari cōstituuntur; quoniam nec diffinitiones nec regulæ Aristotelis de illis intelliguntur, sed de ijs solum propositionibus, quæ utrunq; extremū habent commune. ¶ Proximè consequens regula præcipit, quòd si cuiquam offeratur propositio conuertenda quæ truncata sit & implicita, ea antequam conuertatur, explicanda est; & tum demum conuertenda, cum penitus explicata fuerit. Ut propositio, lapis est in muro, implicita est; & hoc pacto debet explicari, lapis est existens in muro; quæ explicata, deinde sic conuertitur: existens in muro est lapis. Ita hæc, nihil est in domo, primum sic explicatur: nullum ens est existens in domo; & deinceps ita conuertitur, nullum existens in domo est ens. Potest & hæc regulata (quòd cōmuni sit) ad quamlibet aliam materiam applicari, sed hæc intelligentia secundum materiam subiectam impræsentiarum expectanda est.

## F A B E R.

Vniuersalis affirmatiua conuertitur in particularem affirmatiuam per accidens; & in uniuersalem & particularem affirmatiuam per contrapositionem.  
Vniuersalis negatiua, conuertitur simpliciter in uniuersalem negatiuam; & per accidens in suā particularem; & in particularem

larem negatiuam per contrapositionem.

Particularis negatiua, conuertitur in particularem negatiuam per contrapositionem.

Particularis affirmatiua, conuertitur simpliciter in particularem affirmatiuam.

## CLICHTOVS.

34 ¶ Quatuor regularū cōuersionū, secundū quatuor ppositionū categoricarū (qbus cōpetere potest cōuersio) numerū datarū, prima tres habet partes. Prima, uniuersalis affirmatiua cōuertitur in suā particularem affirmatiuam p accidēs, ut oīs homo est aīal: ergo quoddā aīal est homo: quæ sic demonstrat. Sit data uniuersalis affirmatiua, omne a est b, dico eam cōuerti in suā particularem affirmatiuam, quoddā b est a. Si em̄ non recta fuerit cōuersio, neq; bene sequatur, oē a est b ergo quoddā b est a: possibile est, per diffinitionē malæ cōsequentiæ, antecedēs esse uerū & cōsequens falsum. Sit itaq; antecedēs, omne a est b, uerū: & cōsequēs, quoddā b est a, falsum. Cū cōsequens sit falsum: suū contradictorium, nullū b est a, est uerū. Et, cū antecedēs sit uerū, per hypothesin: in ipso a & b de se inuicē uerificant: quare, p primā dignitatē in legibus oppositarum positam, a & b de eodē tertio uerificabunt. Sit itaq; illud tertium & singulare de quo ambo uerificantur, cū sit hęc uera, c est a, itidē & hęc, c est b. Tunc sic, bene sequitur, c est a, & c est b, ergo aliquod b est a, p secundam dignitatē prius positā; sed maior est uera per positū, similiter & minor: ergo & cōclusio est uera: & sua contradictoria, nullū b est a, etiā cōcessa uera: sunt igit̄ dux cōtradictoria simul ueræ, qđ est impossibile. Poster & hęc eisdem principijs ostensiuē probari: ostendendo qđ possibile antecedente uero, necesse sit consequens esse uerum, qđ ex præcedenti facile factū est. Secunda pars est, uniuersalis affirmatiua conuertitur per contrapositionem in uniuersalem affirmatiuam: ut omnis homo est rationalis, ergo omne non rationale est non homo. Ad quam & sequentes de conuersione per contrapositionem regu-

las probandas, supponendæ sunt quatuor regulæ argumentadi ab affirmatiua ad negatiuā & e diuerso, prædicato penes finitum & infinitū uariato. Prima, Ab affirmatiua de prædicato finito, ad negatiuam de prædicato infinito eiusdem subiecti & quantitatē, est necessaria consequentia: ut homo est iustus, ergo homo non est non iustus. Secunda, Ab affirmatiua de prædicato infinito ad negatiuam de prædicato finito, eiusdem itidē subiecti & quantitatē, est formalis consequentia: ut homo est non iustus, ergo homo nō est iustus. Tertia, A negatiua de prædicato finito cum constantia subiecti sumpta ad suam affirmatiuam de prædicato infinito est necessaria consequentia: ut homo nō est iustus, & homo est, ergo homo est nō iustus. Quarta, A negatiua de prædicato infinito cū constantia subiecti sumpta, ad suam affirmatiuam de prædicato finito, est necessaria consequentia: ut homo non est non iustus, & homo est, ergo homo est iustus. Quarum quidē demonstratio, ex secundo libro Perihermenias Aristotelis (ubi eas ponit) desideranda est. Eis aut̄ hic suppositis, ostendit̄ secūda pars primæ regulæ pposita. Sit data uniuersalis affirmatiua, omne a est b; dico eam conuerti in hęc, omne nō b est nō a. Nam bene sequitur, omne a est b, ergo omne a non est nō b: per primam regulam hęc positam. Et ultra sequitur, omne a non est non b: ergo oē non b non est a: per conuersionem uniuersalis negatiuæ, in seipsam. Vltorius sequitur, omne non b non est a: & oē non b est, ergo omne non b est non a, per tertiam regulā hęc positā. Quare de primo ad ultimum sequitur, omne a est b: ergo omne non b est non a, quod est propositum. Et si in huiusmodi consequentiæ antecedente non exprimat̄ constantia subiecti consequentis: ipsa consequentia solum est materialis: ut in exemplo dato. Si uerō exprimat̄ur, consequentia est necessaria & formalis: ut omne a est b, & non b est, ergo omne non b est non a. ¶ Tertia primæ regulæ pars est, uniuersalis affirmatiua conuertitur per contrapositionem in particularem affirmatiuam: ut omnis homo est rationalis, ergo quoddam non rationale est non homo, Quæ sic ostenditur. Si data uniuersalis

his affirmatiua omne a est b. Dico eam bene conuerti in hanc, aliquod non b est non a. Nam rectè sequitur: omne a est b; ergo omne non b est non a; ut modo ostensum est in parte præcedente. Et ultra sequitur: omne non b est non a; ergo aliquod non b est non a, per legem subalternarum: ergo de primo ad ultimum bene sequitur, omne a est b; ergo aliquod non b est non a: quod est propositum. Quod si antecedenti adiungatur constantia subiecti consequentis, consequentia erit formalis. ¶ Secunda regula conuersionum tres itidem habet partes. Prima, Vniuersalis negatiua, conuertitur simpliciter in uniuersalem negatiuam: ut nullus homo est lapis; ergo nullus lapis est homo. Quæ sic ostenditur. Sit data uniuersalis negatiua, nullum a est b. Dico, eam bene conuerti in hanc, nullum b est a. Si enim non sequatur, nullum a est b, ergo nullum b est a; sit antecedens gratia disciplinæ uerum, & consequens falsum. Cum consequens, nullum b est a, sit falsum, suum contradictorium, aliquod b est a, est uerum. In quo, cum b & a uerificantur de se inuicem, & de eodem tertio, per primam dignitatem in legibus oppositarum positam, uerificabuntur, quod sit c. Est itaque hæc uera, c est a; item & hæc, c est b. At bene sequitur, c est b, & c est a; igitur aliquod a est b, per secundam dignitatem eodem loco positam. Maior autem est uera, item & minor, ut ostensum est; igitur & conclusio est bona. Cuius etiam contradictoria nullum a est b, posita est uera, sunt igitur dux contradictoriæ simul ueræ, quod est impossibile. Erat igitur prima conuersio bona. ¶ Secunda pars est, Vniuersalis negatiua conuertitur per accidens in suam particularem negatiuam: ut nullus homo est lapis, ergo quidam lapis non est homo. Quæ sic ostenditur. Sit data uniuersalis negatiua, nullum a est b, dico eam rectè conuerti in hæc, quoddam b non est a. Patet: nam bene sequitur, omne b est a, ergo quoddam a est b, per conuersionem uniuersalis affirmatiuæ in suam particularem; ergo ad oppositum consequentis, nullum a est b, sequitur oppositum antecedentis, quoddam b non est a, per regulam consequentiarum, ante conuersionis determinationem demonstratam, Posset &

hæc pars ostendi per primam huius regulæ partem, coradiuuante secundo loco lege subalternarum, & denique consequentia de primo ad ultimum facta. Tertia pars est, Vniuersalis negatiua conuertitur per contrapositionem in particularem negatiuam: ut nullus homo est lapis, ergo quidam non lapis non est non homo, huius autem demonstratio indiget auxilio conuersionis particularis negatiuæ per contrapositionem; ideo ea prius ostendenda est. ¶ Tertia regula, Particularis negatiua conuertitur in particularem negatiuam per contrapositionem, ut quidam homo non est lapis, ergo quidam non lapis non est non homo. Quæ sic ostenditur. Sit data particularis negatiua, quoddam a non est b. Dico eam bene conuerti in hanc, quoddam non b non est non a. Nam bene sequitur, quoddam a non est b, & a est, ergo quoddam a est non b; per tertiam regulam paulo ante positam. Et ultra sequitur: quoddam a est non b; ergo quoddam non b est a, per conuersionem particularis affirmatiuæ in seipsam. Et ultra ad hanc, quoddam non b est a, sequitur ista, quoddam non b non est non a, per primam regulam; ergo de primo ad ultimum sequitur: quoddam a non est b, ergo quoddam non b non est non a. Quod si in antecedente exprimitur constantia subiecti antecedentis, talis consequentia erit formalis, alioquin solum erit materialis. Ex hac regula, tertix regulæ præcedentis pars ita ostenditur. Sit data uniuersalis negatiua, nullum a est b, dico eam bene conuerti in hæc particularem negatiuam, quoddam non b non est non a. Nam bene sequitur, nullum a est b, ergo quoddam a non est b, ab uniuersali ad suam particularem. Et ultra sequitur, quoddam a non est b, ergo quoddam b non est non a, per tertiam regulam modo ostensam, ergo de primo ad ultimum bene sequitur, nullum a est b, ergo quoddam non b non est non a, quod est propositum. ¶ Quartæ regulæ ostendentis conuersionem particularis affirmatiuæ exemplum; ut necessario sequitur, aliquis homo est aial, ergo aliquod aial est homo. Quæ sic demonstratur. Sit data particularis affirmatiua, quoddam a est b. Dico eam bene conuerti in particularem affirmatiuam, quoddam

best a. Patet: nam formaliter sequitur per secundam regulam conuersionum, nullum b est a, ergo nullū a est b; igitur ad oppositum consequentis, quoddam a est b, formaliter sequitur oppositum antecedētis, quoddam b est a, quod est propositum.

## F A B E R.

¶ Si consequentia propter defectum vel defectus non valeat, amoto illo, vel amotis illis, consequentia valebit.

¶ Semper valet conuersio, dummodo non argumentetur à non distributo aut indebitè à confuso. Sola forma qua Aristoteles vtitur pertinet ad disciplinas: cetera autem sunt à disciplinis reiecta.

¶ Vniuersalis affirmatiua de prædicato transcendente et particularis negatiua de subiecto non supponente, nō conuertuntur per contrapositionem.

¶ Transcendens in ea significatione qua vtitur, vt ad omnia commune est.

## C L I C H T O V E V S.

¶ Primæ regulæ hic positæ (quæ est dignitas, intellectus terminis, apprimè nota) exemplū: ut hæc cōsequētia nō ualet, quoddā aial nō est hō, ergo quidā homo nō est aial, quod ibi fiat argumētatio à nō distributo ad distributū: ergo illo defectu remoto, & nullo alio de nouo cōmissio, prædicta cōsequētia erit bona, hoc pacto. Quoddā animal nō est homo, ergo quidā homo animal nō est. Quāuis enim particularis negatiua, neq; simpliciter, neq; per accidens cōverti possit secundū formā Aristotelis, tñ bene cōuertitur secundū formas sophistarū, quas sequens regula ostendit. ¶ Nempè per primā, proximè sequētis regulæ partē, particularis negatiua sex modis conuerti potest: in sophismatū determinatione tantūmodo locū habentibus. Primo, in particularē negatiuā, cui prædicato addit signū uniuersale: ut quoddā a nō est b, ergo quoddā b nō omne est a. Secundo, in particularem negatiuam, cuius prædicato additur pronomen idem; ut quoddam a

non est b, ergo quoddam b non est idem a. Tertio, in particularem negatiuam de prædicato negationi præposito & non distributo: ut quoddam a nō est b, ergo quoddā b, a non est. Quarto, particularis negatiua conuertitur in uniuersalem negatiuam de prædicato sumpto cum signo uniuersali: ut quoddam a non est b: ergo omne b nō omne est a. Quinto, in uniuersalem negatiuam de prædicato sumpto cum relatiuo idem: ut quoddam a non est b, ergo omne b non est idem a. Sexto, in uniuersalem negatiuam de prædicato negationi præposito, & exinde particulariter sumpto: ut bene sequitur, quoddam a non est b, ergo omne b aliquod a nō est. Secundæ partis eiusdem regulæ exemplum: ut nō sequitur, omnis homo est animal, ergo animal est omnis homo, q̄ ibi fiat argumentatio indebitè à confuso, hoc est à termino stante confuso tantum in antecedente, ad eundem stantem determinatè in consequente, signo manente confusio: illo autem defectu amoto per regulam præcedentē, bona erit cōuersio: ut omnis homo est animal, ergo animal est homo.

¶ Forma autem qua vtitur Aristoteles, est in qua extremes ma debito ponuntur situ: ut subiectum ante copulam, & prædicatum post copulam. Quod si nonnunq; prædicatum copulæ & negationi gratia elegantia præponitur: intelligitur tamen utriq; postpositum, & eodem penitus modo sumptum ac si postponeretur. Præterea ubi extremes ma, termini sunt communes & non singulares. Vbi itidē prædicato non additur aliquod signum uniuersale, aut aliud quicq; propositionem reddens ineptam, & affirmatiuæ prædicatum particulariter, negatiuæ uerò uniuersaliter sumatur. Vbi deniq; copula absoluitur à tempore. Cæteræ autem formæ, in quibus copula accipitur pro determinato tempore, aut aliquid aliorū quæ dicta sunt, deest, sunt à disciplinis reiectæ. Et inuestigatur huiusmodi propositiones per regulas ampliatiouum, ut omnis homo est currens: ergo quoddam currens est homo. Omnis homo fuit currens: ergo q̄ fuit currens, est uel fuit hō. Ois homo erit currens: ergo quod erit currens, est uel erit homo: & ita de cæteris per regularū ampliatiōis ordi-

nē: obſerua ta ſemper hac regula, In oī cōuerſiōe termi  
ni teneant̄ uniuocē: neq; lati⁹, neq; preſſi⁹, neq; diſſimili  
nō appellēt: ſed eodē nō teneant̄. ¶ Sequēſ regula duas  
cōtinet p̄ticularē. P̄tia, Vniuerſalis affirmatiua de p̄dici  
zato trāſcedēte, nō cōuerſi⁹ p̄ cōtrapoſitionē. Vt nō ſeq̄t  
omnis homo eſt ens; ergo omne nō ens eſt nō homo. cū  
antecedens ſit uerū & cōſequens falſum. cū ſit propoſi  
tio affirmatiua, cuius ſubiectū, nō ens pro nullo ſuppo  
nit, ex quo terminus eius finitus, ens, p̄ quolibet accipi  
tur. ¶ Secūda pars eſt, Particularis negatiua de ſubiecto  
nō ſupponēte, nō cōuertitur per cōtrapoſitionē. Vt non  
ſequitur: chimæra nō eſt homo; ergo aliquis non homo  
nō eſt nō chimæra, cū antecedens ſit uerū & cōſequens fal  
ſum: ex quo ei⁹ cōtradictoriū, oīs nō homo eſt nō chimæ  
ra, ſit uerum. Quōd enim terminus finitus chimæra pro  
nullo accipitur: eius terminus infinitus, non chimæra,  
pro quolibet accipitur ſicut & ens: prædicta igitur uniu  
uerſalis affirmatiua, æquiualeat iſti, Omnis non homo eſt  
ens. at illa eſt uera: igitur & ſua æquiualens, omnis non  
40 homo eſt non chimæra. ¶ In prima autem parte regulę,  
ſumitur trāſcendens pro trāſcendente ſecundam ſigni  
ficationem: quod ſcilicet ſignificationem habet commu  
nem, omnia ſuo ambitu complectentem, ut ens, aliquid,  
res, unum: quæ quidem trāſcendentis ſignificatio apud  
Ariſtotelem non eſt probata, uocantem id trāſcendens,  
quod aptum eſt uocabulum ad philoſophandum de re  
bus ſupramundanis, hæc ſenſibilia longē trāſcendentia  
bus: ut ens, unum, bonum, uerū, & reliqua diuinæ phi  
loſophiæ nomina.

## De Propoſitione hypothetica.

FABER.

**P**ropoſitio hypothetica, eſt propoſitio plures habens  
categoricas partes principales ſiue atq; adinuicem  
coniunctas.

¶ Propoſitio conditionalis, eſt propoſitio hypothetica, cui⁹  
ius principalis copula eſt nota illatiōis ſi, aut illi æqualis.

¶ Conditionalis uera, eſt conditionalis cuius antecedens  
eſſe uerum, conſequente exiſtente falſo, eſt impoſſibile.  
Antecedens conditionalis, eſt prima eius pars. Et conſe  
quens, eſt eius ſecunda.

¶ Prima pars cōditionalis, eſt ea cuius pars que immediat  
ius coniunctionem ſi, aut æquiualens ſequitur.

¶ Conditionalis falſa, eſt conditionalis cuius poſſibile eſt  
antecedens eſſe uerum, conſequente exiſtente falſo.

¶ Copulatiua, eſt propoſitio hypothetica, cuius principalis  
copula eſt coniunctio copulatiua &, aut æquiualens.

¶ Copulatiua uera, eſt copulatiua, cuius utraque partium  
uera eſt. Pars, pars principalis, propinqua, tota.

¶ Copulatiua falſa, eſt copulatiua cuius altera partium  
eſt falſa.

## CLICHTOUEVS.

**P**ropoſitiōis hypotheticæ diſſinitio, duplices 41  
eius ptes explicat: ſcilicet materiales que ſunt  
plures categoricæ: aut duæ, ſi ſimplex ſit hy  
pothetica: aut plures duab⁹, ſi ſit hypothetica  
cōpoſita. Simplex qdē hypothetica, eſt cui⁹ utraq; pars  
principalis, eſt propoſitio categoricæ: ut homo ſedet, &  
equus mouetur. Cōpoſita uerò: cuius altera pars princi  
palis eſt propoſitio hypothetica: ut oē aīal eſt ſenſibile,  
& oīs homo eſt aīal; ergo oīs homo eſt ſenſibilis. Et hæc  
in analogia reſpōdet p̄poſitioni categoricæ: cuius alterū  
extremū eſt cōplexū, ut aīal rationale eſt ſubſtantia, illa  
uerò categoricæ cuius utrūq; extremū eſt incomplexū:  
ut homo eſt aīal. ¶ Secūdo, eadē diſſinitio explicat partē 42  
formalem ſiue copulā partium principalium: quæ eſt cō  
iunctio aut aliquid cōiunctiōne includens: perinde atq;  
copula uerbalis eſt copula propoſitionis categoricæ.  
Exemplum diſſinitionis, ut ſi homo eſt animal, homo eſt  
ſubſtantia. Partes principales ſunt hæc duæ categori  
cæ, homo eſt animal, homo eſt ſubſtantia, adinuicem

43 coniunctione si, copulata. ¶ Sunt autem propositiones hypotheticæ tres præcipuæ species: conditionalis, copulatiua, & disiunctiua: ad quas cæteræ oēs reducuntur, ut sequentia ostendent. Propositionis conditionalis exemplū, ut si hō currit, hō mouetur: cuius principalis copula est nota illationis si. Similiter homo currit, ergo homo mouetur: cuius principalis copula æquiualeat notæ illationis si.

44 ¶ Vnde ois propositio hypothetica, cuius partes per notam illationis cōnectuntur, ad conditionalem reducitur: nam quælibet illationis nota, æquiualeat notæ illationis si. In omni autem cōsequentiā, principalis copula, est nota illationis per diffinitionem. quare omnis consequentia, aut conditionalis est, aut ad conditionalem reducitur. De conditionali uera, exemplū, ut si ois homo sedet: aliq̄s homo sedet, cuius impossibile est antecedens esse uerum: cōsequente existēte falso. Data autem conditionalis antecedens est, ois homo sedet, quia est prima pars conditionalis, & immediate sequens notā illationis si. cōsequens uerò eiusdem est, aliquis hō sedet: quia est secunda pars conditionalis, & nō sequens immediate cōiunctionē si. Quod si trāspōsitus fuerit propositio um ordo hoc modo: aliquis hō sedet, si ois homo sedet: nihilominus propositio, ois homo sedet, & antecedens, quāuis secundo ponatur loco, & aliq̄s homo sedet, est consequens tamen si primo loco constituatur. Non enim hic, ordo partium secundū sitū cōsideratur: sed secundū cōsequentiā & collocationē ad notam illationis. In rationalibus autem propositionibus, quæ ad conditionales reducuntur, antecedens est propositio præcedens notā illationis: cōsequens uerò, quæ eā sequitur, ut ois homo sedet: ergo homo sedet, propositio, ois homo sedet, est antecedens: & homo sedet, est cōsequens. ¶ Conditionalis falsæ exemplū, ut si omnis homo sedet, aliquis homo loquitur. Siquidem possibile est antecedens esse uerum: cōsequente existente falso. Et summatim, ois bona consequentia est conditionalis uera, & ediuersa, ut ex diffinitionibus utriusq̄ constat. Similiter omnis mala consequentia, est conditionalis falsa, & eōtra: ut utriusq̄ diffinitiones clarè ostendunt. ¶ De propositione copulatiua

tiua exemplum: ut omnis homo est animal, & ois homo est rationalis. in qua principalis copula est coniunctio copulatiua &. Cui quidem cōiunctioni æquiualeat cæteræ coniunctiones copulatiuæ: ac, atq̄, q̄, nec, neq̄. Eadem propositio data, est exemplum copulatiuæ ueræ, cū eius utraq̄ pars sit uera. Sanè cuiuslibet copulatiuæ, duæ sunt partes: prima scilicet quæ præcedit coniunctionem copulatiuam: & secunda, quæ eam sequitur. Et sumitur hic, imò in tota hypotheticarum determinatione, pars p̄ parte principali & totali siue propinqua, quæ scilicet totius hypotheticæ solum pars est & non partis, & non pro parte minus principali, partiali siue remota: quæ est pars partis, & non solum totius. Quare istæ non sunt copulatiuæ ueræ, Aristoteles fuit quando Adam fuit: Aristoteles fuit ubi Adam fuit. Nā licet partes remotæ eiusdem copulatiuæ quæ sunt, Aristoteles fuit, Adam fuit, sint simul ueræ: non tamen partes principales & propinquæ, quæ per resolutionem aduerbii sumendæ sunt. Primæ enim propositionis principales partes sunt, Aristoteles fuit in aliquo tempore, & in eodem Adam fuit, quarum secunda pars, est manifeste falsa. Secundæ uerò propositionis partes propinquæ sunt: prima, Aristoteles fuit in aliquo loco: secunda, & in eodem Adam fuit. Et hæc etiam est falsa: quare ambæ sunt copulatiuæ falsæ. ¶ Copulatiuæ falsæ exemplū, ut omnis homo est animal, & aliquis homo est lapis. Siquidem altera eius pars, scilicet secunda, est falsa. Ita si prima pars solum sit falsa, ut homo est lapis, & homo est animal. Deniq̄ si utraq̄ pars fuerit falsa, ut homo est lapis, & equus est alinus: tota copulatiua per diffinitionem est falsa.

## F A B E R.

¶ Sub copulatiua continentur temporalis, localis, similitudinis, expletiva, causalis, relatiui substantiæ, quantitatis, qualitatis, & expōnibiles. Expōnibiles sunt exclusiue, exceptiue, reduplicatiuæ, comparatiuæ, de differt & equiualentibus de incipit & desinit. Sub incipit comprehenduntur



duntur generatur, fit, acquiritur. Sub desinit verò: corrumpitur, deperditur, non fit, & similia.

¶ Temporalis est propositio hypothetica, cuius principalis copula aut eam includens, est aduerbium temporis. Et ita de alijs suo modo dicatur.

¶ Causalis, est propositio hypothetica, cuius principalis copula est coniunctio quia aut equivalens.

¶ Causalis vera, est causalis cuius cum utraq; partium fuerit vera: prima est causa secunde. Quæ em immediatus sequitur quia, aut equivalens: est eius prima pars. Id est causa alterius, quod ad quæsitium. Quare, de eo conuenienter respondetur.

## CLICHTOVEVS.

45 ¶ Sub copulatiua continentur propositiones hypotheticæ. nõ habentes explicitã coniunctionẽ copulatiuã, sed alterã copulã, ipsam includentẽ: quare implicite sunt, & per copulatiuã explicitã resoluẽde: ut quæ in litera numeratur. De tpali exẽplũ. ut sol lucet quã dies est. quæ qdem ita resoluuntur: sol lucet in aliquo tpe, & in eodẽ dies est. Propositio localis, est propositio hypothetica, cuius principalis copula est aduerbiũ loci: ut Ioãnes sedet, ubi Petrus scribit. Propositio similitudinis, est propositio hypothetica, cuius principalis copula est aduerbiũ similitudinis, ut Ioannes scribit, sicut Petrus legit. Expletiva, est propositio hypothetica, cuius principalis copula est cõiunctio expletiva, ut ois hõ est aial, aliq; aut hõ sedet. De causali, quæ in litera post tpalẽ diffinit, exẽplũ. ut qa sol lucet, dies est. quæ sic explicatur: sol lucet, & ideo dies est. Propositio relatiuĩ substantiæ, est propositio hypothetica cuius principalis copula est relatiuũ substantiũ, ut hõ currit qui mouetur, quæ sic resoluuntur. homo currit, & ille mouetur. Propositio relatiuĩ quantitatis, est cuius principalis copula est relatiuum quantitatis. ut Sortes est bicubitus, quãtus est Plato: hoc est, & tantus est Plato. Sic relatiuĩ qualitatis propositio, est cuius princi

palis copula, est relatiuũ qualitatis: ut Sortes est albus, qualis est Plato: hoc est, & talis est Plato. Propositio aut exponibilis, est propositio hypothetica, cuius principalis copula est signũ exponibile, aut exclusiuũ, ut tantũ aial est homo, & ea est exclusiua: aut exceptiuũ, ut omne aial præter hoĩem est irrationale, & illa est exceptiua: Aut reduplicatiuũ, ut homo inquantũ est rationalis, est risibilis: & illa est reduplicatiua. Et ita de alijs, quæ in suppositionibus declarata sunt. Sub uerbo aut, incipit, cõpraehenduntur uerba acquisitionem denotantia, ut generatur, fit, acquiritur. Sub, desinit, uerba significãtia de perditione: ut corrumpitur, deperditur, non fit. Ex quibus cõstitutæ propositiones, hypotheticæ sunt: & eodem modo exponuntur sicut propositiones de incipit & desinit. Nam de æquivalentibus idem est iudiciũ. ¶ Et si in prædictis exponibilibus non ponit negatio cadẽs super signum exponibile à quo denominantur, ipsa exponuntur per copulatiuam, & sunt copulatiuæ. Si uero cadat negatio supra signum exponibile, exponuntur per disiunctiuã, & sunt disiunctiuæ: ut in arte suppositionũ amplius est ostensum. Ois aut propositio quæ sub copulatiua cõtinetur, uerã sunt: quarũ utraq; pars est uerã: ut tẽporalis uerã, est temporalis cuius utraq; pars est uerã: ut Aristoteles fuit quando Plato fuit. Falsã autẽ, cum earum altera pars est falsa: ut tẽporalis falsa, est temporalis cuius altera partũ est falsa: ut Aristoteles fuit quando Adam fuit, & ita de cæteris per analogiam, præter solam causale ad cuius ueritatem præter utriusq; partium ueritatem requiritur: quæ prima pars eius sit causa secunda: hoc est quæ prima conuenienter respondeatur ad quæsitium quare, de secunda parte: ut quia ignis est leuis, mouetur sursum. Cuius prima pars est, ignis est leuis, cum immediatus sequatur coniunctionem quia. secunda uerò pars est, ignis mouetur sursum, cum non sequatur immediatus coniunctionem quia. Et data propositionis utraque pars est uerã, & prima pars est causa secunda. Nam quærenti, cur ignis mouetur sursum: recta datur responsio: quia ignis

est leuis. Causalis autem falsa, est causalis cuius altera partium est falsa, aut cuius prima pars non est causa secūda: ut quia homo est animal, homo est lapis. similiter quia sol lucet, homo sedet; cuius prima pars non apte de secunda respondetur.

## F A B E R.

¶ Disiunctiua, est propositio hypothetica, cuius principalis copula est cōiunctio disiunctiua vel, aut equiualens.

¶ Disiunctiua vera, est disiunctiua cuius altera partium vera est.

¶ Disiunctiua falsa, est disiunctiua cuius utraq; partium est falsa.

¶ Est & alia disiunctiue significatio apud diuum Seuerinum & alios latinos: de qua nihil est presens.

¶ Que dicuntur de hypothetica: intelliguntur de affirmatiua.

¶ Erit enim affirmatiua, quando principalis copula non negabitur.

¶ Pars, pars principalis, vt & vbiq; superius intelligendum est.

¶ Propositio possibilis, est propositio que potest esse vera.

¶ Propositio contingens, est propositio que potest esse vera, & que eadem potest esse falsa.

¶ Propositio impossibilis, est propositio falsa, que non potest esse vera.

¶ Propositio necessaria, est propositio vera, que falsa esse non potest.

## C L I C H T O V E V S.

¶ De propositione disiunctiua exemplum: ut omnis homo est animal, uel omnis homo est lapis: in qua principalis copula, est coniunctio disiunctiua uel. Cui quidem aq; uiualent ceteræ coniunctiones disiunctiue, ut seu-

siue,

siue, aut. Eadem est disiunctiua uera, cum altera eius partium, utpote prima, sit uera. Quod si secūda disiunctiue pars solum sit uera: ut homo est lapis, aut homo est animal: aut si utraq; pars uera fuerit: ut hō est animal, uel homo est rationalis, tota disiunctiua per diffinitionē est uera. Quare tribus modis contingit dare disiunctiuā ueram, & solum uno modo falsam, cum scilicet utraq; pars eius est falsa, ut homo est equus, uel homo est lapis: opoposito ad copulatiuam modo. Prima autem pars disiunctiue est, que præcedit cōiunctionem uel. Secūda uerò, que sequitur: sicut in copulatiua dictū est. ¶ Diuus autē 47 Seuerinus Boetius in quinto libro suorum commentariorum in topica Ciceronis, & Cicero eodem in loco, aliam ponunt disiunctiue significationem, uocantq; disiunctiuam propositionem hypotheticam, ex repugnantibus per coniunctionem disiunctiuam coniuictis constituta: cuius una pars posita interimit alteram: & una pars inuoluntate ponit alteram, ut dies est, aut nox est. Nam ad affirmationem primæ partis, sequitur negatio secundæ, hoc modo. Sed dies est, ergo non est nox. Similiter ad negationem primæ partis, sequitur affirmatio secundæ, hoc modo: sed non est dies, ergo est nox. Boetij quidem uerba sunt hæc. Quartus modus in disiunctione consistit hoc modo. Aut dies est, aut nox est, sed dies est: nox igitur non est: huius hæc ratio est: quia in disiunctiua enumeratione proposita, prior eius pars assumitur affirmatōdo, ut sequens auferatur. Ex ea enim propositione que dicit aut dies est, aut nox est: assumimus. Atqui dies est: scilicet affirmantes esse diem, quam affirmationem assumptionis, statim consequitur non esse noctem. Ciceronis autem uerba sunt hæc. Reliqui dialecticorum modi plures sunt, qui ex disiunctione constant, ut hoc aut illud, hoc autē, non igitur illud. Itemq;, aut hoc, aut illud: non autē hoc, igitur illud. Quæ cōclusiones idcirco raræ sunt: qudd in disiunctione plus uno uerum esse non potest. Hac autem disiunctiue significatione potissimum rhetores utuntur: & ergo talis disiunctiua, rhetorica dicitur.

¶ Quæcunq; autem de ueritate & falsitate hypotheticæ 48

carum dicta sunt intelliguntur solum de affirmatiuis, & quarum principalis copula non negatur, quãuis interdũ inter partes ponatur negatio, quę non cadit in copulam principalem: ut si Ioannes est homo, Ioannes est animal, si Ioannes non est animal, Ioannes non est homo. Quas si quis uelit facere negatiuas, præponat toti propositioni negationem cadentem super copulam principalem: ut nõ si Ioannes est homo, Ioannes est animal, non Ioannes est homo, & Ioannes est animal. Hic enim unicus est cõtradicendi in hypotheticis modus: aut toti propositioni præponendo, aut præpositam auferendo negationem. Neque alia præter contradictionem in hypotheticis inuenitur oppositio. ¶ Cum autem affirmatio clarior sit negatio: ad cognoscendam ueritatem, aut falsitatem negatiuę obsecutoris, respiciendum est ad suã affirmatiuã manifestior rem: quę si uera fuerit: negatiua eius contradictoria est falsa. Et si affirmatiua falsa: negatiua eius contradictoria est uera. Ut hæc negatiua, non si homo sedet, baculus stat in angulo: cognoscitur esse uera, quia eius affirmatiua, si homo sedet, baculus stat in angulo, est falsa. ¶ Quatuor autem sequentes diffinitiones, magnum habent in logica pondus & momentum, & principia sunt: quorum non est quaerenda causa, ualentq; ad sequentium regularũ demonstrationes. De propositione possibili sumatur exemplum: ut homo est sedens. De contingenti: ut homo est ambulans. De impossibili, ut homo est lapis. De necessariis: homo est animal. Et horum quatuor diffinitionum primum est secundo & quarto superius, tertio autem repugnans, secundum tertio & quarto, itidem & tertium quatuor repugnans.

## Consequentiarum Regula.

FABER.

¶ *Quid cõsequentiã: mala, bona, materialis, formalis, quid antecedens, quid consequens: prius dictum iam est.*

¶ *Ab uniuersali ad suã particularem, est formalis consequentiã.*

- 2 ¶ *Ab æquivalenti ad suã æquivalentem est formalis consequentiã.*
- 3 ¶ *A conuersa ad conuertentem, est formalis consequentiã.*
- 4 ¶ *Si antecedens sequitur consequens: ad oppositum consequentis sequitur oppositum antecedentis.*
- 5 ¶ *Si ad oppositum consequentis sequitur oppositum antecedentis: ad antecedens sequitur consequens.*
- 6 ¶ *Quicquid sequitur ad consequens bonę consequentię: sequitur ad eius antecedens.*
- 7 ¶ *Ad impossibile sequitur quodlibet. Necessarium ex quo libet. & hæc due non sunt disciplinis applicabiles.*

## CLICHTOVS.

- 1 ¶ *Prima regula consequentiarum, numero decimonono huius introductionis demonstrata est.*
- 2 ¶ *Secunda uerò, 50 numero uicesimotertio & uicesimoquarto. ¶ Quatuor enim modis potest fieri ab æquivalenti ad suã æquivalentem consequentiã. Primo, ab uniuersali affirmatiua ad suã æquivalentem, ut omnis homo currit, ergo nõ quidam homo non currit. Secundo, ab uniuersali negatiua, ut nullus homo currit, ergo omnis homo nõ currit. Tertio, à particulari affirmatiua, ut quidam homo currit, ergo nõ nullus homo currit. Quarto, à particulari negatiua ad suã æquivalentem, ut quidam homo non currit, ergo non omnis homo currit. Et earum quælibet etiã sit ediuerso, à consequente ad antecedens per eandẽ regulã procedendo.*
- 3 ¶ *Tertia regula (quę solũ de cõuersione simplici & p accidens intelligitur) numero 34, 35, & 37 huius introductionis ostensa est.*
- 4 ¶ *Quarta uerò, nõero 29.*
- 5 ¶ *Quinta, prius numero tricesimo demonstrata est.*
- 6 ¶ *Sexta, eodem itidem numero prius pbata: quare earũ hic repetẽda nõ sunt exẽpla neq; pbationes.*
- 7 ¶ *Septima 51 regula, duas habet partes. Prima est, an antecedens impossibile sequitur quodlibet cõsequens, ut bene sequitur homo est lapis, ergo baculus stat in angulo. Quę sic pbatur.*

Sit, a est, ppositio impossibilis. Dico ad eā seq̄ quodcūq; cōsequens. Vt ppositionem. b est. Patet: quia si non sequatur, a est, ergo b est, si gratia disciplinæ antecederet uerum & consequens falsum. Cū antecedens, a est, sit uerum p hypothesin: ipsum potest esse uerū: & per positū est ppositio impossibilis: igitur ppositio impossibilis potest esse uera, qd̄ est suæ diffinitionis oppositum. ¶ Secūda pars est. Consequens necessariū ex quolibet antecedente sequitur, ut bene sequit̄, homo est alinus, ergo homo est aial. Quæ sic ostendit̄. Sit b est, ppositio necessaria. Dico eā sequi ex quolibet antecedeute ut ex isto, a est. Patet: quia si nō sequat̄ a est, ergo b est, sit p diffinitionē maiōr cōsequentia antecedens uerū & consequens falsum. Cū p hypothesin cōsequens sit falsum, ipsum potest esse falsum. Et positū est esse necessariū: igitur ppositio necessaria potest esse falsa, quod est cōtra ipsius diffinitionem. Et hæ dux regulæ nō habent applicationem in disciplinis, quod nullam habeant probandi efficaciam.

## FABER.

- 8 ¶ A tota conditionali cum positione antecedentis ad positionem consequentis, est formalis consequentia.
- 9 ¶ A tota conditionali cum destructione consequentis ad destructionem antecedentis, est formalis consequentia. Destruere, est oppositum contradictorium sumere.
- 10 ¶ Ad omnem conditionalem sequitur alia conditionalis eiusdem consequentis: cuius antecederes antecedit ad antecederes primæ.
- 11 ¶ Ad omnem conditionalem sequitur alia conditionalis, cuius antecedens est oppositum consequentis primæ, & consequens oppositum antecedentis primæ.
- 12 ¶ A tota conditionali cum positione consequentis ad positionem antecedentis: non est necessaria consequentia.
- 13 ¶ A tota conditionali cum destructione antecedentis ad destructionem consequentis, similiter nō est firma consequentia.

## CLICHTOVEVS.

- 8 ¶ Octauæ regulæ exemplum, ut si omnis homo est animal, aliquis homo est aial, sed omnis homo est animal, ergo aliquis homo est animal. Quæ sic ostenditur. Sit data conditionalis: si a est, b est. Dico ab ea cum positione antecedentis ad positionem consequentis necessariam esse consequentiam, & formaliter sequi: si a est, b est. sed a est, ergo b est. Patet: nam positio antecedente uero, necesse est consequens esse uerum. Sit enim per hypothesin antecederens si a est, b est: sed a est, uerum. cum ipsum sit ppositio copulatiua: eius utraq; pars per diffinitionem copulatiuæ ueræ, est uera. quare a est, eius secunda pars, est uera; & si a est, b est: eius prima pars itidem uera, & ea ipsa est conditionalis: ergo per diffinitionem conditionalis ueræ impossibile est antecedens eius esse uerum, consequente existente falso. Atqui antecedens a est, ostensum est esse uerum; ergo & consequens b est, est uerum. Et idem est consequens totius consequentiæ datæ: igitur totius consequentiæ consequens est uerum: quare data consequentia est bona. Et cum datis quibuscūq; alijs terminis consimilis argumentandi sit forma, data consequentia est formalis: quod est ppositum. Posset eadem regula probari per impossibile, positio toto antecedente, uero & consequente falso, eodem sermo procedendi modo.
- 9 ¶ Nonæ regulæ exemplum: ut si homo est insensibilis, aial est insensibile. Sed nullum animal est insensibile, ergo nullus homo est insensibilis. Quæ sic ostenditur. Sit data conditionalis si a est, b est. Dico ab ea cū destructione siue contradictorio consequentis ad destructionem, contradictoriumq; antecedentis formalem esse consequentiam: hoc modo, si a est, b est. sed nullum b est, ergo nullum a est. Patet: quia si non sequatur: sit antecedens uerū & consequens falsum, per diffinitionem maiōr consequentiæ. Cum consequens, nullum a est, sit falsum: suum contradictorium a est, est uerum. Et cum totum antecedens sit uerum, & sit una copulatiua, per diffinitionem copulatiuæ ueræ, eius utraq; pars est uera: quare nullū b est, secunda eius pars, est uera: itidem & prima eius pars, si

a est, b est, uera. Et hæc est conditionalis: ergo per diffinitionem conditionalis ueræ, impossibile est antecedens eius esse uerum, consequente existente falso. At qui antecedens eius, a est, probatum est uerum: igitur & consequens, b est, etiam est uerum. Et suum contradictorium idemdem positum est uerum: sunt igitur duæ contradictoriæ simul ueræ quod est impossibile. Erat igitur prima consequentia necessaria. Et argumentationes per has regulas formatæ: syllogismi sunt hypothetici disciplinis aptissimi. ¶ Decimæ regulæ exemplum, ut bene sequitur, si homo sedet, animal sedet: ergo si omnis homo sedet, animal sedet: ubi ad primam conditionalem, sequitur secunda eiusdem consequentis. Et secundæ conditionalis antecedens, antecedit ad antecedens primæ: cum antecedens secundæ, rectè infert antecedens primæ, nam bene sequitur, omnis homo sedet, ergo homo sedet, quæ sic ostenditur. Sit data conditionalis, si a est, b est. Dico rectè sequi: si a est, b est, ergo si omne a est, b est. Patet, nam posito antecedente uero, necesse est & consequens esse uerum. Sit enim per hypothesin antecedens uerum, ipsum per diffinitionem est bona consequentia & rectè sequitur: si a est, b est. Tunc sic, rectè sequitur per hypothesin, si omne a est, a est, cum antecedens secundæ positum sit inferre antecedens primæ. Et ultra sequitur, ut nunc ostensum est, si a est, b est: ergo de primo ad ultimum bene sequitur: si omne a est, b est, per sextam regulam consequentiarum: quare per diffinitionem ipsa est conditionalis uera: & est consequens data consequentiæ, igitur & consequens est uerum: quare data consequentia est bona. ¶ Undecimæ regulæ exemplum, ut si homo sedet, animal sedet: ergo si nullum animal sedet, nullum homo sedet. Vbi secundæ conditionalis antecedens est oppositum: & contradictorium consequentis primæ, & consequens oppositum antecedentis. Quæ sic ostenditur. Sit data conditionalis, si a est, b est. Dico bene sequi, si a est, b est: ergo si nullum b est, nullum a est: & posito antecedente uero, consequens debet esse uerum. Sit enim per hypothesin, antecedens uerum: si a est, b est, ipsum

per diffinitionem est bona consequentia: cuius a est, est antecedens: & b est, consequens. Cum itaq; rectè sequatur, si a est, b est: ergo per quartam regulam consequentiarum, ad oppositum consequentis sequitur oppositum antecedentis: quare etiam rectè sequitur, si nullum b est, nullum a est: igitur & hæc per diffinitionem est conditionalis uera. Et est data consequentiæ consequens: igitur & consequens est uerum. Itaq; data consequentia qua ex una conditionalis sequitur altera, est bona: quod est propositum. Et consimiliter in alijs quibuslibet terminis argumentabere. ¶ Duodecimæ regulæ exemplum, ut non sequitur, si omnis homo sedet, aliquis homo sedet, sed aliquis homo sedet, ergo omnis homo sedet. Quæ sic ostenditur. Sit per secundam partem legis subalternarum particularis, a est b, uera: sua uniuersali, omne a est b, existente falsa. Dico non rectè sequi, si omne a est b, aliquod a est b: sed aliud quod a est b, ergo omne a est b. Patet: quia illius consequentiæ antecedens est uerum, & consequens falsum. Quod enim consequens sit falsum, manifestum est per hypothesin. Quod autem antecedens sit uerum, patet: quia est una copulatiua cuius utraq; pars est uera. Secunda enim pars per hypothesin est uera, scilicet aliud quod a est b. Prima aut pars, si omne a est b, aliquod a est b, imò necessaria consequentia per primam regulam consequentiarum, ergo per diffinitionem est conditionalis uera: quare & prima pars est uera. Itaq; per diffinitionem malæ consequentiæ, constat datam consequentiam non esse bonam: quod est propositum. ¶ Decimæ tertie regulæ exemplum: ut non sequitur: si omnis homo sedet, aliquis homo sedet: sed non omnis homo sedet, ergo non aliquis homo sedet. quæ sic demonstratur. Sit per legem subalternarum particularis aliquod a est b uera: sua uniuersali omne a est b, existente falsa. Dico non rectè sequi, si omne a est b, aliquod a est b, sed non omne a est b, ergo non aliquod a est b. Patet: nam data consequentiæ antecedens est uerum, & consequens falsum. Quod enim consequens sit falsum, manifestum est:

cum per hypothesin eius cōtradictoriū, aliquid a est b, sit uerū. Quòd a sit antecedens sit uerū, cōstat: quia est copulatiua, cui<sup>9</sup> utraq; pars est uera. Siquidē prima pars, si<sup>9</sup> a est b, aliquid a est b, est uera: cum sit bona cōsequētia per primam regulā cōsequētiarum. Et secunda pars, nō omne a est b, etiā est uera: cum per hypothesin sua cōtradictoria, omne a est b, sit posita falsa. Quare per diffinitionem malæ consequentiæ, data consequentia est mala: quod est propositum.

## FABER.

- 14 ¶ Si ad aliquam copulatiuam sequitur aliquid consequens ad oppositum consequentis cum alterutra partium copulatiuæ sequitur oppositum alterius partis.
- 15 ¶ A tota copulatiua ad alteram eius partem, est formalis consequentia.
- 16 ¶ A destructione partis copulatiuæ, ad destructionem totius, est formalis consequentia.
- 17 ¶ A parte copulatiuæ ad totam copulatiuā, non necessaria est consequentia.
- 18 ¶ A destructione totius copulatiuæ, ad destructionem partis eius, simili modo, non valet consequentia.

## CLICHTOEVVS.

- 58 ¶ Decimæ quartæ regulæ exemplū: ut ad hanc copulatiuam, homo est animal, & homo est rationalis, sequitur hoc consequens, homo est animal rationale: quare ad oppositum consequentis, cum prima parte, sequitur oppositum secundæ partis, hoc modo: nullus homo est animal rationale, & homo est animal, ergo nullus homo est animal rationale. Similiter ad oppositū cōsequētis, cum secundā parte, sequitur oppositū primæ partis, hoc modo. Nullus homo est animal rationale, & homo est rationalis, ergo nullus homo est animal. Quæ sic probatur. Sit data copulatiua, a est, & b est, ad quam sequitur consequens, c est. Dico ad oppositum cōsequētis cū prima parte sequi oppositū secundæ partis. ut bene sequitur: nullum c est, & a

- est, ergo nullum b est. Si enim nō sequatur, sit per diffinitionem malæ cōsequentiæ antecedens uerū, & cōsequēs falsum. Cū cōsequens, nullum b est, sit falsum: eius cōtradictorium b est, est uerum. Cū præterea antecedens, nullū c est, & a est, sit uerum, & sit copulatiua, per diffinitionē utraq; pars eius est uera: quare nullum c est, prima pars est uera: & a est, secunda eius pars etiā uera. At bene sequitur per hypothesin, a est, & b est, ergo c est. Sed antecedens a est, & b est, est uerum, cū sit copulatiua cuius utraq; pars probata est uera: ergo & consequens, c est, per diffinitionē bonæ consequentiæ etiā est uerū. Atqui eius contradictoriū, nullum c est, etiā cōcessum est uerū. Sunt igitur duæ cōtradictoriæ simul ueræ, quod est impossibile: quare data consequentia erat bona: quod est propositum. Eodem modo probandū est, quòd ad oppositū consequentis cū secunda parte copulatiuæ sequitur oppositū primæ partis: ut quòd bene sequitur, nullū c est, & b est, ergo nullum a est. Et hæc regula magnā habet in disciplinis & frequentem applicationem. ¶ Decimæ quintæ regulæ exemplū: ut formaliter sequitur, homo est aial, & equ<sup>9</sup> est brutū: ergo hō est aial. Similiter sequitur, hō est aial, & equus est brutū: ergo equus est brutū. Quæ sic ostenditur: sit data copulatiua, a est, & b est. Dico necessario sequi, a est, & b est: ergo a est. Nam si antecedens sit uerū, protinus oportet & cōsequēs esse uerum. Sit enim per hypothesin antecedens uerū, cum ipsum sit copulatiua, utraq; eius pars est uera: quare, a est, prima eius pars est uera, & illa est data cōsequēs: igitur per diffinitionē bonæ cōsequentiæ est bona consequentia. Et similiter datis quibuscunq; alijs terminis, fiat probatio.
- 16 ¶ Decimæ sextæ regulæ exemplū, ut formaliter sequitur, nō homo est lapis, ergo nō homo est animal, & homo est lapis. Quæ sic ostenditur. Sit data copulatiua a est, & b est. Dico necessario sequi, non a est: ergo non a est, & b est. Patet: quia formaliter sequit, a est, & b est: ergo a est, per regulā præcedentē: igitur ex opposito sequitur non a est, ergo non a est, & b est: à destructione scilicet & contradictorio ptis copulatiuæ ad destructionē totū<sup>9</sup> per quartā

61 regulam cōsequentiarū: quod est propositum. ¶ Decima 17  
septimæ regulæ exemplum: ut nō sequitur, homo est ani-  
mal, ergo homo est animal & homo est lapis: cum ante-  
cedens sit uerū, & consequens falsum, quæ sic demonstrat-  
tur. Sit particularis, quoddā a est b, uera: & sua uniuers-  
falis, oē a est b, falsa. Dico nō recte sequi, quoddā a est b,  
ergo oē a est b, & quoddā a est b. Patet: nā illius cōsequē-  
tiæ antecedens est uerum per hypothēsī, & consequēs  
falsum: cum ipsum sit propositio copulatiua cuius al-  
62 ra pars, utpote prima, per hypothēsī est falsa: igitur illa  
est mala cōsequentia: quod est propositū. ¶ Decima octa 18  
uæ regulæ exemplum: ut nō sequitur, nō homo est ani-  
mal, & homo est lapis: ergo non homo est animal, quæ sic  
demonstratur, seruata hypothēsī modo posita. Dico non  
bene sequi, non omne a est b, & aliquod a est b, ergo non  
aliquod a est b. Nam antecedens datæ consequentiæ est  
uerum, cum eius contradictorium sit falsum. Consequēs  
autem est falsum, cum eius contradictorium sit positum  
uerum. Præ terea non sequitur, aliquod a est b, igitur o-  
mne a est b, & aliquod a est b, ut per regulam præcedens  
tem est ostensum. igitur ex opposito consequentis non se-  
quitur, non omne a est b, & aliquod a est b: igitur non ali-  
quod a est b, si enim ad antecedens nō sequitur cōsequēs,  
ad oppositū cōsequētis non sequitur oppositum antece-  
dentis: quod est propositum.

## F A B E R.

- 19 ¶ A parte disjunctiue ad totam disjunctiuam, est formalis  
consequentia.
- 20 ¶ A destructione totius disjunctiue ad destructionē par-  
tis eius, est formalis consequentia.
- 21 ¶ A tota disjunctiua cū destructione vnius partis ad posi-  
tionem alterius, est formalis consequentia.
- 22 ¶ A destructione vnius partis disjunctiue ad destructionē  
antecedentis: cuius contradictoria alterius partis pars vna  
fuerit, est formalis consequentia.

## CLICHTOUEVS.

- 19 ¶ Decima nona regulæ exemplum: ut bene sequitur, 63  
homo est animal, ergo homo est animal uel homo est la-  
pis: quæ sic demonstratur. Sit data disjunctiua, a est,  
uel b est. Dico necessario sequi a est, ergo a est uel b est.  
Patet: quia si antecedens est uerum, necesse est conse-  
quens simul esse uerum. Sit enim antecedens, a est, uer-  
um: ipsum est una pars ipsius disjunctiue quæ est con-  
sequens: igitur una pars illius disjunctiue est uera:  
quare per diffinitionem tota disjunctiua est uera, &  
ipsa est consequens: igitur data consequentia est bona,  
quod est propositum. ¶ Vicesima regulæ exemplum: 64  
ut bene sequitur, nō homo est animal, uel homo est lapis:  
ergo non homo est animal, quæ sic probatur. Sit data  
disjunctiua, a est uel b est. Dico formaliter sequi, nō a uel  
b est: ergo nō a est. Patet: quia per præcedentem necessa-  
rio sequitur, a est, ergo a est uel b est. igitur ex opposito,  
per quartam regulā cōsequentiarum, sequitur non a est,  
uel b est: ergo nō a est: quod est propositum. ¶ Vicesima 65  
primæ regulæ exemplum, ut bene sequitur, homo est  
animal uel homo est lapis, sed null⁹ homo est lapis, ergo  
homo est animal, quæ sic demonstratur. Sit data disjuncti-  
ua, a est, uel b est. Dico formaliter sequi: a est, uel b est: sed  
nō est a, ergo b est. Patet: quia si nō sequatur, possibile est  
p diffinitionē malæ consequentiæ antecedens esse uerū,  
consequente existente falso. Sit itaq; antecedens uerū, &  
consequēs falsum, Cū consequens sit falsum, eius cons-  
trictorium, non est b, est uerum. Cum insuper antece-  
dens sit uerum, & sit copulatiua: utraque eius pars per  
diffinitionem est uera: quare secunda pars, non est a, est  
uera: itidem & prima, a est, uel b est, est uera: quæ cum sit  
disjunctiua, per diffinitionē pars eius altera est uera. At  
qui prima pars, a est, nō est uera: cū sua contradictoria,  
nō est a, concessa sit uera, igitur secunda pars, b est, est ue-  
ra: & sua contradictoria, non est b, concessa etiā est uera.  
sunt igitur duæ contradictoria simul ueræ, quod est  
impossibile. fuit igitur prima consequentia formalis.
- 22 ¶ Vicesima secūda regula hoc declaratur exemplo, bene 66

sequitur, nō homo est animal: ergo nō homo est animal, uel homo est lapis, & nullus hō est lapis. Fit enim hæc argumentatio à destructione unius partis disiunctiuæ ad destructionem totius antecedentis constituti ex tota disiunctiua, & cōtradictorio alterius partis eiusdem disiunctiuæ. Et hæc regula procedit ex opposito regulæ præcedentis, sicq̃ demonstratur. Sit data disiunctiua, a est, uel b est: dico necessario sequi, nō est b, ergo non a est: uel b est, & non est a. Patet: nam formaliter sequitur per regulam præcedentem: a est, uel b est. Atqui, non est a, ergo b est: igitur ex opposito, per quartam regulam consequentiarum, formaliter sequitur, non b est, ergo non a est. uel b est, & non est a, quod est propositum.

## F A B E R.

- 23 ¶ A tota copulatiua ad disiunctiuam ex eisdem partibus constitutam, est formalis consequentia, at non e contra.
- 24 ¶ A copulatiua negatiua ad disiunctiuam de partibus contradicentibus, est formalis consequentia.
- ¶ Copulatiua negatiua, equipollet disiunctiuæ affirmatiue de partibus contradicentibus.
- 25 ¶ A disiunctiua negatiua ad copulatiuam de partibus cōtradicentibus, est formalis consequentia.

## CLICHTOVS.

- 67 ¶ Vicesimatertia, regula, duas habet partes. Exemplum primæ. Vt formaliter sequitur, homo est animal, & homo est rationalis: ergo homo est animal, uel homo est rationalis. quæ sic ostenditur. Sit data quælibet copulatiua: ut a est, & b est. Dico formaliter sequi, a est, & b est: ergo a est, uel b est. Patet. Nam impossibile est antecedens eius esse uerum, consequente existente falso. Sit enim antecedens uerū per hypothesin. cum ipsum sit, propositio copulatiua: per diffinitionem utraq̃ pars eius est uera: quare prima eius pars, a est, est uera. & eadem est una pars disiunctiuæ quæ est consequens: igitur illius disiunctiuæ altera pars est uera. Quare per diffinitionē & tota disiunctiua

quæ est consequens, est uera. Itaq̃ per diffinitionem, data consequentia est bona. Et cū in omnibus terminis cōsimilibus sit argumentandi modus: huiusmodi consequentia, à tota copulatiua ad disiunctiuā ex eisdem partibus constitutā, est formalis, quod est propositū. Ex quo per quartā regulā consequentiarū constat, à disiunctiua negatiua ad copulatiuā negatiuā, ex eisdem partibus constitutam, etiā necessariā esse consequentiā, ut non homo est aīal, uel hō est lapis, ergo non homo est aīal, & homo est lapis. Secūda pars eiusdem regulæ est quod à disiunctiua ad copulatiuam ex eisdem partibus constitutam nō est formalis consequentia, ut non sequitur, Sortes est homo, uel Sortes est lapis: ergo Sortes est homo, & Sortes est lapis. Quæ sic ostenditur. Sit, a est, propositio necessaria, & b est propositio impossibilis. Dico nō sequi, a est, uel b est: ergo a est, & b est. Nam datæ consequentiæ antecedens est uerū, & consequens falsum. Siquidē antecedēs est disiunctiua, cui⁹ prima pars a est, est necessaria per hypothesin: ergo uera. Quare per diffinitionē, antecedens est uerū: consequens autē, est copulatiua cuius altera pars, b est, est impossibilis, ergo falsa: quare per diffinitionē, totum consequens est falsum, liquet igitur per diffinitionē malæ consequentiæ, datā consequentiā nō ualere. Quo fit, ut à copulatiua negatiua ad disiunctiuā negatiuā ex eisdem partibus constitutā, minimē ualeat consequentia. ¶ Vicesima 68 quarta regula patet hoc exemplo, bene sequitur: non hō est animal, & homo est lapis: ergo nullus homo est aīal, uel nullus homo est lapis. Cuius quidem antecedens est copulatiua negatiua: consequens uerō, disiunctiua affirmatiua de partibus cōtradicentibus copulatiuæ affirmatiuæ. Quæ sic demonstratur. Sit data copulatiua, a est, & b est. Dico formaliter sequi, non a est, & b est, ergo nullū a est, uel nullum b est. Si em̄ non sequatur: sit antecedens uerum, & consequens falsum. Cū antecedēs per hypothesin sit uerū: ei⁹ cōtradictoriū, a est, & b est, est falsum. Et cū sit copulatiua: per diffinitionē, altera eius pars est falsa. Sit itaq̃ prima pars, a est, falsa. Atqui, eius cōtradictoria, nullū a est (cū sit una pars disiunctiuæ quæ est cō-



sequens positæ falsæ veritatis est falsa: sunt igitur duæ con-  
tradictoriæ simul falsæ. Ita si secunda pars copulatiuæ,  
b est, ponatur esse falsa: & eius cōtradictoria, nullū b est,  
quæ est secunda pars disiunctiuæ per hypothesin falsæ  
eriam est falsa: iterū duæ cōtradictoriæ sunt simul falsæ,  
quod est impossibile: quare prima cōsequentiā fuit bona.  
¶ Documentū huic regulæ subiunctū, patet hoc exēplo.  
Copulatiua negatiua, non hō est animal, & hō est lapis,  
æquipollet disiunctiuæ de partibus contradicentibus,  
nullus homo est animal, uel nullus hō est lapis. Dicun-  
tur autem hypotheticæ æquiuales: quæ ex eisdē par-  
tibus, simili ordine constantibus cōponuntur: & quarū  
unam esse ueram, altera existente falsa, est impossibile.  
Quod quidem documentū sic ostenditur. Sit data copu-  
latiua, a est, & b est. Dico copulatiuam negatiuā, nō a est  
& b est, æquipollere disiunctiuæ, nullū a est, uel nullum  
b est, constitutæ ex partibus contradicentibus copulati-  
uæ affirmatiuæ datæ, a est, & b est. Patet: nam formaliter  
sequitur, non a est, & b est, ergo nullum a est, uel nullum  
b est, per hanc uicesimanquintam regulam: ergo si antecē-  
dens est uerum, simul & consequens est uerum. Quare si  
copulatiua negatiua est uera: disiunctiua de partibus con-  
tradicentibus est uera. Præterea contra sequitur, nullum  
a est, uel nullum b est: ergo non a est, & b est. Nempe po-  
sito antecedente uero, simul necesse est cōsequens esse uer-  
um. Sit enim per hypothesin antecedens uerum. Cum  
ipsum sit propositio disiunctiua: altera eius pars est uera.  
Itaq; gratia exempli sit prima pars, nullum a est, uera. cū  
propositio, nullū a est, sit uera: eius contradictoria, a est,  
est falsa. quare copulatiua, a est, & b est, cuius data pro-  
positio est una pars, est falsa per diffinitionē: ergo eius cō-  
tradictoria, nō a est, & b est, est uera. & ea est propositæ  
consequentis consequens: data igitur consequentiā est  
bona. Quare si disiunctiua de partibus contradicentibus  
est uera, & copulatiua negatiua est uera. Cum itaq; copu-  
latiua negatiua, & disiunctiua de partibus contradicentibus  
se mutuo consequantur, & sint eiusdem ueritatis,  
& falsitatis, ut ostensum est: perspicuum est eas æquiuas

- lere per diffinitionē æquiualentiuū, quod est propositū.  
25 ¶ Vice sima quintæ regulæ exemplū, ut bene sequitur, 70  
nō homo est equus, uel homo est lapis, ergo nullus hō  
mo est equus, & null⁹ homo est lapis. Cuius antecē-  
dens est disiunctiua negatiua, & cōsequens est copulatiua affirma-  
tiua de partibus cōtradicentibus disiunctiuæ affirmatiuæ,  
homo est equus, uel, hō est lapis, quæ sic demonstrat. Sit  
data disiunctiua, a est, uel b est. Dico quod bñ sequit. non a  
est, uel b est, ergo nullū a est, & nullū b est. Si em̄ non se-  
quat: sit gratia disciplinæ antecedens uerū, & cōsequens  
falsum. Cū consequens per hypothesin sit falsum, & sit  
propositio copulatiua: per diffinitionem altera pars est  
falsa. Sit itaq; prima eius pars, nullum a est, falsa. Rur-  
sum antecēdens est uerū p hypothesin: ergo suum contra-  
dictoriū, a est, uel b est, falsum. & est ppositio disiunctiuæ:  
ergo utraq; pars eius est falsa, quare, a est, prima ei⁹ pars  
est falsa. Atq; sua cōtradictoria, nullū a est, itidem cōcessa  
est falsa. Sūt igitur duæ cōtradictoriæ simul falsæ. Quod si  
copulatiua (quæ est cōsequens) positæ falsæ, dicat̄ secu-  
da pars esse falsa: eodem argumento probabis secundam  
partem disiunctiuæ contradictoriæ antecedentis esse fal-  
sam: & iterum duas contradictorias esse falsas.

F A B E R,

- 26 ¶ A disiunctiua ad copulatiuam negatiuam de partibus  
contradicentibus, est formalis consequentiā.  
27 ¶ Disiunctiua negatiua equipollet copulatiuæ de partibus  
contradicentibus.  
28 ¶ Ad omnem disiunctiuā cuius altera partiū est possibilis,  
& altera impossibilis, partē possibilem sequi necesse est.  
29 ¶ A tota disiunctiua cum positione unius partis ad positio-  
nem alterius, non est necessaria consequentiā.  
30 ¶ A tota disiunctiua cum destructione unius partis, ad des-  
tructionē alterius, itidem firma consequentiā non est.

C L I C H T O V E V S.

- 26 ¶ Vice sima sextæ regulæ exemplū, ut nullus homo est 71

animal, uel nullus homo est lapis: ergo non homo est animal, & homo est lapis. Cuius quidem consequentia antecedens est disiunctiua, & consequens copulatiua negatiua, ex partibus contradicentibus disiunctiuae positae in antecedente, constituta, quae sic ostenditur. Sit data disiunctiua, nullum a est, uel nullum b est, dico formaliter sequi, nullum a est, uel nullum b est, ergo non a est, & b est. Patet: quia per documentum uicesimae quartae regulae, copulatiua negatiua aequipollet disiunctiuae de partibus contradicentibus: ergo ediuerso disiunctiua de partibus contradicentibus aequipollet copulatiuae negatiuae. At ab aequiualehti ad suam aequiualentem est formalis consequentia per secundam regulam consequentiarum: igitur a disiunctiua ad copulatiuam negatiuam de partibus contradicentibus est formalis consequentia, quod est propositum. Alia eiusdem regulae probatio, in praedicti documenti ostensione posita est. ¶ Vicesimae septimae regulae 27 exemplum, ut non homo est equus, uel homo est lapis, aequipollet huic: nullus homo est equus, & nullus homo est lapis, quarum prima disiunctiua negatiua; secunda uero copulatiua affirmatiua de partibus contradicentibus disiunctiuae affirmatiuae. Quae sic ostenditur, sit data copulatiua, nullum a est, & nullum b est, dico disiunctiuam negatiuam, non a est, uel b est, aequipollere datae copulatiuae. Patet: nam formaliter sequitur, non a est, uel b est, ergo nullum a est, & nullum b est, per uicesimam quintam regulam, ergo per diffinitionem bonae consequentiae si disiunctiua negatiua est uera, quae est antecedens, & copulatiua quae est consequens, erit uera. Praeterea, contra sequitur: nullum a est, & nullum b est, ergo non a est, uel b est: quia posito antecedente uero, per seipsum potest consequens esse uerum, sit enim per hypothesein antecedens uerum, cum ipsum sit propositio copulatiua, utraque pars eius est uera, quare prima eius pars, nullum a est, est uera: & per consequens sua contradictoria, a est, falsa. Similiter secunda pars copulatiuae, scilicet nullum b est, etiam est uera, & sua contradictoria, b est, falsa. Itaque disiunctiua, a est, uel b est, cuius utraque pars ostensa est falsa, per

falsa, per diffinitionem est falsa: sua igitur contradictoria, non a est, uel b est, est uera. & est praedictae consequentiae consequens, igitur data consequentia est bona. Si ergo copulatiua est uera, quae est antecedens, & disiunctiua negatiua de partibus contradicentibus est uera, tunc sic argumentor. Disiunctiua negatiua, & copulatiua de partibus contradicentibus sunt eiusdem ueritatis & falsitatis, & se mutuo consequuntur, ut ostensum est: igitur per diffinitionem inter se aequiualent: quod est propositum. ¶ Vice- 75  
simae octauae regulae exemplum, ut bene sequitur: homo est sedens, uel homo est lapis; ergo homo est sedens. Et hic antecedens est disiunctiua, cuius prima pars est possibilis, & secunda pars impossibilis, consequens uero est illius disiunctiuae pars possibilis: quae sic ostenditur. Sit a est, propositio possibilis: & b est, propositio impossibilis: dico recte sequi, a est, uel b est; ergo a est. Si enim antecedens sit uerum: cum ipsum sit una disiunctiua, altera eius pars per diffinitionem est uera. At secunda pars, b est, non est uera: cum sit posita impossibilis: ergo prima eius pars, a est, est uera: & illa est datae consequentiae consequens: igitur si antecedens est uerum, & consequens uerum esse necesse est. Quare per diffinitionem data consequentia est bona: quod est propositum. Consimili modo, ostensum datur, quod ad omnem propositionem sequitur copulatiua: ex ipsa propositione data, & altera parte propositione necessaria constituta: ut bene sequitur, homo sedet, ergo homo sedet, & homo est animal, cum posito antecede- 29  
nte uero, oporteat consequens esse uerum. ¶ Vicesimae 74  
nonae regulae exemplum: ut non sequitur, omnis homo est sedens, uel aliquis homo est sedens. Sed aliquis homo est sedens, ergo omnis homo est sedens, quae sic demonstratur. Sit uniuersalis, omne a est b, falsa, & sua particularis, aliquod a est b, uera, per legem subalternarum, Dico consequentiam, omne a est b, uel aliquod a est b, sed aliquod a est b: ergo omne a est b, non esse necessariam. Patet: nam datae consequentiae antecedens est uerum, & consequens falsum. Nam antecedens est una copulatiua cuius utraque pars est uera, Prima quidem quod disjunctiua

Etia sit: cuius altera pars, utpote secunda, per hypothesin est uera. Secunda autem totius antecedentis & copulatiuæ pars est uera per positum. Et per idem, cōsequens 75 est falsum: igitur data consequentia non ualet. ¶ Tricessimæ regulæ exemplum, ut non sequitur formaliter, omnis homo est sedens, uel aliquis homo est sedens, sed non omnis homo est sedens: ergo aliquis homo est sedens. Quæquidem sic probatur. Sit data superior hypothesis. dico consequentiam, omne a est b, uel quoddam a est b: sed nō omne a est b, ergo non quoddam a est b, non esse necessariam. Nam illius cōsequentix antecessus est uerum, & consequens falsum. Si quidem antecedens est propositio copulatiua, cuius utraq; pars est uera. Nā prima eius pars, est disiunctiua cuius altera pars, utputa secunda, est uera, cum eius contradictoria sit falsa, ergo prima pars est uera. Secunda etiam pars totius copulatiuæ quæ est antecedens, est uera, cū sua contradictoria per hypothesin sit falsa. Consequens autem est falsum, cū eius contradictorium sit positum uerum: igitur data cōsequentia non est firma, quod est propositum.

## De Modalibus.

FABER.

**M**odi sunt hi: possibile, contingens, impossibile & neceffe, & æquiuales. Possibile, contingens, impossibile, & neceffe, interdum sunt categorizata & propositionum passionis: & tunc possibile, propositio possibilis: contingens, propositio contingens: impossibile, propositio impossibilis: & neceffe, propositio necessaria. & ijdem faciunt modales compositas.

¶ Modalis composita, est propositio categorica, cuius unū extremorum est modus, & alterum est dictum, nō aliunde modificata.

¶ Dictum est oratio ex obliquo & infinitiuo constituta,

aut æquiuales.

¶ Possibile &amp; contingens, hoc in loco, idem.

## CLICHTOVS.

¶ Propositio modalis, à modo suum nomen sortita est, non quocunq; sed aliquo istorum quatuor, possibile, cōtingens, impossibile, neceffe. Nā solū hi quatuor faciunt modales, tum compositas, tum diuisas. Ac quiuocē tam men sumuntur cum modales reddunt compositas & cū diuisas. Nam cum efficiunt compositas, sunt categorizata & significatiua, passionisq; siue proprietates, & conditiones sunt propositionum. Nam possibile idem est quod propositio possibilis, contingens, propositio contingens, impossibile, impossibilis, & neceffe, idē est quod propositio necessaria. Quid autem sit propositio possibilis, contingens, impossibile, necessaria: superius ostensum est. Et hoc pacto, dicti modi copulam non determinant, sed sunt alterum propositionis extremum aut subiectum: ut possibile est hominum currere: aut prædicatum, ut hominem currere est possibile. Quod ex definitione modalis compositæ statim est notum. Nempe modalis compositæ aut modus est subiectum, & dictum est prædicatum, ut possibile est hominem currere, contingens est hominem sedere, impossibile est hominem esse lapidem, neceffe est hominem esse animal. Aut e contra, dictum est subiectum, & modus prædicatum, ut hominem currere est possibile, hominem sedere est contingens, hominem esse lapidem est impossibile, hominem esse animal est neceffe. Debet aut modalis composita non esse aliunde modificata: hoc est non habere modū alio loco quàm in subiecto aut prædicato, neq; habere copulam aliquo istorum modorum determinatā. Nam quamuis alicuius propositionis extremū sit modus: si tñ copulæ superaddatur modus eā determinans, nō erit illa propositio modalis composita, sed diuisa, ut hominem currere possibiliter est cōtingens. ¶ Dictum aut in proposito, est oratio ex accu- 77 fatiuo ante uerbū recto & infinitiuo constituta, ut hominem

currere: aut oratio tali orationi æquivalēs, qualis est indicatiuo ex noiatiuo & uerbo indicatiuo constituta, in quā oratio infinitiua resoluitur, ut homo currit. Et hæc alterū modalis cōpositæ extremū esse potest: perinde atq; oratio infinitiua ei æquivalens, ut hæc est modalis cōposita, homo currit est propositio possibilis, sicut ista, hominem currere est possibile. Porro in modalibus cōpositis, oratio infinitiua supponit, accipiturq; p sua oratione indicatiua, ut hominem currere est possibile, ualet hanc: 78 homo currit est propositio possibilis. Sæpius tamen autores, infinitiua oratione quā indicatiua utunt. ¶ Possibile autē & cōtingens, si modales faciunt cōpositas, idem sunt: sicut ensis & gladius. Nam utrumq; eorum, idem est quod propositio possibilis. Neq; hic capitur cōtingens pro propositione cōtingenti, ut superius est diffinita: quod sit propositio quæ potest esse uera, & quæ eadem potest esse falsa. Nam in hac significatione, esset cōtingens minus commune quā possibile. Si quidem omnis propositio hoc modo cōtingens, est possibilis: nō tamen ediuerso. Quare & cōtingens hoc modo minus est commune quā cōtingens primo modo. Quicquid enim est minus commune unī æquivalentium, minus est & altero. Hinc cōtingens primo, uocant cōtingens generaliter acceptum, prout æquualet possibili; & cōtingens secundo, specialiter acceptum.

Regulæ Modalium.

FABER.

- 1 ¶ Si aliqua propositio est possibilis, eadem est cōtingens, eadem non est impossibilis: & eius opposita contradictoria non est necessaria.
- 2 ¶ Si aliqua propositio non est possibilis, eadem non est cōtingens, eadem est impossibilis: & eius opposita contradictoria est necessaria.
- ¶ A & e, significant attributionem: & u remotionem: a & i, dictum affirmatum: e & u, dictum negatum.

Possibile	a   e   i   u
Contingens	a   e   i   u
Impossibile	i   u   a   e
Necessæ	u   i   e   a

CLICHTOVEVS.

- 1 ¶ Prima regula tres habet partes. Prima, si aliqua propositio est possibilis, eadē est cōtingens. Et hæc statim loco ab æquivalentibus nota est. Scd'a pars: si aliqua propositio est possibilis: eadē nō est impossibilis, quæ sic ostēdit. Sit, a est, per hypothēsī propositio possibilis: dico eandē nō esse impossibilē, quod q̄s dubitās admittat eandē esse impossibilē: cū propositio, a est, per hypothēsī sit possibilis, ipsa potest esse uera p diffinitionē. Et cum eadem sit propositio impossibilis, ipsa non potest esse uera: igitur eadem propositio potest esse uera, & nō potest esse uera, quod est impossibile. Tertia pars est: si aliqua propositio est possibilis, eius contradictoria non est necessaria. Quæ sic ostēdit. Sit, a est, propositio possibilis: dico eius cōtradiatoriā, nō a est, nō esse necessariā. Si quis id dubitet: ponat disciplinæ gratia propositionem, nō a est, propositionis possibilis cōtradiatoriā esse necessariā. Cum propositio, a est, per hypothēsī sit possibilis: ipsa per diffinitionem potest esse uera. Sit itaq; pro quocunq; quolibet tempore uera, ut tempore b. Cum item per hypothēsī, non a est, sit propositio necessaria: per diffinitionem est propositio uera, quæ non potest esse falsa: quare etiam tempore b est uera, quo & sua cōtradiatoriā cōcessa est uera: sunt igitur duæ cōtradiatoriæ simul ueræ, quod est impossibile: quare manifestum est propositio sitū. ¶ Secunda regula itidē tres partes complectit. Prima, si aliqua propositio non est possibilis, eadem non est cōtingens: quæ per locum ab æquivalentibus euadit manifesta. A quocunq; enim remouetur unum æquiualentium, ab eodem remouetur & reliquū. Secunda pars, si aliqua propositio non est possibilis: eadem est impossibilis: quæ sic ostēditur. Detur propositio quælibet quæ

non est possibilis, ut a est; dico eandē esse impossibilem. Nam cum a est, non sit propositio possibilis per hypothesin, nō potest esse uera per diffinitionē: quare per sufficientem diuisionē est falsa. Omnem enim propositio- nem aut uerā aut falsam esse necesse est. Cum itaq; a est, sit propositio falsa quæ non potest esse uera: p diffinitio- nem a est, est propositio impossibilis, quod est propositio- tum. Tertia pars est: si aliqua propositio non est possi- bilis, eius contradictoria est necessaria, quæ sic demon- stratur. sit, a est, propositio non possibilis, dico eius con- tradictoria, non a est, esse necessariam. Quod si quis ne- get, ponat gratia disciplinæ eam non esse necessariam. Cū propositio, a est, non sit propositio possibilis, per diffini- tionem non potest esse uera: est igitur ipsa falsa. Cū præ- terea propositio, nō a est, per hypothesin non sit necessa- ria, per diffinitionem potest esse falsa: sit itaq; ipsa p quo- libet tempore falsa, ut p tempore b: quo quidem & sua contradictoria est falsa: sunt igitur duæ contradictoriæ simul falsæ, quod est impossibile. Et utraq; istarum dua- rum regularum habet applicationem ad duo propositio- num genera, utpote ad propositiones affirmatiuas, & ne- gatiuas. Idcirco ex istis duab; possunt formari quatuor regulæ speciales: quatuor Petri Hispani regulis respon- dentes, hoc modo. ¶ Prima regula est, Cuiuscunq; dicto affirmato attribuitur possibile: eidem attribuitur contin- gēs, ab eodem remouetur impossibile, & ab eius contra- dictoriē opposito remouetur necesse: hoc est: si aliqua p- positio affirmatiua est possibilis, eadem est cōtingens, ead- dem non est impossibilis, & eius contradictoria non est necessaria. Secūda regula est, Cuiuscunq; dicto negato attri- buitur possibile, eidem attribuitur contingēs, ab eodem remouetur impossibile, & ab eius contradictoriē opposi- to remouetur necesse. Et hæc de propositione negatiua debet exponi: ut præcedens de affirmatiua. Tertia regu- la, à quocunq; dicto affirmato remouetur possibile, ab eodem remouetur contingens, eidem attribuitur impossi- bile, & eius contradictoriē opposito attribuitur necesse: hoc est, si aliqua propositio affirmatiua, nō est possibilis,

eadem non est contingens, eadem est impossibilis, & eius contradictoria est necessaria. Quarta regula, A quocunq; dicto negato remouetur possibile, ab eodem remouetur contingēs, eidem attribuitur impossibile: & eius contra- dictoriē opposito attribuitur necesse. Et hæc de proposi- tione negatiua exponenda est, ut præcedens de affir- matiua. Et harum regularum prima, designatur per uo- cabulum artis Amabimus; & secunda, per Edentulit: tertia, per Iliace; quarta, per Purpurea. Vnde manife- stum est duas primas Petri Hispani regulas responde- re primæ regulæ hic positæ: primam quidem in proposi- tionibus affirmatiuis, secundam in negatiuis. Et duas ultimas Petri Hispani respondere secundæ regulæ hic positæ: utpote tertiam in propositionibus affirmatiuis: quartam uerò in negatiuis. ¶ Dicitur autem dictum affirmatum, inter cuius partes non ponitur negatio: quodq; pro affirmatiua propositione accipitur, ut homi- nem currere, pro propositione, homo currit. Dic- tum uerò negatum, est inter cuius partes, super eius copulam cadens, ponitur negatio: & quod pro negati- ua propositione supponit, ut hominem non currere, pro propositione, homo non currit. ¶ Sic dictum uniuersale, quod accipitur pro propositione uniuersa- sali, ut omnem hominem currere. Particulare, quod pro particulari sumitur, ut quendam hominem currere. Indefinitum, quod pro propositione indefinita, ut homi- nem currere. Et singulare, quod pro singulari, ut Sor- tem currere. Consimiliter dicta contraria, subcontraria, & cetera per analogiam diffiniuntur. Attribui autē hic, est modū de dicto affirmari, ut hominem currere est possi- bile, hominem non currere est possibile. Remoueri uerò, est modū de dicto negari, ut hominem currere non est possibi- le; hominem non currere non est possibile. ¶ In modalibus itaq; compositis eiusdem ordinis, quæ per datas regu- las se cōsequunt. Primo, ad primum sequitur secundū, scilicet ad possibile contingēs, ut hominem currere est pos- sibile: ergo hominem currere est contingens. Secundo, ad primum sequitur tertium, scilicet ad possibile impossi- s iij

bile, ut hoïem currere est possibile; ergo hoïem currere nō est impossibile. Tertio, ad primū sequitur quartū, scilicet ad possibile necesse, ut hominē currere est possibile; ergo hoïem non currere non est necesse. Quarto, ad secūdū sequitur tertīū, scilicet ad contingens, impossibile, ut hominem currere est contingens, ergo hominem currere non est impossibile. Quinto, ad secundum sequitur quartum, scilicet ad contingens, necesse, ut hominē currere est contingens; ergo hominē nō currere nō est necesse. Sexto, ad tertium sequitur quartum, scilicet ad impossibile ipsum necesse, ut hominem currere nō est impossibile; ergo hominē non currere non est necesse. Et quia in omnibus istis ediuerso ex consequente ualet mutua conuergentia ad antecedens: idcirco sex possent sumi conuerse consequentia & in summa duodecim. ¶ Cæterum, ad intelligendam horum uocabulorū, Amabimus, Edentulī, Iliace, Purpurea, quatuor modalium cōpositarum ordines designatiū arte, id annotatu dignū putetur, unā quamq; earum, quatuor habere syllabas: quarū prima, designat propositionem de possibili sui ordinis; secunda, propositionem de contingenti; tertia, propositionem de impossibili; & quarta, propositionem de necessario. In unaquaq; autem syllabarū est aliqua istarum uocalium, a, e, i, u; quæ sunt notæ & indicia negationis in sua propositione ponendæ, uel omittendæ. Siquidem a, significat, neq; ad dictum, neq; ad modum negationē ferri debere, ut hominem currere est possibile, e, significat negationem ferri ad dictum & non modū, ut hominem non currere est possibile, i, significat negationem ferri ad modum, & non ad dictum, ut hominem currere non est possibile, u, uerō, significat negationem ferri ad dictum & ad modū, ut hominem non currere nō est possibile. Itaq; a, designat dictum affirmatū & etiam modum, e, dictū negatum & modum affirmatum, i, dictum affirmatum & modum negatum, u, tam dictum, quam modum negatum, & id in quantiscunq; propositionibus uniuersalibus, particularibus, indefinitis & singularibus ueritatem habere putetur, ut in uniuersalibus hoc modo,

## Purpurea. Iliace.

Oem ho. nō cur. nō ē possi. Oem hoïem cur. nō ē possi.  
 Oem ho. nō cur. nō ē cōtin. Oem homi. cur. nō ē cōtingēs  
 Oem ho. nō cur. est impossī. Oem homi. curre. est ipossi.  
 Quēdā ho. curre. ē necesse. Aliquē ho. nō cur. ē necesse.

## Amabimus. Edentulī.

Oem homi curre. ē possibi. Oem homi, nō curre. ē possi.  
 Oem ho. curre. est cōtingēs. Oem homi. nō cur. est cōtin.  
 Oem homi. cur. nō ē ipossi. Oem ho. nō cur. nō ē ipossi.  
 Aliquē ho. nō cur. nō ē necesse. Aliquē ho. cur. nō ē necesse.

¶ Et consimiliter in particularibus, indefinitis, & singularibus, quatuor ordines modalium cōpositarū disponantur, qui per figuram secundæ regulæ subiūctam designantur. In qua primus limes à sursum in deorsum tendens, significat primum ordinem modalium denotatum uocabulo artis, Amabimus. Secundus limes, significat secundum ordinē modalium designatū per Edentulī. Tertius, tertium explicatū per Iliace. Quartus uerō, quartum, qui insinuatur per Purpurea, ut uocales ipsæ per seriem dispositæ ostendunt. In formadīs autem exemplis trium primarū eiusdem ordinis propositionum, scilicet de possibili contingenti, & impossibili; seruanda est eadem quantitas ex parte dicti. In quarta uerō eiusdem ordinis propositione, mutanda est quantitas dicti, ut si in tribus primis uniuersale fuerit dictum, in quarta sit particulare. Et si prius particulare fuerit, in quarta sit uniuersale; dummodo subiectum dicti sit terminus communis. Nam si subiectum terminus fuerit singularis: eadem seruanda est in omnibus eiusdem ordinis propositionibus ex parte dicti quantitas: quandoquidem singularis, singulari est contradictoria.

F A B E R.

¶ Si aliqua equipollētum est possibilis, cōtingēs, impossī

bilis aut necessaria: & reliqua similiter.

- 4 ¶ Si conuersa possibilis est: & eius conuertens possibilis.
- 5 ¶ Si conuersa est contingens: & eius conuertens contingens est.
- 6 ¶ Si conuersa impossibilis est: nõ oportet eius conuertẽtẽ esse impossibilem.
- 7 ¶ Si conuersa necessaria est: & eius conuertens necessaria est.
- 8 ¶ Si conuersa nõ est possibilis: non oportet eius conuertentem non esse possibilem. Et ita si conuersa non fuerit contingens.
- 9 ¶ Si aliqua propositio non est impossibilis: neq; eius conuertens impossibilis est.
- 10 ¶ Si aliqua propositio non est necessaria: non idcirco oportet eius conuertentem non esse necessariam.

## CLICHTOVS.

¶ Tertia regula: quatuor habet partes. Prima, si una æquipollentium est possibilis, & altera est possibilis: ut omnẽ hominẽ currere est possibile: ergo nõ quẽdã hominẽ nõ currere est possibile. Secunda pars est, Si una æquiualeñtiũ est contingens: & altera est contingens: ut recte sequitur: omnẽ hominẽ nõ currere est contingens: ergo nullũ hominẽ currere est contingens. Tertia pars est, Si una æquipollentium est impossibilis, & altera est impossibilis: ut quẽdã hominẽ nõ esse animal est impossibile: ergo nõ omnẽ hominẽ esse animal est impossibile. Quarta pars est, Si una æquipollentiũ est necessaria, & altera est necessaria: ut oẽm hominẽ esse aial est necesse: ergo nõ quẽdã hominẽ nõ esse aial est necesse. Et cuiuslibet harũ partiũ ratio est: quia de æquiualeñtibus idem est iudiciũ.

- 87 ¶ Vnde cum propositiones modales compositæ habent signum uniuersale aut particulare determinãs subiectum dicti, aut cum subiectum dicti est terminus communis sine signo sumptus, aut terminus singularis: ipsæ propositiones sunt indefinitæ, earumq; subiectum est totũ dictũ

cum signo adiecto materialiter sumptũ: ut omnem hominem currere est possibile, aliquẽ hominẽ currere est possibile, hominẽ currere est possibile, Sortem currere est possibile. Quæ quidẽ oēs sunt indefinitæ, diuersorũ tñ subiectorũ, prout corũ dicta pro diuersis accipiuntur propositionibus. Si uerò toti dicto præponatur signũ uniuersale neutri generis, determinãs totũ dictum, propositiones fiẽt uniuersales: si signũ particulare, fiẽt particulares. Et si pronome demonstratiuũ primitiuũ speciei, fiẽt singulares: ut oẽ oẽm hominem currere est possibile: quoddam oẽm hominem currere est possibile, istud omnem hominẽ currere est possibile. His tamen propositionibus cum signo uniuersali, aut particulari, pronominẽ demonstratiuo neutri generis, ad totũ dictum adiuncto sumptis, nõ utitur autores: sed solis alterius generis propositionibus, in quibus signũ uniuersale, particulare, aut pronome, ad subiectum dicti ponitur. Præterea modales compositæ affirmatiuæ sunt, in quibus nõ ponitur negatio cadens super copulam principalem, & si inter partes dicti collocetur: ut hominem currere est possibile, hominem nõ currere est possibile. Negatiuæ uerò sunt, in quibus ponitur negatio cadens super copulam principalem: ut hominẽ currere nõ est possibile, hominẽ nõ currere nõ est possibile.

- 4 ¶ Quartæ regulæ exemplum: ut bene sequitur, omnem hominẽ esse animal est possibile: ergo quoddã aial esse hominem est possibile. Et huius ratio est: quia si alicuius consequentiæ antecedens est possibile, & consequens est possibile. Conuersa autem est antecedens, & conuertens est consequens: ut superiora declararũt.
- ¶ Quintæ regulæ exemplum: ut bene sequitur, omnem hominem ambulare est contingens: ergo quoddã ambulans esse hominẽ est contingens. Et hæc per regulam præcedentem est manifesta: cum possibile & contingens hoc in loco sint idem.
- ¶ Sextæ regulæ exemplum: ut non sequitur, omne animal esse hominem est impossibile: ergo aliquem hominem esse animal est impossibile: cũ antecedens sit uerũ & consequens falsum. Et ratio in promptu est: quia non oportet si antecedens sit impossibile, & consequens esse impossibile,

præsertim ubi ad cōsequēs nō ediuerso sequitur antecēdens. Nā si ad cōsequēs ecōtra etiam sequitur antecēdens: tunc si conuersa est impossibilis, oportet etiam cōuertentem esse impossibile. Nam si unum cōuertibilem secūsdum cōsequentiam est impossibile, & alterū. ¶ Quare in cōuersione simplici uniuersalis negatiuæ in seipsam, & particularis affirmatiuæ in seipsam, si cōuersa est impossibilis, & cōuertens, cū in illis mutua sit conuersæ ad cōuertētē cōsequentia. Quod si quis dubitet, ponat gratia disciplinæ istā cōsequentia non ualere, nullum a est b est impossibile: ergo nullū b est a est impossibile: & tñ admittat duas ppositiōes nullia est b, & nullū b est a, se mutuo cōsequi. Cū prior cōsequentia per hypothesin nō ualeat, sit eius antecedens uerū & cōsequēs falsum. Cum conueniens, nullum b est a est impossibile, sit falsum: eius cōtradictorium, non nullū b est a est impossibile, est uerum: quæ æquiualeat huic, nullum b est a est possibile. Atqui sequitur per hypothesin nullum b est a: ergo nullum a est b. Antecedens autem probatū est esse possibile, & consequens positum impossibile: igitur ex possibili sequitur impossibile, quod est inconueniens: quare data cōsequentia est bona. Ita de particulari affirmatiua ostendatur.

¶ Septimæ regulæ exemplum: ut bene sequitur, oēm hominem esse animal est necesse: ergo quoddam animal esse hominem est necesse. Et huius regulæ ratio est: quia si alius cuius consequentiæ antecedens est necessarium: & consequens itidem est necessarium. ¶ Octauæ regulæ exemplum: ut non sequitur, omne animal esse hominem non est possibile aut contingens: ergo aliquem hominem esse animal, nō est possibile aut cōtingens: cum antecēdes sit uerum, & consequens falsum. Et intelligitur hæc regula, quando conuersæ ad conuertentem non est mutua cōsequentia. Alioqui si conuersa non est possibilis, neq; cōuertens: ut in uniuersalibus negatiuis, & particularibus affirmatiuis. ¶ Nona regula hoc patet exemplo, omnem hominem esse animal non est impossibile: ergo quoddam animal esse hominem non est impossibile. Et ratio est: quia si alius cuius consequentiæ antecedens non est impossibile, neq;

eius consequens. Et hæc per locum ab æquiualentibus respondet quartæ regulæ prius positæ. ¶ Decimæ regulæ exemplum: ut non sequitur, omne animal esse hominem non est necesse: ergo hominem esse animal nō est necesse. Et ratio est: quia si alicuius consequentiæ antecēdes non est necessarium, nō idcirco oportet consequens non esse necessariū. Et intelligitur hæc regula de conuersionibus quæ nō sunt mutua cōsequentia: quia in mutuis cōuersionibus, si conuersa non est necessaria: neq; eius cōuertens.

## F A B E R.

¶ Interdum possibile, contingens, impossibile, necesse & similes: sunt syncategoremata & copularum determinationes, & tunc faciunt modales diuisas.

¶ Propositio modalis, est propositio categorica, cuius copula aliquo modorum possibile contingens, impossibile aut necesse syncategorematum determinata est.

¶ Modalis, modalis diuisa.

¶ Modi particulares, sunt possibile & contingens.

¶ Modi uniuersales, sunt impossibile & necesse: impossibile negatiuis: necesse affirmatiuis. possibile contingens. aliquis quidam. impossibile necesse. nullus omnis. Quod est aliquis & quidam ad subiectum: hoc est possibile & contingens ad copulam. & quod est nullus & omnis ad subiectum: id quoq; est impossibile & necesse ad copulam.

¶ Oppositio, lex, equipollentia, conuersio, eodem modo & in totis cōpositis (quia & illæ de inesse sunt) & in diuisis per analogiam sicut & in illis de inesse sumuntur.

## CLICHTOUEVS.

¶ Quatuor prædicti modi possibile, cōtingens, impossibile, necesse, aliquando sunt syncategoremata & consi;



gnificatiui; quia per se sumpti nihil significant; cum signi-  
ficatiuis tñ in oratione politis locum habent. nam copulã  
determinant perinde atq; signa uniuersalia & particula-  
ria, subiectũ. & hoc modo sumpti, cõstituant modales di-  
uisas, quæ p̄prie & simplr modales dicunt; ut cũ propo-  
sitiõ modalis aut noietur aut diffinias; statim diuisa intel-  
ligenda sit. cõposita uerò, nõ simpliciter modalis dicitur;  
sed tantũ modalis cõposita. De modalis diuisa exemplũ;  
ut hoiem possibile est esse currentem. In qua accusatiuus  
hoiem, subiectũ est. currentẽ, prædicatũ, infinitiuus esse,  
copula. & modus possibile cõsignificatiu⁹, determinatio  
copulæ. Et uniuersaliter i modalis diuisa de uerbo infiniti-  
uo, accusatiu⁹ præcedẽs infinitiuũ, est subiectũ, uerbũ infi-  
nitiuũ esse, copula; cuius modus est determinatio. & ac-  
cusatiuus infinitiuum sequens, est prædicatũ. In modalis  
aut diuisa de uerbo indicatiuo, ut hõ possibiliter est currẽs,  
copula & extrema sumunt sicut in simplici categorica.

89 Modalitũ tñ de uerbo infinitiuo, frequentior est usus. ¶ Mo-  
dorũ aut faciẽtium modales diuisas, aliqui sunt particu-  
lares. Vt possibile & cõtingens; qui inter se synonymi  
sunt. quẽadmodum hæc duo signa particularia, aliq; &  
quidã, ad quæ dicti modi habent analogiã. Alij uerò uni-  
uersales, ut impossibile & necesse. Quorũ modus impos-  
sibile est negatiuus, quẽadmodũ signũ nullus; cui in ana-  
logia respõdet. Modus uerò necesse, affirmatiuus; quem  
admodũ signũ ois, cui assimilãt, ut em̄ ois & nullus fa-  
ciunt subiectũ uniuersaliter sumi quo ad supposita; ita ne-  
cesse & impossibile, copulã quo ad tempus. Et sicut ali-  
quis & quidã, subiectũ reddunt particulariter sumptum  
quo ad sua singularia; ita possibile & cõtingens, copulã  
quo ad tps. Quare, ut signa uniuersalia & particularia  
ante copulã nõ inclusa inter partes subiecti, nõ sunt par-  
tes subiecti, sed solũ determinationes; ita modi in modalis  
bus diuisis nõ sunt partes copulæ, sed solæ determinatio-  
nes. ¶ Quo aut pacto sumat̄ oppositio, x̄pollentia, &  
conuersio in cõpositis gratia dicti solũ, prius dictum est,  
quia solũ habenda est ratio propositionum de inesse, pro  
quibus ipsa dicta accipiuntur. Atqui in totis & integris

cõpositis, tã subiecti quàm prædicati considerationẽ ha-  
bendo, sumẽdx sunt prædictæ passiones sicut in illis de  
inesse. Oppositio quidẽ, ut dispositis quatuor propo-  
sitionibus, prima, oem hominem currere est possibile, secũ-  
da, omnem hominem currere nõ est possibile, tertia, quẽ-  
dam hominem currere est possibile, quarta, quendam ho-  
minem currere non est possibile. prima & secunda sunt  
contrariæ, tertia & quarta subcontrariæ, prima quartæ,  
& secũda tertiæ, contradictoria, prima tertiæ, & secũda  
quartæ, subalterna. De conuersione exemplũ, ut uniuersa-  
lis affirmatiua, omnem hominem currere est possibile,  
conuertit̄ in suam particularẽ affirmatiuam, quoddã pos-  
sibile est hominẽ currere. Et uniuersalis negatiua, omne  
hominem currere non est possibile, in uniuersalem nega-  
tiuam, nullum possibile est hominem currere. Ita de par-  
ticulari affirmatiua. De x̄quipollentijs exemplum, ut  
non omnem hominem currere est possibile, x̄quipollent  
huic, quendam hominem currere non est possibile; &  
omnem hominem currere non est possibile, huic, nullum  
hominem currere est possibile; ut signum determinet totũ  
subiectum, & ista, non omnem hominem currere nõ  
est possibile, huic, quendam hominem currere est possi-  
bile; per regulas equipollentiarum prius positas. ¶ Nã 90  
modales cõpositæ, sunt p̄positiones de inesse; ut p̄posi-  
tio de inesse sit p̄positio categorica, cuius copula non de-  
terminat aliquo modorũ, possibile, cõtingens, impossibi-  
le, necesse, syncategorematum; & distinguit̄ contra moda-  
lẽ diuisam. Non aut̄ capiẽdo propositionem de inesse p̄  
categorica, in qua neq; ut extremum, neq; ad copulam  
ponitur aliquis dictorũ modorũ, quomodo plerumq; su-  
mitur. Et hæc secũda p̄positionis de inesse ratio, minus  
cõmunis est; altera uerò cõmunior. Hanc aut̄ oppositio-  
num, conuersionũ & x̄quipollentiarũ habitudinẽ in to-  
tis cõpositis sumptã, non obseruant discipularum auto-  
res, sed solum primam ex parte dicti cõsideratam. ¶ Ad 91  
prædictas aut̄ passiones in modalibus diuisis cognosce-  
das; earũ qualitas & quãtitas quo pacto sumat̄, p̄nosce-  
dũ est. Siq; in modalib⁹ diuisis, bifariã sumit̄ quãtitas,

primo, ex parte subiecti, quod si fuerit terminus singularis, propositio est singularis. si terminus communis sine signo, propositio est indefinita. Si uero terminus communis cum signo particulari sumptus, propositio est particularis de subiecto. Si uero ipsum fuerit terminus communis sumptus cum signo uniuersali, propositio est uniuersalis de subiecto: ut sortem possibile est currere, hominem possibile est currere, quendam hominem possibile est currere, omnem hominem possibile est currere. **C**Secundo, attenditur modalium diuersarum quantitas ex parte modi, determinantis copulam. Nempe si modus necesse uel impossibile non impeditus, copulae adiectus fuerit, propositio est uniuersalis de modo: ut hominem necesse est esse animal, hominem impossibile est esse lapidem. Si uero copulam determinet modus possibile uel contingens non impeditus, propositio est particularis de modo, ut hominem possibile est currere: hominem contingit currere. Tunc autem modus est non impeditus, quando ipsi modo non praepositur negatio. Nam modo praeposita negatio, de modo uniuersali facit particularē, & de particulari uniuersalem. Itaque interdum utraq; quantitas in modalium diuisa est conformis: ut cum est tota uniuersalis, qualis est haec, omnem hominem necesse est esse animal: aut tota particularis, ut aliquem hominem possibile est esse animal. Interdum uero una alteri est difformis: scilicet licet quando propositio est uniuersalis de subiecto, & particularis de modo, ut omnem hominem possibile est esse animal. Aut cum est particularis de subiecto & uniuersalis de modo: ut aliquem hominem necesse est esse animal. **C**De qualitate aut modalium diuisarum, dicendum est sicut in propositionibus de inesse. Nam si super copulam nulla feratur negatio, aut plures in numero pari: propositio est affirmatiua, ut hominem necesse est esse animal, hominem non possibile est non esse animal. Si uero ante copulam uerbumque infinitiuum una ponatur negatio, siue praeposita modo, siue postposita, aut plures in numero impari: propositio est negatiua, ut hominem non possibile est esse lapidem, hominem possibile est non esse lapidem, hominem non

nem non impossibile est non esse lapidem, in quarum ultima, tres sunt negationes: duae expressae, & tertia est inclusa modo.

## FABER.

- C**Contrariae modales, sunt modales eiusdem subiecti & praedicati: quarum una tota est uniuersalis affirmatiua, & altera tota uniuersalis negatiua. Modalis est tota uniuersalis: quae & de subiecto & de modo est uniuersalis.
- C**Subcontrariae modales: sunt modales eiusdem subiecti & praedicati: quarum una est tota particularis affirmatiua, & alia tota particularis negatiua. Modalis est tota particularis, quae & de subiecto & de modo particularis est. Et est de subiecto & de modo particularis, quae de totum subiectum & modus particulariter tenentur.
- C**Contradictoriae modales, sunt modales eiusdem subiecti & eiusdem praedicati, diuersae qualitatis: quarum una est tota uniuersalis, altera uero est tota particularis.
- C**Subalternae modales: sunt modales eiusdem subiecti & praedicati atque qualitatis: quarum una est tota uniuersalis, & altera tota particularis. Et praedictarum singulae, oppositae sunt propriae, atque de forma dicuntur.
- C**Propositiones modales eiusdem subiecti & praedicati & diuersae qualitatis, quarum una est tota uniuersalis, & altera partim uniuersalis: legem contrariarum partem capiunt.
- C**Propositiones modales eiusdem subiecti & praedicati & diuersae qualitatis, quarum una est tota particularis, & altera partim particularis: legem subcontrariarum partem capiunt.
- C**Propositiones modales eiusdem subiecti & praedicati

diuerſe qualitatis ptim diſſimiliter vniuerſales, partimq; diſſimiliter particulares: legem contradictoriarum partis cipabunt, imò ſunt contradictoria. Erunt enim diſſimiliter vniuerſales & diſſimiliter particulares, quando vna erit vniuerſalis de ſubiecto, & altera de modo: & vna particularis de ſubiecto, altera verò de modo.

¶ Propositiones modales eiſdem ſubiecti & prædicati & qualitatis, quarum vna eſt tota vniuerſalis, altera verò partim particularis: legem ſubalternarum participant, item partim vniuerſalis & tota particularis.

## CLICHTOVEVS.

92 ¶ Hic modalium diuifarū oppoſitarū de forma, ſpecies diſſiniuntur, & primò cōtrarix de forma: quarū taleſ ſumatur exemplum, ut omnem hoīem neceſſe eſt eſſe aīal, & omnem hominē poſſibile eſt eſſe aīal, ſunt em̄ ambę modales, eiſdem ſubiecti & eiſdem prædicati: quarū prima eſt tota vniuerſalis affirmatiua: & ſecunda eſt tota vniuerſalis negatiua. Quòd utraq; ſit tota vniuerſalis, manifeſtum per diſſinitionem eſt, quia utraq; & de ſubiecto & de modo eſt vniuerſalis. ¶ Subcontrariarū de forma exemplum, ut aliquem hominē poſſibile eſt eſſe animal, & aliquem hominem poſſibile eſt non eſſe animal, ſunt em̄ ambę modales, eiſdem ſubiecti & prædicati: quarū prima eſt tota particularis affirmatiua: ſecunda verò tota particularis negatiua. In utraq; em̄ & ſubiectum & modus ſumitur particulariter. ¶ Contradictoriarum de forma exemplum, ut omnem hominē neceſſe eſt eſſe animal, & aliquem hominem poſſibile eſt non eſſe animal. Nam eiſdem ſunt ſubiecti & prædicati diuerſaq; qualitatibus: quarum prima eſt tota vniuerſalis, ſecunda verò tota particularis. Similiter & hęc omnem hominem im̄ poſſibile eſt eſſe animal, & aliquem hominē poſſibile eſt eſſe animal: ſunt contradictoria de forma. ¶ Subalternarum de forma exemplum, ut omnē hominem neceſſe eſt eſſe animal, & aliquem hominē poſſibile eſt eſſe animal,

Nam eiſdem ſunt ſubiecti & prædicati, & eiſdem qualitatibus: nam ambę ſunt affirmatiuę, quarum prima eſt tota vniuerſalis, & ſecunda tota particularis. Similiter & hęc omnem hominem im̄ poſſibile eſt eſſe animal, & aliquem hominē poſſibile eſt non eſſe animal: quę ambę ſunt negatiuę: prima quidem vniuerſalis, & ſecunda particularis. ¶ Deinde diſſiniuntur ſuo ordine oppoſitę ſecundum legem, & primo contrarię: quarum hoc ſit exemplum, ut omnem hominem neceſſe eſt currere: quę eſt tota vniuerſalis affirmatiua, eſt contraria de lege huic, omnem hominem poſſibile eſt non currere: item & huic, aliquem hoīem neceſſe eſt nō currere: quę ſunt negatiuę partim vniuerſalis. Similiter omnem hominem im̄ poſſibile eſt currere, quę eſt tota vniuerſalis negatiua, eſt contraria ſecundum legem huic, omnem hominem poſſibile eſt currere, item & huic, aliquem hominem neceſſe eſt currere: quę ſunt affirmatiuę partim vniuerſales. ¶ De ſubcontrarijs ſecundum legem, & quę ſubcontrariarum legem participant exemplum: ut aliquem hominem poſſibile eſt currere: quę eſt tota particularis affirmatiua, eſt hoc modo ſubcontraria huic, omnem hominem poſſibile eſt nō currere. Item & huic aliquem hoīem neceſſe eſt non currere: quę ſunt negatiuę partim particulares. Similiter aliquem hominem poſſibile eſt non currere, quę eſt tota particularis negatiua: eſt ſubcontraria ſecundum legem huic, oēm hominem poſſibile eſt currere: & huic, aliquem hominem neceſſe eſt currere: quę ſunt affirmatiuę partim particulares. Datę enim propoſitiones, & alię ſimilis formę, non poſſent ſimul eſſe falſę, ſed bene ſimul verę, ergo ſubcontrariarum legem participant. Quare per diſſinitionem ſunt ſubcontrarię ſecundum legem. ¶ In contradictorijs autem de lege, ſolum una uni eſt contradictoria: ut huic, quendam hominem neceſſe eſt eſſe currentem, contradicit iſta, omnem hominem poſſibile eſt non eſſe currentem. Nam diuerſę ſunt qualitatis, & utraq; eſt partim vniuerſalis & partim particularis: ſed diſſimiliter. Siquidem prima eſt particularis de ſubiecto, & vniuerſalis de

modo: secunda uerò ediuerso est uniuersalis de subiecto & particularis de modo. Similiter & ista, omnem hominem possibile est esse currentem, & aliquem hominem impossibile est esse currentem, sunt contradictoriae de lege: nā diuersae sunt qualitates, & prima uniuersalis de subiecto, particularis autem de modo. Secunda uerò cōtrā, est particularis de subiecto, & uniuersalis de modo.

¶ In subalternis autem de lege, tota uniuersalis uicem propositionis uniuersalis obtinens, est subalterna propositioni partim uniuersali, & partim particulari, locū particularis tenenti: ut omnem hominem necesse est esse currentem: quae est tota uniuersalis affirmatiua, est subalterna huic: omnem hominem possibile est esse currentem, & etiam huic: aliquem hominem necesse est esse currentem, quae sunt affirmatiuae, partim particulares. Sic omnem hominem necesse est non esse currentem, quae est tota uniuersalis negatiua, est subalterna huic: omnem hominem possibile est non esse currentem: & etiam huic, aliquem hominem necesse est non esse currentem, quae sunt negatiuae partim particulares. Praeterea partim uniuersalis, quae uicem uniuersalis obtinet, est subalterna de lege omnino particulari eiusdem qualitatis, ut huic, aliquem hominem possibile est esse sedentem, subalternae sunt, aliquem hominem necesse est esse sedentem: & omnem hominem possibile est esse sedentem. Ita huic, aliquem hominem possibile est non esse sedentem: quae est tota particularis negatiua, subalternantes sunt: aliquem hominem necesse est non esse sedentem: & omnem hominem possibile est non esse sedentem, quae sunt negatiuae, partim uniuersales.

## F A B E R.

¶ Propositiones modales eiusdem subiecti & praedicati, diuersae qualitatis, de subiecto singulares & uniuersales de modo: legem contrariarum participant. Particulares de modo: legem subcontrariarum. Una uniuersalis, & alia particularis: contradictoriarum imò sunt contradictoriae

singulares.

¶ Quod si ambae eiusdem qualitatis fuerint, & eorum altera de modo uniuersalis, altera uerò particularis: legem subalternarum participant.

¶ Propositiones modales eiusdem subiecti & praedicati, diuersae qualitatis, partim consimiliter uniuersales, partim consimiliter particulares: nullam legem participant.

¶ Legem enim participare, est aliquas propositiones & omnes similis formae, aliquarum oppositarum legem obseruare.

¶ Dicuntur partim consimiliter uniuersales: quarū utraq; est uniuersalis aut ex parte subiecti solum, aut ex parte modi solum. Et ita partim consimiliter particulares.

¶ Propositiones modales eiusdem subiecti & praedicati & qualitatis partim dissimiliter uniuersales, partimq; dissimiliter particulares: nullam legem participant.

¶ Negatio preposita modo uniuersali, aut particulari: facit equipollere contradictorio.

¶ Postposita modo uniuersali: contrario.

¶ Preposita & postposita modo uniuersali & particulari: subalterno.

¶ Modales compositae, ad disciplinas pertinent.

¶ Modales autem diuise, ad sophisticam.

## CLICHTOVEVS.

¶ Diffiniuntur hic propositiones de subiecto singulari: oppositarum leges ratione modi participant. Quarum haec sunt exempla. De participantibus legem contrariarum siue contrariis secundum legem, ut Sortem necesse est esse animal, Sortem impossibile est esse animal. De subcontrariis, ut Sortem possibile est esse animal, Sortem

possibile est non esse animal. De contradictorijs singularibus, ut Sortem necesse est esse animal, & Sortem possibile est esse animal: similiter Sortem impossibile est esse animal, & Sortem possibile est esse animal, quæ sunt contradictoria singularia: quia sunt singulares eiusdem subiecti & prædicati, diuersæ qualitatis, & ex parte modi diuersæ quantitatis. De singularibus subalternis, ut Sortem necesse est esse animal, & Sortem possibile est esse animal, similiter Sortem impossibile est esse animal, & Sortem possibile est non esse animal, quare uniuersalis de modo, uicem uniuersalis obtinet: particularis uero de modo uicem particularis. ¶ Deinde ponitur duæ regulæ, quibus cognoscuntur modales nullam legem participant. Primæ exemplum, ut omnem hominem possibile est currere, & omnem hominem possibile est non currere, quæ sunt modales eiusdem subiecti & prædicati, & diuersæ qualitatis, partim uniuersales, & partim particulares, sed consimiliter. Nam sunt ambæ uniuersales de subiecto, & particulares de modo. Quod autem huiusmodi propositiones & alix similis formæ, contrariarum legem non participant, patet: quia possunt ambæ simul esse ueræ, ut datæ propositiones. Quod non subcontrariarum, constat: quia possunt ambæ simul esse falsæ, ut omnne ens possibile est esse æternum, & omne ens possibile est non esse æternum, que sunt ambæ simul falsæ. Ex quibus etiã liquet, quod non participat legem contradictoriarum, neque itidem subalternarum legem seruant. Nam affirmatiua potest esse uera: sua negatiua existente falsa, ut omnem hominem possibile est esse animal: & omnem hominem possibile est non esse animal. Non igitur affirmatiua erit subalternans, & negatiua subalternata. E diuerso potest affirmatiua esse falsa, negatiua existente uera, ut omnem hominem possibile est esse lapidem: & omnem hominem possibile est non esse lapidem. quare negatiua non erit subalternans, & affirmatiua subalternata. Itaque per sufficientem inductionem, nullam legem participant. ¶ Secundæ regulæ exemplum, ut quendam hominem necesse est esse currentem, & omnem hominem

possibile est esse currentem, sunt enim eiusdem subiecti & prædicati, & eiusdem qualitatis, partim uniuersales, & partim particulares: sed dissimiliter. Nam prima est particularis de subiecto, & uniuersalis de modo: secunda uero est uniuersalis de subiecto, & particularis de modo. Quod autem tales propositiones contrariarum legem non participant, manifestum est: quia possunt dari duæ simul ueræ, ut aliquem hominem necesse est esse animal, & omnem hominem possibile est esse animal. Similiter dantur duæ simul falsæ, ut quendam hominem necesse est esse asinum, & omnem hominem possibile est esse asinum: quare neque subcontrariarum, neque contradictoriarum legem participant. Præterea potest dari uniuersalis de modo falsa, & particularis de modo uera, ut aliquem hominem necesse est sedere, & omnem hominem possibile est sedere. Contra potest dari particularis de modo falsa, & uniuersalis de modo uera, ut quoddam animal necesse est esse hominem, & omne animal possibile est esse hominem: quare non potest prima ad secundam esse subalternans, neque secunda ad primam: non igitur legem subalternarum participant, & per consequens nullam legem, quod est propositum. ¶ Mox tres ponuntur regulæ æquipollentiarum modalium quæ sunt per præpositionem, aut postpositionem negationis ad modum, secundum analogiam propositionum de inesse. Primæ regulæ exemplum, ut aliquem hominem non necesse est currere, æquipollet huic, aliquem hominem possibile est non currere. Similiter, hominem non possibile est currere, æquipollet huic, hominem impossibile est currere. ¶ Secundæ regulæ exemplum, ut omnem hominem necesse est non currere: æquipollet huic, omnem hominem impossibile est currere: similiter omnem hominem impossibile est non currere, æquipollet huic, omnem hominem necesse est currere. ¶ Tertiæ regulæ exemplum, ut hominem non necesse est non currere, æquipollet huic, hominem possibile est currere: & ista, hominem non possibile est non currere, huic, hominem necesse est currere. Et probandæ sunt hæc regulæ eo modo

do: quo probatx sunt regulx æquipollentiarum de inq̄ esse. Et per eas, omnes eiusdem ordinis modales diuifx adinuicem penes quantitatem subiecti conſimiles, inter ſe æquipollent. Nempe ad modalium a quipollentiam, requiritur quòd eiſdem ex parte ſubiecti ſint quantitas. ¶ Autores autem in diſciplinis utuntur modalibus compositis: diuifarum autem uſus, ſolum ad ſophiſticā pertinet. Quare propoſitiones diſciplinarum in quibus ponitur aliquis diſtorum modorum, ſiue præponatur, ſiue interponatur, ſiue poſtponatur; intelligèdæ ſunt eſſe modales compositæ.

FABER.

¶ **A & a**, ſignificant modum & uerbum ſimiliter ſe habere. **A & e**, modum ſimiliter, & uerbum diſſimiliter.

¶ **A & i**, modum diſſimiliter & uerbum ſimiliter. **A & u**, & uerbum & modum, ſe ſe habere diſſimiliter.

¶ Similiter enim ſe habent modo, quando neutrius aut utriuſq̄ modo præponitur negatio: & ſimiliter uerbo quando neutri aut utriq̄ poſtmodum ponitur negatio.

¶ Et ſimiliter modo, & uerbo diſſimiliter: quando neutri aut utriq̄ præponitur negatio modo, & uni poſtponitur negatio modo, alteri uerò minime.

¶ Et ſe habent uerbo ſimiliter & modo diſſimiliter, quando utriq̄ aut neutri poſtponit negatio modo: & uni præponitur negatio modo, alteri uerò non.

¶ Et ſe habent uerbo & modo diſſimiliter, quando uni præponitur negatio modo, alteri autem nō: & uni poſtponitur negatio modo, alteri uerò non.

	Parti.affir.	parti.neg.	uni.neg.	uni affir.
Poſſibile	a	e	i	u
Contingens	a	e	i	u
Impoſſibile	i	u	a	e
Neceſſe	u	i	e	a

CLICHTOVEVS.

¶ Vocales, a, e, i, u, poſitæ in ſyllabis quatuor diſtionū Amabimus, Edentuli, Iliace, Purpurea, denotantiū ordinis modalium diuifarum: denotāt habitudinē modi & copulæ penes affirmationē & negationē. Nā a, ſignificat neq̄ negationē præponi modo neq̄ poſtponi, ut hominē poſſibile eſt currere. e, negationē ſolū poſtponi mō, ut hominē poſſibile eſt nō currere. i, negationē ſolū præponi, ut hominē nō poſſibile eſt currere. u, uerò negationē præponi & poſtponi, ut hominē nō poſſibile eſt nō currere.

¶ Et cōparādo duas eiſdem ordinis propoſitiones adinuicem, quatuor ſumuntur regulæ æquipollentiarum. **Prima.** Propoſitiones de poſſibili & cōtingētī, æquipollent, uerbo & modo ſimiliter ſe habētibus. Si enim uni<sup>9</sup> uerbū eſt affirmatū: & alterius. Et ſi unius negatū: & alterius. ita & de modo, ut hominē poſſibile eſt currere, & hominē cōtingēs eſt currere. ¶ **Secūda regula.** Propoſitiōes de poſſibili & impoſſibili, æquipollēt: modo diſſimiliter & uerbo ſimiliter ſe habente. Nā ſuper unius modū fertur negatio, & non ſuper alterius. At ſuper utriuſq̄ aut neutrius uerbū, fertur negatio, ut hominem poſſibile eſt currere, & hominē nō impoſſibile eſt currere. Ita propoſitiones de contingenti & impoſſibili, conſimiliter æquipollent. ¶ **Tertia regula.** Propoſitiōes de poſſibili & neceſſario æquipollent, uerbo & modo diſſimiliter ſe habētibus. Nā ſuper unius modum fertur negatio & alteri<sup>9</sup> nō, ita & ſuper uerbū, ut hominē poſſibile eſt eſſe ſedentem, & hominem non neceſſe eſt non eſſe ſedentem. Eoſdem modo æquipollent propoſitiones de contingenti & neceſſario. ¶ **Quarta regula.** Propoſitiones de impoſſibili & neceſſario æquipollent, modo ſimiliter & uerbo

diffimiliter se habentē. Nā aut super utriusq; aut neutri<sup>9</sup> modum fertur negatio: super unius autem uerbū fertur & super alterius nō, ut hominem non impossibile est esse sedente: & hominem nō necesse est nō esse sedentē. Et cuiuslibet harum regularū in unoquoq; ordine sumantur exempla. ¶ In subiecta autē formula, primus limes à sursum in deorsum porrectus, designat primū ordinē modalii diuisarū, quę sunt particulares affirmatiuę de modo. Secundus limes, secundū ordinē modalii, quę sunt particulares negatiuę. Et designatur per uocabulum artis Edentuli, sicut primus per Amabimus. Tertius limes, designat tertium ordinem modalium, quę sunt uniuersales negatiuę de modo. & significatur per Iliace. Quartus limes, designat quartum ordinem modalii, quę sunt uniuersales affirmatiuę de modo. & significatur per uocabulum artis Purpurea. Quod si fiant similis & eiusdem quantitatis ex parte subiecti, cuius sunt ex parte modi, inter eas reperientur propositiones oppositę de forma, hoc modo.

Purpurea.

Iliace.

Oēm ho. nō possi. ē nō cur. Oēm hoīem nō possi. ē cur.  
 Oēm ho. nō cōtin. nō cur. Oēm ho. nō cōtingit curre.  
 Oēm ho. ipossi. est non cur. Oēm homi. impof. est curre.  
 Cē n homi. necesse est curre. Oēm ho. necesse ē nō curre.

Amabimus.

Edentuli.

Quēdā ho. possi. est curre. Quēdā ho. possi. est non cur.  
 Quēdā ho. cōtingit curre. Quēdā homi. cōtin. nō curre.  
 Quēdā ho. nō ipossi. ē cur. Quēdā ho. nō ipossi. ē nō cur.  
 Quēdā ho. nō necesse ē nō cur. Quēdā ho. nō necesse est cur.  
 Et propositiones primū & secundū ordinis sunt subcontrarię de forma. tertius & quartus ordo, contrarij. primus & tertius, item secundus & quartus, contradictorij. primus & quartus, item secundus & tertius, subalterni,

FABER.

¶ Propositio modalis tota uniuersalis affirmatiua, per accidens in totam particularem affirmatiuam, de necessitate atq; formaliter conuertitur.

¶ Tota uniuersalis negatiua, simpliciter in totam uniuersalem negatiuam, & per accidens in totam particularem, & mixtim in partim uniuersalem, partimq; particularem conuertitur.

¶ Propositio modalis tota particularis negatiua, non conuertitur.

¶ Propositio modalis tota particularis affirmatiua, conuertitur simpliciter in totam particularem affirmatiuam.

¶ Propositio modalis affirmatiua partim uniuersalis, partimq; particularis, mixtim in totam particularem conuertitur.

¶ Propositio modalis negatiua partim uniuersalis, partimq; particularis, nullo pacto conuertitur.

CLICHTOVEVS.

¶ Postremo, ponuntur sex regulę conuersionum modalium diuisarū. Exemplū primę, ut omnē hoīem necesse est esse animal, ergo quoddam animal possibile est esse hominem. Quę sic ostenditur. Sit data uniuersalis affirmatiua, omne a necesse est esse b. Dico eā cōuerti in suā totā particularem quoddā b possibile est esse a. Patet: quia si nō sequatur, omne a necesse est esse b: ergo quoddam b possibile est esse a, sit gratia disciplinę antecessens uerum, & consequens falsum. Cum consequens sit falsum, eius contradictorium omne b necesse est non esse a, est uerum. Et cū antecessens sit uerū, ita eius particularis, aliquod a possibile est esse b, etiā est uera: quare aliquid idē possibile est a & b. Quęcūq; em̄ de se inuicē possibiliter uerificatur: & de eodē tertio uerificabitur, sit itaq; illud tertium c. Cū c possibiliter sit a, & c possibiliter sit b: ut nunc admissum est, aliquod b possibiliter est a. Quęcūq; ¶

de eodem tertio possibiliter uerificantur: & de se inuicem possibiliter uerificabunt. Atqui maior est uera & minor, per concessum: ergo & conclusio est uera. & eius contradictoria, omne b necessario non est a, etiã concessa est uera: sunt igitur duæ contradictoriæ simul ueræ, quod est impossibile: quare data cõuersio erat bona. Et solũ uno hoc modo potest conuerti propositio modalis tota uniuersalis affirmatiua, non enim potest conuerti in affirmatiuã totam uniuersalem, neq; in affirmatiuam partim uniuersalem & partim particularem, cum tunc uniuersalis affirmatiua in uniuersalem affirmatiuam conuerteretur: quod est inconueniens. ¶ Secunda regula, tres habet partes. Prima est, Modalis diuisa tota uniuersalis negatiua conuertitur simpliciter in totam uniuersalem negatiuam, ut omnis homo necessario non est lapis, ergo omnis lapis necessario non est homo. Quæ sic demonstratur. Sit data uniuersalis negatiua, omne a necessario non est b. Dico eam formaliter conuerti in istam, omne b necessario non est a. Nam, si non sequatur: sit antecedens uerum & consequens falsum. Cum consequens sit falsum eius contradictorium, quoddam b possibiliter est a, est uerum, & est affirmatiuum, ergo aliquid idem possibiliter est a & b, sit igitur illud tertium, c. Tunc sic, c possibiliter est b, & possibiliter est a, ergo quoddã a possibiliter est c. Maior est uera & minor, ex concessio: ergo & conclusio: & eius contradictoria, omne a necessario non est b, etiã concessa est uera: sunt igitur duæ contradictoriæ simul ueræ, quod est impossibile: quare data cõuersio erat necessaria. ¶ Secunda pars, Modalis diuisa tota uniuersalis negatiua cõuertitur per accidens in totã particulare negatiuã: ut, omnis homo necessario non est lapis, ergo aliquis lapis possibiliter non est hõ. Quæ sic ostenditur. Sit data tota uniuersalis negatiua, omne a necessario non est b. Dico eã formaliter conuerti in suã totã particulare, quoddam b possibiliter nõ est a. Nã bene sequitur, omne b necessario est a, ergo quoddã a possibiliter est b, per primã regulã: igitur ex opposito etiam sequitur, omne a necessario non est b: ergo quoddã b possibiliter nõ est a, quod est propo-

situm. ¶ Tertia pars, Modalis diuisa tota uniuersalis negatiua conuertitur mixtim, id est partim simpliciter, & partim per accidens, in propositionem negatiuã, partim uniuersalem, & partim particularem. Et hoc dupliciter fit: primo tota uniuersalis negatiua, conuertitur in negatiuam uniuersalem de subiecto, & particulare de modo: ut, omnis homo necessario non est lapis: ergo ois lapis possibiliter non est homo. Quod probatur: nam bene sequitur, omne a necessario non est b, ergo omne b necessario non est a, per primam partem huius regulæ. Et ultra sequitur: omne b necessario non est a: ergo omne b possibiliter non est a, per legem subalternarum ex parte modi, ergo de primo ad ultimum rectè sequitur, omne a necessario non est b: ergo omne b possibiliter nõ est a, per sextam regulam consequentiarum. Secundo, tota uniuersalis negatiua cõuertitur in negatiuã particularem de subiecto, & uniuersalem de modo: ut omnis homo necessario non est lapis: ergo aliquis lapis necessario non est homo. Quæ sic ostenditur. Nã bene sequitur, omne a necessario non est b: ergo omne b necessario nõ est a, per primã partem præsentis regulæ. & ultra sequitur, omne b necessario non est a: ergo aliquod b necessario non est a, per legem subalternarũ ex parte subiecti: ergo de primo ad ultimum bene sequitur, omne a necessario non est b, ergo aliquod b necessario non est a: per sextam regulam consequentiarum, quod est propositum. ¶ Tertiæ regulæ conuersionis exemplũ: ut non sequitur, quoddam aial possibiliter non est homo, ergo quidã homo possibiliter non est aial. Quod sic ostenditur. Non sequitur (ut in prima regula dictum est) omne a necessario est b: ergo omne b necessario est a. Igitur ex opposito etiam non sequitur, quoddã b possibiliter non est a: igitur quoddam a possibiliter nõ est b: sicut neq; in propositionibus de inesse. ¶ Quartæ regulæ exemplum: ut formaliter sequitur, quidã homo possibiliter est animal, ergo aliquod animal possibiliter est homo. Patet, quia per primam partem secundæ regulæ bene sequitur: omne a necessario non est b: ergo omne b necessario non est a: igitur ex opposito per quartam re-



gulam consequentiarum bene sequitur: aliquid b possibile est a: ergo aliquid a possibile est b: quod est propositum. ¶ Quinta regula bifaria fieri potest. Primo affirmatiua uniuersalis de subiecto, & particularis de modo, conuertitur in totam particularem affirmatiuam: ut, omnis homo possibile est animal: ergo aliquid animal possibile est homo. Patet: quia recte sequitur per tertiam partem secundæ regulæ: omne a necessario non est b: ergo quoddam b necessario non est a: igitur ex opposito per quartam regulam consequentiarum bene sequitur, omne b possibile est a, ergo aliquid a possibile est b: quod est propositum. Secundo, affirmatiua particularis de subiecto, & uniuersalis de modo conuertitur in totam particularem affirmatiuam: ut homo necessario est animal, ergo aliquid animal possibile est homo. Quod sic ostenditur: bene sequitur per tertiam partem secundæ regulæ hic positæ, omne a necessario non est b: ergo omne b possibile non est a: igitur ad oppositum consequentis, quoddam b necessario est a, sequitur oppositum antecedentis, quoddam a possibile est b: quod est propositum. ¶ Sexta autem regula cõuersionum modalium, habet ueritatem siue modalis negatiua fuerit uniuersalis de subiecto, & particularis de modo. ut nõ sequitur, omne habens pedes possibile non est ambulans: ergo aliquid ambulans possibile non habet pedes. Patet: quia non sequitur, omne a necessario est b: ergo aliquid b necessario est a, ut in prima harum regularum dictum est: igitur neq; ex opposito sequitur: omne b possibile non est a: ergo aliquid a possibile non est b, quod est huius partis propositum. Secundo, modalis negatiua particularis de subiecto, & uniuersalis de modo, non recte conuertitur: ut non sequitur, quoddam animal necessario non est homo, ergo aliquis homo possibile non est animal. Quod sic ostenditur. Non sequitur, omne a necessario est b: ergo omne b possibile est a: ut in prima regula dictum est: igitur neq; ex opposito consequentis, quoddam b necessario non est a, sequitur oppositum antecedentis, quoddam a possibile non est b: quod est propositum.

## Ars Syllogismorum.

## DIVISIONES.

¶ Argumentatio.  
Syllogismus.  
Inductio.  
Exemplum.  
Enthymema.  
¶ Syllogismus,  
Categoricus.  
Hypotheticus.  
¶ Categoricus,  
Communis.  
Expositorius.

¶ Communis,  
Simplex.  
Compositus.  
Prime figure.  
Secundæ figure.  
Tertiæ figure.  
Directe concludens.  
Indirecte concludens.  
Perfectus.  
Imperfectus.

## CLICHTOEVVS.

¶ Supremum & primum huius artis, est argumentatio: quæ in quatuor diuiditur species: syllogismum, inductio, nem, exemplum & enthymema. Syllogismus (de quo præcipua hic agitur determinatio) diducitur deinde in syllogismum categoricum & hypotheticum, syllogismus categoricus, in syllogismum categoricum communem & expositorium: qui ulteriores non habet diuisiones. Syllogismus autem categoricus communis, diuiditur in simplicem & compositum. Quorum uterq; tripartitam subinde diducitur. Primo in syllogismum primæ figuræ, secundæ, & tertiæ. Secundo in syllogismum directe concludentem & indirecte. Tertio in syllogismum perfectum & imperfectum. Quæ omnia, secundum positam in diuisione, seriem diffiniuntur.

## F A B E R.

Argumentatio, est consequentia bona.  
¶ Syllogismus, est oratio in qua quibusdam positis, aliud quiddam ab ijs que posita sunt de ne-

cessitate accidit, eo quod hæc sunt.

¶ Quibusdam positis, quibusdam propositionibus. de necessitate: formaliter, in consequentia necessaria ac formaliter. Accidit, sequitur. Eo quod hæc sunt, propter hæc. Prima illarum propositionum vocatur maior. Secunda minor.

¶ Et illa quæ ex ipsis infertur, vocatur conclusio. Propositio, præmissa.

## CLICTHOVEVS.

**A**rgumentatio communiter accepta, & consequentia idem, & complectitur tam veras argumentationes & bonas consequentias, quam apparentes argumentationes, & malas consequentias, quæ ita à logica reijciuntur, sicut solæcismus & barbarismus (que non latina est locutio, sed esse videtur) à grammatica. Proprie uerò accepta, argumentatio & bona consequentia, idem sunt, & hæc potissimum logicæ est considerationis, ut recta locutio latine, grammaticæ. ¶ Diffinitio autem syllogismi, sic intelligenda est. Syllogismus, est oratio (est enim propositio hypothetica rationalis & argumentatio) in qua, cum dux ad minus propositiones siue præmissæ in antecedente positæ fuerint, & coniunctione copulatiua connexa; conclusio alia ab utraq; præmissarum formaliter sequitur, non propter maiorem tantum, neq; minorem tantum: sed maiorem & minorem simul. Ut hæc argumentatio, omne animal est substantia, & omnis homo est animal, ergo omnis homo est substantia; est syllogismus, nam, est oratio in qua quibusdam propositionibus positis: ponuntur enim hæc dux propositiones, omne animal est substantia, & omnis homo est animal, pro toto antecedente: & connectuntur per coniunctionem copulatiuam, quarum prima, & coniunctionem præcedens, est maior; & secunda, coniunctio nemque sequens, minor: aliud ab his quæ posita sunt de necessitate accidit, nam conclusio, omnis homo est substantia: alia non modo à toto antecedente, sed & à maiore, & à minore formaliter sequitur, nam tenet in omnibus terminis simili

simili forma argumentandi retenta, eo quod hæc sunt, hoc est propter hæc posita, scilicet maiore & minorem simul positas, & non propter alteram tantum. Quo fit ut argumentatio, cuius conclusio utriusque aut alteri præmissarum est similis: minime syllogismus dici queat, qualis est hæc, omnis homo est homo, & omnis homo est homo, ergo omnis homo est homo quæ ridicula est argumentatio, & ob petitionem principij statim prorsus inepta. Et propter eandem rationem hic non est syllogismus: omne animal est substantia, & omnis homo est animal: ergo omne animal est substantia, cum conclusio sit eadem alteri propositionum assumptarum, formalis tamen est consequentia à tota copulatiua ad alteram eius partem & enthymema hypotheticum copulatiuum. Fit etiam ut si alicuius argumentationis conclusio una propositione remota, ex altera formaliter adhuc sequatur: illa argumentatio non sit syllogismus, ut omne animal est substantia, & omnis homo est animal, ergo quoddam animal est substantia. Nam remota minore, omnis homo est animal: adhuc conclusio sequitur ex maiore formaliter per legem subalternarum. Quare conclusio non sequitur necessario eo quod hæc sunt, id est propter maiorem & minorem simul, sed propter maiorem tantum. Cum minor nihil conferat ad necessariam eius illationem. In recto autem syllogismo: ex sola maiore non sequitur formaliter conclusio, ut non necessario sequitur, omne animal est substantia, ergo omnis homo est substantia, cum non sequatur in simili forma, omne animal est substantia, ergo omnis albedo est substantia. Neque ex sola syllogismi minore sequitur formaliter conclusio. Ut non necessario sequitur, omnis homo est animal, ergo omnis homo est substantia. Cum in simili forma non sequatur, omnis homo est animal, ergo omnis homo est equus. ¶ Ex hac autem diffinitione manifestum est omnem syllogismum ex duabus constitui propositionibus, maiore & minore, & insuper ex conclusione. Propositio, in proposito, est ad conclusionem inferendam in syllogismo, assumpta enuntiatio, propositio, præmissa, idem: quod conclusio inferendæ præmittatur sic dicta. Maior syllogismi, est prima syllogismi propositio, & quæ coniunctionem

copulatiuā præcedit. Maior, maior propositio, maior præmissa, maior assumptio, idem. Minor syllogismi, est secunda syllogismi propositio, & quæ coniunctionem copulatiuam sequitur. Minor, minor propositio, minor præmissa, minor assumptio, idem. Totum antecedens syllogismi, est propositio copulatiua ex maiore & minore composita. Et hæc prima est partium principalium, syllogismi notam illationis præcedens. Conclusio syllogismi, est ex præmissis syllogismi conclusa enuntiatio, uel est quæ ex præmissis in syllogismo inferitur enuntiatio, & est consequens syllogismi & secunda eius pars principalis, sequens notam illationis.

## FABER.

¶ Syllogismus categoricus, est syllogismus cuius utraq; præmissarum assumptarum, pariter & conclusio, categorica est.

¶ Syllogismus hypotheticus, est syllogismus cuius altera propositionum assumptarum, aut conclusio, hypothetica est.

¶ Syllogismus categoricus communis, est syllogismus categoricus, cuius medium, est terminus communis.

¶ Syllogismus categoricus expositorius, est syllogismus categoricus, cuius medium, est terminus singularis.

¶ Syllogismus categoricus communis simplex, est syllogismus categoricus communis, cuius extrema & copularum propositionum & conclusionis, sunt simplicia.

¶ Syllogismus categoricus communis compositus, est syllogismus categoricus communis, cuius aliquod extremum aut copula est composita.

## CLICHTOVEVS.

¶ Syllogismus non dicitur categoricus, quod totus sit propositio categorica, cum syllogismus omnis sit propositio hypothetica: sed quod utraq; præmissarum & conclusio est categorica, ut, omne animal est sensibile, & omnis homo est animal,

ergo omnis homo est sensibilis. Dati syllogismi maior, est categorica, & minor itidem & conclusio, quare est syllogismus categoricus. Syllogismus autem hypotheticus, est cuius uel maior est, propositio hypothetica, ut, si omnis homo est animal, omnis homo est sensibilis, at omnis homo est animal; ergo omnis homo est sensibilis, aut cuius minor est, propositio hypothetica, ut, omnis homo est animal, at si omnis homo est animal, omnis homo est sensibilis, ergo omnis homo est sensibilis. Aut cuius conclusio fuerit hypothetica, ut, omne animal est sensibile, & omnis homo est animal; ergo omnis homo est sensibilis, uel aliquis homo non est sensibilis. Maxime autem syllogismus hypotheticus, est cuius maior est hypothetica & minor & conclusio itidem hypothetica, ut si homo est, animal est, & si animal est, substantia est; ergo si homo est, substantia est. ¶ Hanc autem & ceteras syllogismorum hypotheticorum formas tradidit diuus Seuerinus Boetius in libro de syllogismis hypotheticis: quem traduxit ex Eudemo & Theophrasto discipulis Aristotelis: in quo hic positam syllogismi definitionem ponit, tam syllogismo categorico, quam hypothetico conuenientem: cum in syllogismo hypothetico quibusdam positis, propositioibus hypotheticis, aut saltim aliqua, necesse est aliud ab istis quæ posita sunt: nunc categoricum, nunc hypotheticum accidere, sicut suo modo in syllogismis categoricis fieri contingit. ¶ De syllogismo communi hoc sumitur exemplum, ut omne animal habet tactum, & omnis homo est animal, ergo omnis homo habet tactum. Eius enim medium, est animal: cum sit terminus bis positus ante conclusionem: semel quidem in subiecto maioris, & semel in prædicato minoris, ipsam conclusionem non intrans. & animal, est terminus communis, ut notum est. ¶ De syllogismo expositorio, ut Sortes est substantia, & Sortes est animal; ergo quoddam animal est substantia. Siquidem eius medium, est Sortes, cum sit terminus bis sumptus, ante conclusionem, scilicet semel in subiecto maioris, & semel in subiecto minoris, ipsam conclusionem non intrans; & Sortes est terminus singularis. ¶ De syllogismo communi simplici, ut, omne animal est substantia, & omnis homo est animal; ergo omnis homo est substantia, Nam extrema maioris, animal & substantia, simplicia

sunt, & copula est etiā simplex. similiter extrema minoris, homo & aīal, sunt simplicia, itidem & copula. deniq; extrema conclusionis, homo & substantia, incomplexa sunt: similiter & copula, simplex & incomplexa. ¶ Syllogismus cōpositus, est quādo aut maior extremitas est complexa, aut minor, aut mediū. Exemplum primi, ut, omne aīal est substātia animata sensibilis, & omnis homo est aīal: ergo omnis homo est substantia animata sensibilis. Exemplum secundi, ut, omne aīal est substantia, & omne aīal rationale est aīal: ergo omne aīal rationale est substantia. Exemplum tertij, ut, omne corpus animatū sensibile est substātia, & omne aīal est corpus animatum sensibile: ergo omne aīal est substātia. ¶ Et si q; hęc tria secundum regulam ternarij connectere uelit, septem sunt modi syllogismi cōpositi. scilicet tres q; dicti sunt: quartus, quando maior extremitas & minor erunt complexa; quintus, cum maior extremitas & medium sunt complexa; sextus, quando minor extremitas & medio sunt complexa; septimus, quando maior extremitas, minor & medium sunt complexa: quorum facile est exempla sumere. Præterea, quando copula propositionū syllogismi & conclusionis est composita, syllogismus est cōpositus. ut omne animal est uel fuit substantia, & omnis homo est uel fuit animal: ergo omnis homo est uel fuit substantia. sed quia copula composita raro utuntur autores in discipulis: secundum eam rarus admodum fit syllogismus compositus.

## FABER.

¶ Syllogismus categoricus primæ figuræ, est syllogismus categoricus, cuius medium subiicitur in maiore & prædicatur in minore. Medium syllogismi, est terminus bis sumptus ante conclusionem, ipsam conclusionem non intrans.

¶ Syllogismi primæ figuræ sunt, Barbara, Celarent, Darrii, Ferio, Baralipon, Celantes, Dabitis, Fapesmo, Friesomorum.

¶ Syllogismus secundæ figuræ, est syllogismus categoricus, cuius medium prædicatur in utraque præmissarum.

¶ Secundæ figuræ syllogismi sunt, Cesare, Camestres, Festino, Baroco.

¶ Syllogismus tertie figuræ, est syllogismus categoricus cuius medium subiicitur in utraq; præmissarum.

¶ Syllogismi tertie figuræ sunt, Darapti, Felapton, Disamis, Datist, Bocardo, Ferison.

¶ Syllogismus directè concludens, est syllogismus categoricus concludens maiorem extremitatem de minore.

¶ Syllogismus indirectè concludens, est syllogismus categoricus concludens minorem extremitatem de maiore.

¶ Maior extremitas, est que continetur in maiori propositione cum medio. Et minor extremitas, que ponitur in minori cum medio.

¶ Syllogismi indirectè concludentes sunt Baralipon, Celantes, Dabitis, Fapesmo, Friesomorum. Reliqui omnes nominati, sunt directè concludentes. Fapesmo & Friesomorum, sunt indifferentes syllogismi primæ figuræ, secundæ figuræ, & tertie figuræ: homonymè tamē capti.

## CLICHTOVEVS.

¶ De syllogismo primæ figuræ hoc detur exemplum: omne animal est substātia, & omnis homo est animal: ergo omnis homo est substātia. in quo mediū animal est em terminus bis sumptus ante conclusionē, ipsam conclusionē nō intrans. Subiectū est in maiore, & prædicatū in minore. Et diffinitur hic syllogismus primæ figuræ de forma directæ: in quo absq; præmissarū transpositione ex præmissis directè sequitur cōclusio. Syllogismus autem primæ figuræ de forma indirectæ (in quo scilicet per præmissarum transpositionem, eadem ut prius, sed indirectè, sequitur conclusio) est cuius medium prædicatur in maiore & subiicitur in minore: ut omnis homo est animal,

Et omne aīal est substantia, ergo oīs homo est substātia. Et hęc forma, sit ex prima, per solā pręmissarū trāspōsitionē. At sola pręmissarū trāspōsitiō nō uariat figurā: sed eandē conclusiōnē directē cōclusam facit cōcludi indirectē, & prius indirectē conclusam directē, propter maiōris extremitatis in minorē, & minoris in maiōrē cōmutatiōnē: quare hęc secūda forma non quartam facit figuram, ut asserūt nonnulli: sed eandē cum priore scilicet primā figurā. Prima autē figura, ut utranque formam, & primā & secundam cōplectitur, est cuius mediū subijctū in una pręmissarū & prędicatur in alia. ¶ Modi autē syllogismorū primę figurę noīantur uocabulis artis posteriorius explicādis: ex quibus sumuntur uniuscuiusq; diffinitiones, quę pariter sunt cōclusiones paulo post demonstrādx. ¶ Barbara, syllogismus primi modi primę figurę, est syllogismus primę figurę, cuius maior est uniuersalis affirmatiua, & minor uniuersalis affirmatiua, cōclusionem uniuersalē affirmatiuam directē concludens, ut omne aīal est substātia, & oīs homo est aīal: ergo oīs homo est substātia. Syllogismus primi modi primę figurę, modus primę figurę, idē. ¶ Celarent, syllogismus secūdi modi primę figurę, est syllogismus primę figurę, cuius maior est uniuersalis negatiua, & minor uniuersalis affirmatiua, cōclusionē uniuersalē negatiuā directē cōcludēs: ut nullum animal est lapis: & oīs homo est animal: ergo nullus homo est lapis. Syllogismus secūdi modi primę figurę, secūdus modus primę figurę, idem. ¶ Darii, syllogismus tertij modi primę figurę, est syllogismus primę figurę, cuius maior est uniuersalis affirmatiua, & minor particularis affirmatiua, cōclusionem particularem affirmatiuam directē concludens: ut omne animal est substātia, & aliquis homo est animal: ergo aliquis homo est substātia. Syllogismus tertij modi primę figurę, tertius modus primę figurę, idem. ¶ Ferio, syllogismus quartij modi primę figurę, est syllogismus primę figurę, cuius maior est uniuersalis negatiua: & minor particularis affirmatiua, cōclusionem particularem negatiuam directē concludens: ut nullum animal est lapis, & aliquis

homo est animal: ergo aliquis homo nō est lapis. ¶ Baralipton, syllogismus quintij modi primę figurę, est cuius maior est uniuersalis affirmatiua, & minor uniuersalis affirmatiua, cōclusionem particularem affirmatiuā indirectē cōcludēs: ut omne animal est substantia, & oīs homo est animal: ergo quxdam substātia est homo. ¶ Celantes, syllogismus sextij modi primę figurę, est syllogismus primę figurę, cuius maior est uniuersalis negatiua, & minor uniuersalis affirmatiua, cōclusionem uniuersalem negatiuā indirectē concludēs: ut nullū aīal est lapis, & oīs homo est animal: ergo nullus lapis est homo. ¶ Dabitis, syllogismus septimij modi primę figurę, est syllogismus primę figurę, cuius maior est uniuersalis affirmatiua, & minor particularis affirmatiua, cōclusionem particularem affirmatiuam indirectē concludens: ut omne animal est substantia, & aliquis homo est animal: ergo quxdam substantia est homo. ¶ Fapesmo, syllogismus octauij modi primę figurę, est syllogismus primę figurę, cuius maior est uniuersalis affirmatiua, & minor uniuersalis negatiua: cōclusionem particularem negatiuam indirectē concludens, ut omne animal est substantia, & nullus lapis est animal: ergo quxdam substantia non est lapis. ¶ Frisefomorū, syllogismus nonij modi primę figurę, est syllogismus primę figurę, cuius maior est particularis affirmatiua, & minor uniuersalis negatiua: cōclusionem particularem negatiuam indirectē concludens, ut aliquod animal est substantia, & nullus lapis est animal: ergo quxdam substantia non est lapis. Et idem dicitur nonus modus primę figurę, sicut pręcedentes omnes consimiliter dicunt. ¶ Syllogismus secundę figurę, est cuius mediū est prędicatum, maioris propositiōnis pariter & minoris. Et eius quatuor sunt modi, id est species, directē cōcludentes. ¶ Cesare, primus modus secundę figurę, est syllogismus secundę figurę, cuius maior est uniuersalis negatiua, & minor uniuersalis affirmatiua, cōclusionē uniuersalē negatiuā directē cōcludēs. ¶ Camestres, syllogismus secūdi modi secundę figurę, est syllogismus secundę figurę, cuius maior est

uniuersalis affirmatiua, & minor uniuersalis negatiua: cōclusionē uniuersalē negatiuā directē cōcludēs. ¶ Fecti no, syllogismus tertij modi secundæ figuræ est syllogismus secundæ figuræ, cuius maior est uniuersalis negatiua, & minor particularis affirmatiua, cōclusionē particularē negatiuā directē concludens. ¶ Baroco, syllogismus quarti modi secundæ figuræ, est cuius maior est uniuersalis affirmatiua: & minor particularis negatiua: cōclusionem particularē negatiuam directē concludens.

8 ¶ Syllogismus tertix figuræ, est syllogismus cuius mediū est subiectū in utraq; præmissarū, ut omnis homo est risibilis, & omnis homo est animal: igitur aial est risibile. Et eius sex sunt modi. ¶ Darapti, syllogismus primi modi tertix figuræ: est syllogismus tertix figuræ, cuius maior est uniuersalis affirmatiua, & minor uniuersalis affirmatiua: cōclusionem particularē affirmatiuā directē concludēs. ¶ Felapton, syllogismus secundi modi tertix figuræ, est cuius maior est uniuersalis negatiua, & minor uniuersalis affirmatiua: cōclusionē particularem negatiuam directē concludens, ut null⁹ homo est lapis, & oīs homo est aial: ergo aial nō est lapis. ¶ Disamis, syllogismus tertij modi tertix figuræ, est syllogismus tertix figuræ, cuius maior est pticularis affirmatiua, & minor uniuersalis affirmatiua, cōclusionem particularē affirmatiuā directē cōcludēs, ut, quidā homo est substātia, & oīs homo est animal, ergo quoddam animal est substantia. ¶ Datisi, syllogismus quarti modi tertix figuræ, est syllogismus tertix figuræ, cuius maior est uniuersalis affirmatiua, & minor particularis affirmatiua: cōclusionem particularē affirmatiuā directē concludens. ¶ Bocardo, syllogismus quinti modi tertix figuræ, est syllogismus tertix figuræ, cuius maior est particularis negatiua, & minor uniuersalis affirmatiua: cōclusionem particularem negatiuam directē concludēs. ¶ Ferison, syllogismus sexti modi tertix figuræ, est syllogismus tertix figuræ cui⁹ maior est uniuersalis negatiua, & minor particularis affirmatiua: cōclusionē pticularē negatiuā directē cōcludēs.

9 Et oēs istæ diffinitionēs suo loco demonstrabunt. ¶ Syllo

gismus directē concludēs, est in cuius cōclusiōe prædicatur maior extremitas de minore, ut, oē animal est substantia, & oīs homo est aial, ergo omnis homo est substantia. hic enim substantia, maior extremitas (nam ponitur in maiore propositione cū medio) in cōclusionē prædicatur de termino homo, qui est minor extremitas: nā ponitur in minore propositione cū medio scilicet animal. Vnde mediū, est termin⁹ bis sumpt⁹ ante cōclusionē, ipsam cōclusionē nō intrās. Et hæc posterior pticula, diffinitio mediū syllogistici adiecta est, ppter syllogismū ex oppositis, qualis est iste: omnis homo est animal, & null⁹ homo est animal: ergo nullus homo est homo. Quāuis em̄ terminus homo, bis sumatur ante cōclusionē: semel quidē, ut maior extremitas, & deinde ut minor: nō tamē est mediū, quia cōclusionē intrat: sed aial (q; cōclusionē nō intrat) prædicti syllogismi est mediū. Syllogismus indirectē cōcludēs, est syllogismus in cuius cōclusionē prædicatur minor extremitas de maiore, ut oē animal est substantia, & oīs homo est animal: ergo quædā substātia est homo. ¶ Vbi homo minor extremitas (cū ponatur in minore propositione cū medio) in cōclusionē prædicatur de substātia maiore extremitate: nā in maiore ponit⁹ propositionē cū medio, Nominatorū autē modorū quintus, sextus, septimus, octauus, & nonus primæ figuræ indirectē cōcludūt: ceteri uerò oēs notari sunt directē cōcludentes, hi quidē primæ figuræ, hi secundæ, & hi tertix. ¶ Fapesmo uerò & frisesomorū sunt cuiuslibet trium figurarū modi: ubiq; ex præmissis iisdem secundū qualitatem & quantitatem cōclusionē particularē negatiuā indirectē cōcludentes. Aequiuocē tamē sunt primæ figuræ modi, & secundæ & tertix. Nā cū sunt modi primæ figuræ: mediū in illis subiicitur in maiore & prædicatur in minore, ut pauloante data ostēdūt exēpla. Cū uerò sunt modi secundæ figuræ: mediū prædicatur in utraq; præmissarū, ut oīs homo est aial, & nullus lapis est animal: ergo quidā homo nō est lapis. Similiter aliquis homo est animal, & nullus lapis est animal: ergo quidam homo non est lapis. Cum uerò sunt modi tertix figuræ: medium

subijcitur in utraq; præmissarū, ut omnis homo est animal, & nullus homo est equus; ergo quoddam animal non est equus. Similiter aliquis hō est animal, & nullus homo est equus; ergo quoddam animal nō est equus. Quare ex diffinitione eorū, ut sunt modi primæ figuræ, facile est sumere eorum diffinitiones, ut sunt modi cæterarum figurarum; cum solum mutandum sit genus diffiniti.

## F A B E R.

¶ Syllogismus perfectus, est syllogismus, qui nullius alterius indiget, ad hoc quod appareat necessarius. Hoc est qui non indiget conuersione, transpositione præmissarū, aut reductione per impossibile. Necessarium, euidentis.

¶ Syllogismus imperfectus, est syllogismus categoricus, qui indiget vnius aut plurimum ad hoc vt appareat necessarius. Hoc est qui indiget conuersione, transpositione præmissarum, aut reductione per impossibile.

¶ Syllogismi perfecti sunt, Barbara, Celarent, Darij, Ferio; & reliqui omnes sunt imperfecti.

¶ Omnia hic dicta, intelliguntur de syllogismis communibus & simplicibus, de quibus Aristoteles præcipuam egit curam atq; determinationem.

¶ Literæ significatiue sunt, A, e, i, o, B, C, c, D, F, m, p, s.

¶ A, vniuersalis affirmatiua, e, vniuersalis negatiua, i, particularis affirmatiua, o, particularis negatiua. Capitaliæ ¶ B, reduci ad barbara, C, ad celarent, D, ad darij, F, ad ferio, c, quod non est dictionis principium: conuersiue ¶ & impossibile significat.

¶ M, mutationem præmissarū, id est transpositionem,

¶ P, per accidens conuersionem.

¶ S, simplicem conuersionem.

## CLICHTOVS.

¶ De syllogismo perfecto exemplum sumatur; omne ani-

mal est substantia, & omnis homo est animal; ergo oīs homo est substantia. Nā nullius alterius indiget, ut appareat necessarius, id est ut demonstretur esse necessaria consequentia, siue ut ostendatur esse euidentis, manifestus & indubitatus. nō enim indiget conuersione, transpositione præmissarū, aut reductione per impossibile: quāuis indigeat principio de omni, & diffinitione de omni ad suam demonstrationē, ut postea futurus est sermo. ¶ De syllogismo imperfecto, ut, nullus lapis est animal, & omnis homo est animal; ergo nullus homo est lapis, nam indiget vnius trīū instrumentorū quibus perficiuntur syllogismi aut pluriū, ut appareat necessarius: cū indigeat conuersione. Sane aliquis syllogismus imperfectus, solū vnius indiget ut perficiatur, ut primus modus secundæ figuræ, sola conuersione, & quartus modus eiusdē figuræ, reductione per impossibile, aliquis verò pluriū indiget instrumentorum perficiendi syllogismos, ut secundus modus secundæ figuræ, conuersione & mutatione præmissarū. ¶ Et quatuor modorū primæ figuræ syllogismi perfecti sunt: cæteri autem omnes de medio communi, sunt imperfecti, quod postremum adiectum est propter syllogismos tertiæ figuræ expositorios, qui pfecti sunt, & immediate principijs cōprobantur; per quos quidē syllogismos modi tertiæ figuræ, quod solū particulariter cōcludāt, præter cæteros modos perficiuntur. Et demonstrationes syllogismorū perfectorū immediatæ sunt, quod solū ex principijs pcedāt: quare faciliores & perfectiores. Demonstrationes autem syllogismorū imperfectorum mediatæ, quia pcedēt nō statim ex principijs, sed ex cognitis ex principio scilicet conuersione, transpositione præmissarū, & reductione per impossibile: & ergo difficiliore sunt & min⁹ perfectæ, ut suo loco omnia patebunt. ¶ Duodecim autem literarum significatiuarum quatuor primæ, qualitatem & quantitatem præmissarum & conclusionum significāt; in prima quidem syllaba uos cabulorū artis prius nominatorum qualitate & quantitate maioris, in secunda minoris, in tertia cōclusiōis. A, significat vniuersalem affirmatiuam, E, vniuersalem

negatiuam, I, particularem affirmatiuam, O, particulare negatiuam. B, significat syllogismos imperfectos à litera B capitali, initialiq; incipientes, reduci ad barbara, ut baraliptó, baroco, bocardo, C, significat modos imperfectos (quorum ea litera prima est) reduci ad celarent, ut celantes, cesare, camestres, D, significat modos imperfectos ab ea litera incipientes reduci ad darij, ut dabitis, darapti, disamis & datisi. F, uerò modos imperfectos ab hac litera incipientes reduci ad ferio, ut fapesmo, frisesomorq; festino, felapton, ferison, c, paruū, quod non est principium dictionis, sed in medio positū designat modū in quo ponitur, reduci cōuersiue siue per syllogismū cōuersiuum: quā quidē reductionē, uocant reductionē per impossibile, ut baroco & bocardo. M, significat modū in quo ponitur perfici p mutationē siue transpositionē prmissarū, ut fapesmo, frisesomorū, camestres, disamis. Et qui hęc artis uocabula primus excogitauit: dictionis mutatio, literam capitale cepit scilicet M, quæ eā significaret, sicut & primā literā huius dictionis, cōuersiue, scilicet paruū c quæ id significet: sicut item in cæteris literarū significationibus obseruasse compertus est. P, significat prmissam, aut conclusionem cuius uocali immediate postponitur conuerti per accidens, cum modus perficitur, ut baralipton, darapti, felapton. In baralipton tamen nō significat cōclusionem per accidens conuerti: sed eam in conuersione per accidens esse conuertentem cōclusionis uniuersalis affirmatiuæ, de barbara, cū particularis affirmatiua nō conuertatur per accidens, S, denotat prmissam, aut cōclusionem, cuius uocali p̄xime postponitur conuerti simpliciter: cū modus imperfectus ad perfectū reducitur, ut celantes, dabitis, fapesmo, frisesomorum, cesare, camestres, festino, disamis, datisi, ferison.

## Regulæ Syllogismorum.

F A B E R.

1 Ad quasq; prmissas, sequuntur ipse eadem transpositæ.

2 Ad prmissas cōuersæ: sequitur prmissæ cōuertentis.  
3 Ex cuiuslibet syllogismi contradictorio conclusionis cum alterutra prmissarum, de necessitate sequitur oppositum alterius prmissæ.

## CLICHTOVS.

1 Regularū subiunctarū tres primæ probant tria instrumenta, quibus perficitur syllogismi imperfecti, prima quidē transpositionē prmissarū, secūda cōuersionē, & tertia reductionē per impossibile siue syllogismū conuersiuum. 2 Quarū prima est, quod ad quascūq; prmissas sequitur ipse eadē mutato ordine positæ: ut quæ ante prior fuerit, sit deinde posterior: & quæ posterior, prior: ut bene sequitur, omne aīal est substantia, & oīs homo est aīal, ergo oīs homo est aīal, & omne animal est substantia: ubi secundo loco sumptæ prmissæ, oppositum habent situm ad primas. Patet, quia si non sequatur, omne b est a, & omne c est b: ergo omne c est b & omne b est a. Sit gratia disciplinæ antecedens uerū & cōsequens falsum. Cū cōsequens, omne c est b, & omne b est a, sit falsum, & sit una copulatiua, per diffinitionē, altera pars eius est falsa. Sit ergo prima eius pars, omne c est b, falsa: eius igitur cōtradictoria, quoddā c nō est b, erit uera. Cū antecedens, omne b est a, & omne c est b, per hypothēsin sit uerū, & sit copulatiua: eius utraq; pars per diffinitionē est uera, quare hęc, omne c est b secūda eius pars est uera: & sua cōtradictoria, quoddā c non est b, itidem concessa est uera: sunt igitur duæ cōtradictoriæ simul ueræ, quod est impossibile. Quod si quis dicat primi cōsequentis non primā partē quæ data est, sed secūdā partē falsam, omne b est a eodem ordine pbabitur eius cōtradictoria, quoddā b nō est a, debere esse ueram. Et cum antecedens sit admittum uerū quod est ppositio copulatiua: eius utraq; pars est uera, quare & hęc, omne b est a, eius prima pars: cuius iam cōtradictoria, quoddam b nō est a est admittenda: sunt igitur duæ cōtradictoriæ simul ueræ, quod est impossibile. 2 Ex hac regula sequitur, quod ad quasq; prmissas sequitur aliqua conclusio, ad eadē transpositi



tas sequitur eadē conclusio; ut sicut bene sequitur, omne animal est substantia, & ois homo est animal; ergo ois homo est substantia; ita recte sequitur, ois homo est animal, & omne animal est substantia; ergo ois homo est substantia. Sit supposita hypothesis quod bene sequatur, omne b est a, & omne c est b; ergo omne c est a. Dico quod bene etiā sequitur, omne c est b, & omne b est a; ergo omne c est a. Patet: nam bene sequitur, omne c est b, & omne b est a; ergo omne b est a, & omne c est b. Nā ad prmissas non transpositas sequuntur ipsæ eadem transpositæ. Et ultra sequitur per hypothesis, omne b est a, & omne c est b; ergo omne c est a; igitur de primo ad ultimum bene sequitur, omne c est b, & omne b est a; ergo omne c est a. Quicquid enim sequitur ad consequens primæ consequentiæ, sequitur ad eius antecedens.

¶ Ex quo patet tot esse syllogismos indirecte concludentes aliquam conclusionem, quot sunt eandem directe concludentes, & ex eisdem terminis, & ediuerso. Nam sola prmissarum transpositione, & seruata eadem conclusio, ne syllogismi, directe concludentes fiunt indirecte concludentes; & indirecti fiunt directi propter mutationem maioris extremitatis in minorem, & minoris in maiorem.

¶ Vnde tot sumuntur modi in omnibus figuris, prmissis transpositis quot sunt sumpti prmissis non transpositis: transferendo syllabam maioris in locum minoris, & ediuerso, qui sunt:

Barbara, Calarent, dirai, fireo Brabalipton,  
Calentes, dibatis, fefmapo, frefisomorum,  
Casere, cesmatre s, sitesno, boraco, daprati,  
Fapleton, damisis, disati, bacordo, fiseron.

¶ Et quatuor primi modi ostendunt formam imperfectam & indirectam primæ figuræ pro qua nonnulli contra Aristotelis sententiam conati sunt quartam asseruere figuram. Cæteri autem respondent, tum in prima, tum

in secunda, tum in tertia figura suis alijs modis. ¶ Pro secunda regula, cognoscendum est quod prmissæ ipsius conuersæ sunt, in quibus una uel plures conuersæ continentur. Præmissæ autem conuertentes sunt, in quibus una uel plures continentur conuertentes, ut omne ani-

mal est substantia, & omnis homo est animal, sunt præmissæ conuersæ. At omne animal est substantia: & quoddam animal est homo, sunt præmissæ conuertentes: quod hic minor conuertens sit, illic uerò minor est conuersa. ¶ Et per hanc regulam ad primas præmissas sequuntur secundæ, ut recte & necessario sequitur, omne b est a, & omne c est b; ergo quoddam a est b, & omne c est b. Nam impossibile est antecedens esse uerum, quin simul consequens sit uerum. Ponatur enim antecedens omne b est a, & omne c est b esse uerum. Cum sit una copulatiua, eius utraque pars est uera, quare omne b est a prima, & ius pars est uera. & omne c est b secunda pars itidem uera. Et sequitur, omne b est a, ergo quoddam a est b, per conuersionem uniuersalis affirmatiuæ in particularem affirmatiuam. Antecedens autem probatur esse uerum, ergo & consequens: quod est prima pars consequentis datæ argumentationis: & secunda eiusdem consequentis pars, omne c est b prius ostensa est uera; igitur utraque consequentis pars est uera; & est una copulatiua: igitur totum consequens est uerum. Posito igitur antecedente uero, necessarium est consequens esse uerum, quod est propositum. Ex hac autem regula in præmissis primi modi primæ figuræ, tres habentur modi argumentandi. Primus, ubi ex huiusmodi præmissis sequuntur præmissæ conuertentes maioris tantum; ut omne b est a, & omne c est b; ergo quoddam a est b, & omne c est b. ¶ Secundus, ubi ex primi modi præmissis sequuntur præmissæ conuertentes minoris tantum; ut omne b est a, & omne c est b; ergo omne b est a, & quoddam b est c. ¶ Tertius, ubi ex eiusdem primi modi præmissis sequuntur præmissæ conuertentes maioris & minoris simul; ut omne b est a, & omne c est b; ergo quoddam a est b, & quoddam b est c. Sic ex secundi modi primæ figuræ præmissis, tres sumuntur modi argumentandi. Primus, maiore sola conuersa aut simpliciter aut per accidens: ut nullum b est a, & omne c est b; ergo nullum a est b, & omne c est b, uel ergo aliquod a non est b, & omne c est b. Secundus, minore sola conuersa per accidens; ut nullum b est a, & omne c est b;

ergo nullum b est a & quoddam b est c. Tertius, maiore & minore simul conuersis: ut omne b non est a, & omne c non est b: ergo nullum a est b & quoddam b est c: uel ergo quoddam a non est b, & quoddam b est c. Et ita in cæteris modis quorum utraque præmissa potest conuer- ti, tres sumuntur modi argumentandi, ubi uerò una tan- tum præmissa cõuertitur, ut baroco & bocardo: unicuique.

19 ¶ Tertia regula pendet ex decimaquarta regula conse- quentiarum prius ostensa. Diduciturque in duas regu- las speciales. Prima. Ex cuiuslibet syllogismi cõtradiçto- rio conclusionis cum maiore, de necessitate sequitur con- tradictorium minoris. Ut hic sit syllogismus, omne b est a, & omne c est b, ergo omne c est a. Dico quòd bene lequiritur, omne b est a, & quoddam c non est a, ergo quoddam c non est b, etiam syllogistice. Si enim non sequatur, sit antecedens uerum & consequens falsum. Cum consequens sit falsum: omne c est b, eius contradictorium est uerum. Et cū antecedens per hypothesin sit uerum, & sit propo- sitio copulatiua: eius utraq; pars p diffinitione est uera: quare omne b est a, prima eius pars est uera: & etiam se- cunda pars, quoddam c non est a. At per hypothesin bene sequitur: omne b est a, & omne c est b, ergo omne c est a: quia admissus est in principio esse syllogismus. Sed ma- ior est uera, & concessum est, etiam minor: ergo & cõclusio, omne c est a, est uera: & eius contradictoria quoddã c non est a, concessa est uera: sunt igitur dux contradicto- rix simul ueræ, quod est impossibile: quare secundus syl- logismus erat bonus. ¶ Secunda pars. Ex cuiuslibet syl- logismi contradictorio conclusionis cum minore, de nes- cessitate in syllogismo sequitur cõtradiçtorium maioris. Ut sit datus prædictus syllogismus, omne b est a, & omne c est b: ergo omne c est a. Dico & hic esse syllogismū, quoddam c non est a, & omne c est b: ergo quoddam b non est a. Quòd si quis dubitet: ponat gratia disciplinæ antecedens uerum, & consequens falsum. Cum conse- quens per hypothesin sit falsum, eius contradictorium, omne b est a, est uerum. Et cum per hypothesin antece- dens sit uerū, & sit una copulatiua, utraq; partium eius est uera,

est uera, quare prima eius pars, quoddam c non est a, est uera, itidem & secunda omne c est b. At sequitur per hy- pothesin, omne b est a, & omne c est b: ergo omne c est a. Maior concessa est uera, itidem & minor: ergo & conclusio, omne c est a, est uera: & sua contradictoria, quoddã c non est a etiã concessa est uera: sunt itaq; dux contradicto- rix simul ueræ, quod est impossibile. Est igitur secūda cõ- sequentia bonus syllogismus, quod est propositum.

F A B E R.

4 ¶ Ad quascunq; præmissas, aliqua sequitur conclusio: ad easdem sequitur conuertens, subalterna, & omnes con- clusionis æquipollentes.

	A	E	I	O
	i	o	ne	na
	no	ni	nan	nen
	en	an	is	o
	ip	es	o	o
	o	op	o	o

CLICHTOUEVS.

4 ¶ Quarta regula tres habet partes. Prima. Ad quascunq; præmissas sequitur aliqua cõclusio, ad easdem sequitur conuertens cõclusionis: ut ad has præmissas, omne b est a, & omne c est b, sequitur cõclusio, omne c est a: quæ cõ- uertitur per accidens in hanc, quoddam a est c: ergo con- uertens quoddam a est c, sequitur ad datas præmissas omne b est a, & omne c est b. Et dico bene sequi, omne b est a, & omne c est b, ergo quoddam a est c. Patet: nam per hypothesin bene sequitur, omne b est a, & omne c est b: ergo omne c est a, per primum modū primæ figuræ. Et ultra sequitur: omne c est a, ergo quoddam a est c, per cõ- uersionem uniuersalis affirmatiuæ in particularem affir- matiua, ergo ex primo antecedente sequitur ultimum consequens hoc modo, omne b est a, & omne c est b: ergo

22. quoddam a est c. ¶ Secūda pars est. Ad quascunq; præmissas sequitur aliqua cōclusio, ad easdem sequitur cōclusionis subalterna particularis: ut ad datas præmissas, omne b est a, & omne c est b, sequitur conclusio, omne c est a: cuius particularis subalterna est, quoddam b est a: quæ quidem particularis sequitur ad easdem præmissas. Et dico quod rectè sequitur: omne b est a, & omne c est b: ergo quoddam c est a. Nam per hypothesin sequitur, omne b est a, & omne c est b: ergo omne c est a. Et ultra sequitur omne c est a, ergo quoddam c est a per legem subalternarum: igitur de primo ad ultimum bene sequitur.
23. omne b est a, & omne c est b: ergo quoddā c est a. ¶ Tertia pars regulæ est. Ad quascunq; præmissas sequitur cōclusio, ad easdem sequuntur conclusionis æquipollentes. Ut ad datas præmissas, omne b est a, & omne c est b, sequitur conclusio, omne c est a. Quæ per secundam regulam æquipollentiarum æquipollēt huic, nullum b non est a: & per primam & tertiam huic, non quoddam b non est a: quæ quidem æquipollentes sequuntur ad easdem præmissas. Et dico bene sequi: omne b est a, & omne c est b: ergo nullum c non est a. Nam per hypothesin rectè sequitur, omne b est a, & omne c est b: ergo omne c est a. Et ultra sequitur, omne c est a: ergo nullum c non est a. Nam ab æquiualentem ad suam æquiualentem est formalis consequentia: ergo de primo ad ultimum sequitur, omne b est a, & omne c est b: ergo nullum c non est a. Et cum itidem rectè sequatur, omne c est a: ergo non quoddam c non est a, ab æquiualentibus, rursus de primo ad ultimum rectè sequitur, omne b est a, & omne c est b: ergo nō quoddā c non est a. Nam quicquid sequitur ad consequens bonæ consequentiæ, sequitur ad eius antecedens. ¶ In sequenti formula, quatuor constituuntur limites à sursum in deorsum porrecti, in quorum summo ponuntur uocales: a, e, i, o, significantes qualitatem & quantitatem conclusionū cuiuscunq; syllogismi. A quidem, conclusionem uniuersalem affirmatiuam. E, conclusionem uniuersalem negatiuam. I, conclusionem particularem affirmatiuam. & O, conclusionem particularem negatiuam. Subiecta autē
- 24.

eiusdem limitis syllabæ significant conclusiones quæ aut per conuersionem aut legem subalternarum aut æquipollentiam sequuntur per hanc quartam regulam ad easdem præmissas, ad quas sequitur conclusio per supremam eiusdem limitis uocalem designata: ut syllabæ, i, nō, en, ip, significant quatuor conclusiones sequentes ad easdem præmissas ad quas sequitur conclusio uniuersalis affirmatiua. Et quælibet quinque syllabarum secundi limitis, o, ni, an, es, op, significat conclusionem sequentem ad præmissas, ad quas sequitur conclusio uniuersalis negatiua. Et tres syllabæ tertij limitis, ne, nan, is, significant tres conclusiones sequentes ad easdem præmissas, ad quas particularis affirmatiua. Deniq; duæ syllabæ secundi limitis, na, & nen, duas significant conclusiones sequentes ad præmissas conclusionis particularis negatiuæ. In locis autem inferioribus i sola, particularem affirmatiuam, uniuersalis affirmatiuæ subalternam designat. o sola, particularem negatiuam subalternam uniuersalis negatiuæ. i & o præpositæ literæ p, designat tales propositiones conuertentes suarum uniuersalium per accidens: ut ip, particularem affirmatiuam conuertentem uniuersalis affirmatiuæ, & op, particularem negatiuam conuertentem uniuersalis negatiuæ per accidens. ¶ Vocales præpositæ literæ s, designant tantas & tales propositiones conuertentes similibus propositionum conuersione simplici: ut syllaba es, uniuersalem negatiuam conuertentē uniuersalis negatiuæ conuersione simplici: & syllaba is, particularem affirmatiuam conuertentem particularis affirmatiuæ conuersione simplici. ¶ Vocales cum litera n præposita, significant æquipollentem suæ contradictoriae per negationis præpositionem, id enim litera n uocali anteposita designat, ut nō, particularem negatiuam cum præposita negatione æquipollentem uniuersali affirmatiuæ. Ni, particularem affirmatiuam cum negatione præposita sumptam æquipollentem uniuersali negatiuæ. Ne, uniuersalem negatiuam negatione præposita, æquipollentem particulari affirmatiuæ. Et ita de cæteris per analogiam.

¶ Vocales sumptæ cum litera n postposita, significant æquipollentē suæ contrariæ per negationis postpositionem. ut syllaba en significat uniuersalem negatiuam sumptam cū negatione postposita, æquipollentē uniuersali affirmatiuæ. Et an uniuersalem affirmatiuā sumptam cū negatiōe postposita, æquipollentem uniuersali negatiuæ.

¶ Vocales autem sumptæ cū litera n præposita & postposita, significant talem & tantam propositionem secundum uocalis exigentiam æquipollentē suæ subalternæ per negationis præpositionē & postpositionem, ut syllaba nan designat uniuersalem affirmatiuam æquipollentem particulari affirmatiuæ per negationis præpositionem & postpositionem ad ipsam uniuersalem. Et syllaba nen, uniuersalem negatiuam cum negatione præposita ac postposita sumptam, æquipollentem particulari negatiuæ. Itaq; secundum ipsorum limitum numerum & ordinem quatuor ponuntur regulæ, ipsorum significationem explicantes. ¶ Prima regula. Ad quascunq; præmissas sequitur conclusio uniuersalis affirmatiua; ad eandem sequuntur quatuor conclusiones. primo particularis affirmatiua ipsi conclusioni subalterna. ut, omne animal est substantia, & omnis homo est animal; ergo quidam homo est substantia. Syllaba artis, i. Secundo æquipollens ipsius conclusionis uniuersalis affirmatiuæ per præpositionē negationis; ut, omne animal est substantia, & omnis homo est animal; ergo non aliquis homo non est substantia. Syllaba artis, No. Tertio æquipollēs præcipuæ conclusionis per postpositionem negationis; ut, omne animal est substantia, & omnis homo est animal; ergo nullus homo non est substantia. Syllaba artis, En. Quarto particularis affirmatiua conuertens primæ conclusionis uniuersalis affirmatiuæ, ut omne animal est substantia, & omnis homo est animal; ergo quædam substantia est homo. Syllaba artis, Ip. ¶ Secunda regula. Ad quascunq; præmissas sequitur conclusio uniuersalis negatiua, ad eandem sequuntur quinque conclusiones; primo, particularis negatiua ipsius conclusionis subalterna; ut cū bene sequatur, nullum animal est lapis, & quidam

est animal; ergo nullus homo est lapis; etiam bene sequitur nullum animal est lapis, & omnis homo est animal; ergo quidam homo non est lapis. Syllaba artis, O. Secundo, æquipollens uniuersalis negatiuæ per præpositionē negationis; ut nullum animal est lapis, & omnis homo est animal; ergo non quidam homo est lapis. Syllaba artis, Ni. Tertio, Aequipollens eiusdem datæ conclusionis per postpositionem negationis; ut nullum animal est lapis, & omnis homo est animal; ergo omnis homo non est lapis. Syllaba artis, an. Quarto, uniuersalis negatiua conuertens principalis conclusionis conuersione simplici; ut nullum animal est lapis, & omnis homo est animal; ergo nullus lapis est homo. Syllaba artis, Es. Quinto, particularis negatiua conuertens primæ conclusionis uniuersalis negatiuæ conuersione per accidens; ut nullum animal est lapis, & omnis homo est animal; ergo quidam lapis non est homo. Syllaba artis, Op. ¶ Tertia regula. 27  
Ad quascunq; præmissas sequitur conclusio particularis affirmatiua, ad eandem sequuntur tres conclusiones. primo particularis affirmatiuæ æquipollens per præpositionem negationis, ut cum bene sequatur, omne animal est substantia, & homo est animal; ergo homo est substantia. Etiam bene sequitur, omne animal est substantia, & omnis homo est animal; ergo nonnullus homo est substantia. Syllaba artis, Ne. Secundo, eiusdem particularis affirmatiuæ æquipollens per præpositionem & postpositionem negationis; ut omne animal est substantia, & quidam homo est animal; ergo non omnis homo non est substantia. Syllaba artis, Nan. Tertio, ipsius datæ particularis affirmatiuæ conuertens conuersione simplici, scilicet altera particularis affirmatiua; ut omne animal est substantia, & quidam homo est animal; ergo quædam substantia est homo. Syllaba artis, Is. ¶ Quarta regula. Ad quascunq; præmissas sequitur conclusio particularis negatiua, ad eandem sequuntur duæ conclusiones. Primo, æquipollens illius conclusionis particularis negatiuæ, per præpositionem negationis ad suum contradictorium, ut cum bene sequatur, nullum animal est lapis, & quidam

homo est animal: ergo quidam homo non est lapis. Et iā bene sequitur, nullum animal est lapis, & homo est animal: ergo non omnis homo est lapis. Syllaba artis, Na. ¶ Secundo, eiusdem particularis negatiuæ æquiu pollens per præpositionem & postpositionem negationis ad suum subalternum: ut nullum animal est lapis, & quidam homo est animal: ergo nonnullus homo non est lapis. Syllaba artis, Nen. Et singulæ harum regularum partes probantur per quartam regulam hic positam. ¶ Nunc opportunum est omnium syllogismorum modos, tum perfectos, tum imperfectos demonstratione comprobare ad quod diffinitiones & principia quædam præmittenda sunt, scilicet dux diffinitiones, dux dignitates, & dux petitiones. ¶ Diffinitiones. Prima diffinitio. Dici de omni est, quando nihil est sumere subiecti, de quo no dicatur prædicatū: ut omne brutum est animal: nempe nihil potest sumi sub

29 lam hic positam. ¶ Nunc opportunum est omnium syllogismorum modos, tum perfectos, tum imperfectos demonstratione comprobare ad quod diffinitiones & principia quædam præmittenda sunt, scilicet dux diffinitiones, dux dignitates, & dux petitiones. ¶ Diffinitiones. Prima diffinitio. Dici de omni est, quando nihil est sumere subiecti, de quo no dicatur prædicatū: ut omne brutum est animal: nempe nihil potest sumi sub

30 subiecto brutum, quin de eo dicatur prædicatum animal. ¶ Secunda diffinitio. Dici de nullo est, quando nihil est sumere subiecti, à quo non remoueat prædicatum, ut nullus lapis est asinus. Sanè nihil sub subiecto lapis sumitur, quin de eo uerè negetur prædicatum asinus. ¶ Prima dignitas. Si nihil potest inueniri subiecti de quo non dicatur prædicatum: de quocunque dicitur subiectum, de eodem dicitur & prædicatum, ut cum nihil possit inueniri sub subiecto propositionis omne animal est substantia, de quo non uerè affirmetur prædicatum substantia: de quocunque dicitur subiectum animal, de eodem dicitur & prædicatum substantia. Et hæc dignitas uocatur principium de omninā sumitur ex diffinitione de omni. Secunda dignitas. Si nihil potest inueniri subiecti, à quo nō remoueat prædicatum: de quocunque dicitur subiectum, ab eodem remouetur & prædicatum, ut cum nihil possit inueniri sub subiecto propositionis, nullum animal est lapis, à quo non remoueat prædicatum lapis: de quocunque uerè affirmatur subiectum animal, de eod uerè negatur prædicatū lapis. Et hæc dignitas, dicitur principium de nullo: quod ex diffinitione dici de nullo

lo' sit sumpta. ¶ Petitiones. Prima. In omni propositione uniuersali affirmatiua uera, esse dici de omni, ut in hac, omnis color est qualitas & solum in tali. ¶ Secunda. In omni propositione uniuersali negatiua uera, esse dici de nullo, ut nullum animal est planta. & solum in ista dem in tali. Nempe ordinauit Philosophus artem syllogismorum ad disciplinam demonstratiuam, at demonstrationes solum ex ueris procedunt. Itaq; solum in ueris & propositionibus doctrinalibus est dici de omni, aut dici de nullo. Quare in istis, omnis homo est lapis, Sortes est homo, non est dici de omni: nec in his, nullus homo est animal, Sortes non est lapis, dici de nullo: quia aut non sunt ueræ, aut non sunt uniuersales. Et quamuis in uno tantum exemplo demonstrentur hi modi, tamen de omnibus similis formæ exemplis idem esse iudicium supponitur. Cum enim de omnibus sigillatim demonstratio sumi non possit: sufficit de uno demonstrasse, per quod de cæteris idem cognoscatur demonstrandi modus. Et cum propositiones falsæ sint similis formæ cum propositionibus ueris: quamuis syllogismi ex falsis constituantur, non est in illis uariandus demonstrandi modus, cum in quatuor syllogismorum perfectorum demonstratione supponendum sit semper antecedens esse uerum (qualecunque ipsa sit) ex quo probetur consequens esse uerum. Non ergo utrum uerum sit antecedens necne, ad demonstrationem refert: qua id solum probandum suscipitur, quod si antecedens sit uerum; necessarium sit consequens esse uerum. ¶ Quare Diuus Seuerinus Boetius appo-  
31 fuit diffinitioni syllogismi illam particulam concessis: cum inquit syllogismum esse orationem in qua quis buisdam positus & concessis: non quod ea particula sit de integritate diffinitionis syllogismi, sed quia explisat modum demonstrandi syllogismorum in quorum (si modo perfecti fuerint) demonstratione semper petitur antecedens concedi; & ex antecedente concessio: sit demonstratio: quare ex falsis ueræ, ac ueris syllogismus constituitur, & in utroque est eadem demonstrandi

di ratio. At quauis propositiones falsæ sunt simi-  
lis formæ cum propositionibus dici de omni aut dici  
de nullo: non tamen sunt dici de omni aut dici de nullo  
simpliciter, licet ex hypothesi contingat eas admitti esse  
dici de omni aut de nullo: non quatenus falsæ sunt; sed  
34 quatenus ex hypothesi admittæ ueræ. ¶ His principijs  
suppositis: per ordinem modorum ponuntur conclusio-  
nes. Prima conclusio. Maiore uniuersali affirmatiua, &  
minore uniuersali affirmatiua sit syllogismus primæ fi-  
guræ, uniuersalem affirmatiuam directè concludens.  
Quæ sic ostenditur. Sit, omne b est a, uniuersalis affirma-  
tiua, & omne c est b, altera uniuersalis affirmatiua secun-  
dū primæ figuræ dispositiōe. Dico ex illis directè se-  
qui conclusionem omne c est a. & hic esse syllogismum,  
omne b est a, & omne c est b, ergo omne c est a. Quod si  
quis dubitet, ponat antecedens esse uerum; dubius ta-  
men utrum idcirco consequens sit uerum. Cum antece-  
dens omne b est a, & omne c est b sit uerum, & sit una co-  
pulative, per diffinitionem, utraque eius pars est uera:  
quare omne b est a, prima eius pars est uera, & oē c est  
b, eius secunda pars uera. Cum hæc, omne b est a sit uera  
ut probatum est: ergo per primam petitionem ipsa est di-  
ci de omni, cum sit uniuersalis affirmatiua, quare per pri-  
mam diffinitionem nihil potest inueniri sub subiecto b,  
de quo non dicatur prædicatum a. At sub subiecto b, su-  
mitur c uniuersaliter: cum ista probata sit uera, omne c  
est b: ergo prædicatū a, dicitur de c uniuersaliter per prin-  
cipium de omni: quare hæc est uera, omne c est a, & ipsa  
est datæ argumentationis conclusio. Si igitur antecedens  
est uerum, necesse est & consequens esse uerum: quare da-  
ta consequentia est bona. & cum ualeat in omnibus simi-  
li forma arguendi seruata, cum in alijs quibuslibet simi-  
lis sit ostendendi ratio: igitur est consequentia formalis  
& necessaria. Per impossibile idem hoc pacto ostenditur.  
Si non sequitur omne b est a, & omne c est b: ergo omne  
c est a: possibile est antecedens esse uerum, consequente  
existente falso, per diffinitionem malæ consequentiæ. Sit  
itaq; antecedens omne b est a, & omne c est b uerum, &

consequens omne c est a sit falsum. Cum consequens sit  
falsum: suum contradictorium, quoddam c non est a, est  
uerum. Et cum antecedens sit uerum, & sit una copulati-  
ua, utraque eius pars est uera: quare omne b est a, prima  
pars eius est uera: & omne c est b: secunda eius pars ite-  
dem uera. Cum autē hæc oē b est a sit uera, & sit uniuersa-  
lis affirmatiua in ea per primā petitionem est dici de o-  
mni. quare per diffinitionem dici de omni nihil potest su-  
mi sub subiecto b, de quo non dicatur prædicatum a. At  
sub subiecto b sumitur omne c, nam hæc admittæ est ue-  
ra omne c est b: igitur per principium de omni, prædica-  
tum a dicitur de omni c, quare ista est uera, omne c est a,  
& eius contradictoria quoddam c non est a, etiam est con-  
cessa uera: sunt igitur duæ contradictoriæ simul ueræ: quod  
est impossibile. ¶ Secunda conclusio. Maiore uniuersali  
negatiua, & minore uniuersali affirmatiua, sit syllogismus  
primæ figuræ, uniuersalem negatiuam directè concludens.  
Ut dico hic est: primæ figuræ syllogismus, omne  
b non est a, & omne c est b: ergo omne c non est a: & posi-  
to antecedente uero, protinus oportere consequens esse  
uerum. Ponatur siquidem antecedens esse uerum, cum  
sit una copulative, per diffinitionem copulatiuæ ueræ,  
utraq; pars eius est uera: quare prima eius pars, nullum  
b est a, est uera: itidem & secunda, omne c est b. Cum au-  
tem hæc sit uera, nullum b est a, & sit uniuersalis negati-  
ua: per secundam petitionem, in ea est dici de nullo: qua-  
re nihil potest sumi sub subiecto b, à quo non remoueat  
sub prædicatum a, per diffinitionem dici de nullo. At sub  
subiecto b sumitur omne c: cum hæc sit posita uera, omne  
c est b: ergo prædicatum a, remouetur, & uerè negatur  
de omni c per principium de nullo: quare omne c non est  
a, prædictæ argumentationis conclusio est uera. Si igitur  
antecedens est uerum: & consequens uerum esse ne-  
cesse est. ¶ Tertia conclusio. Maiore uniuersali affirmati-  
ua, & minore particulari affirmatiua, sit primæ figuræ  
syllogismus, particularem affirmatiuam directè concludens:  
ut hic est syllogismus, omne b est a, & quoddam c est  
b, ergo quoddam c est a: cuius si antecedens sit uerum,

oportet & consequens esse uerum. Ponatur enim antecede-  
 des esse uerum, cū ipsum sit una copulatiua: eius utraq;  
 pars est uera: quare omne b est a, eius prima pars est  
 uera, similiter & secunda, quoddam c est b. Cum ista oē  
 b est a, sit uera, & sit uniuersalis affirmatiua; per primam  
 petitionem in ea est dici de omni: quare per primam dif-  
 finitionem, nihil potest sumi sub subiecto b, de quo nō di-  
 catur prædicatum a. At sub subiecto b, sumitur aliquod  
 c, cum ista probata sit uera, aliquod c est b; ergo de aliquo  
 c dicitur & uerè affirmatur prædicatum a. Est igitur ista  
 uera, aliquod c est a: quare non potest antecedens esse uer-  
 rum, nisi consequens prædictæ consequentię sit uerum:  
 igitur est bona, imò necessaria consequentia. ¶ Quarta  
 conclusio maiore uniuersali negatiua, & minore particu-  
 lari affirmatiua, sit syllogismus primæ figuræ, conclusio-  
 nem particularem negatiuam directè concludens, ut nul-  
 lum b est a, & quoddam c est b; ergo quoddam c non est  
 a, cuius si antecedens est uerum, dico prorsus sequi &  
 consequens esse uerum. Supponatur enim discipline gra-  
 tia antecedens esse uerum, cum ipsum sit propositio copu-  
 latiua; per diffinitionem copulatiuæ ueræ, eius utraq;  
 que pars est uera, quare nullum b est a, prima eius pars  
 uerè est, itidem & secunda quoddam c est b. Cum ista  
 nullum b est a, sit uera, & uniuersalis negatiua: in ea per  
 secundam petitionem est dici de nullo. Quare per secundam  
 diffinitionem nihil potest sumi sub subiecto b, à quo  
 non remoueat prædicatum a. At sub subiecto b, su-  
 mitur aliquod c, cum ista sit probata uera aliquod c est b:  
 ergo ista aliquod c non est a, est uera: & est datæ argumē-  
 tationis consequens. Igitur si antecedens est uerum, &  
 consequens: quare est bona consequentia & formalis.

35 ¶ Quinta conclusio. Maiore uniuersali affirmatiua,  
 & minore uniuersali affirmatiua, sit primæ figuræ syl-  
 logismus particularem affirmatiuam indirectè conclu-  
 dens, ut omne animal est substantia, & omnis homo  
 est animal: ergo quædam substantia est homo. Patet, nam  
 bene sequitur, omne animal est substantia, & omnis ho-  
 mo est animal, ergo omnis homo est substantia, per pri-

mam conclusionem. Et ultra sequitur, omnis homo est  
 substantia, ergo quædam substantia est homo: per con-  
 uersionem uniuersalis affirmatiuæ per accidens: igitur  
 de primo ad ultimum rectè sequitur, omne animal est  
 substantia, & omnis homo est animal: ergo quædam sub-  
 stantia est homo. Nam quicquid est consequens conse-  
 quentis: consequens est antecedentis, ut superius mon-  
 stratum est. ¶ Sexta conclusio. Maiore uniuersali negati-  
 uæ, & minore uniuersali affirmatiuæ, sit primæ figuræ  
 syllogismus uniuersalem negatiuam indirectè conclu-  
 dens, ut nullum animal est lapis, & omnis homo est ani-  
 mal: ergo nullus lapis est homo. Patet, nam bene se-  
 quitur, nullum animal est lapis, & omnis homo est ani-  
 mal: ergo nullus homo est lapis, per secundam conclu-  
 sionem. Et ultra sequitur, nullus homo est lapis, ergo  
 nullus lapis est homo. Igitur de primo ad ultimum bene  
 sequitur, nullum animal est lapis, & omnis homo est  
 animal: ergo nullus lapis est homo, sed indirectè quib-  
 dem, cum minor extremas sit conclusionis prædicatū.  
 ¶ Septima conclusio. Maiore uniuersali affirmatiua, &  
 minore particulari affirmatiua, sit primæ figuræ syllo-  
 gismus particularem affirmatiuam indirectè concludens,  
 ut omne animal est substantia, & homo est animal, ergo  
 quædam substantia est homo. Patet, nam bene sequi-  
 tur omne animal est substantia & homo est animal,  
 ergo homo est substantia, per tertiam conclusionem. Et  
 ultra sequitur, aliquis homo est substantia, ergo aliqua  
 substantia est homo, per conuersionem particularis affir-  
 matiue in seipsam. Igitur de primo ad ultimum bene se-  
 quitur, omne animal est substantia, & quidam homo est  
 animal: ergo quædam substantia est homo: & possunt tres  
 ultimo ostensæ conclusiones confirmari per hanc quartā  
 regulæ partem. Ad quas cunq; præmissas sequitur aliqua  
 conclusio: ad eandem sequitur ipsius conclusionis cōuer-  
 uertens. ¶ Octaua conclusio. Maiore uniuersali affir-  
 matiua, & minore uniuersali negatiua, sit primæ figu-  
 ræ syllogismus particularem negatiuam indirectè  
 concludens, ut omne animal est substantia, & nullus

lapis est animal; ergo quædam substantia non est lapis. Patet, nam bene sequitur omne animal est substantia, & nullus lapis est animal; ergo nullus lapis est animal, & omne animal est substantia. Nam ad quælibet præmissas sequuntur ipsæ eadem transpositæ. Et ultra sequitur, nullus lapis est animal, & omne animal est substantia; ergo nullum animal est lapis, & quædam substantia est animal. Nam ad præmissas conuersæ, sequuntur præmissæ conuertentis. Hic autem utriusque præmissarum conuertens sequitur: unius quidem simpliciter, & alterius per accidens. Et ultra sequitur, nullum animal est lapis, & quædam substantia est animal, ergo quædam substantia non est lapis, per quartam conclusionem; igitur de primo ad ultimum sequitur, omne animal est substantia, & nullus lapis est animal; ergo quædam substantia non est lapis, quod est propositum. ¶ Nona conclusio. Maiore particulari affirmatiua, & minore uniuersali negatiua, fit primæ figuræ syllogismus, particularem negatiuam indirectè concludens. ut quoddam animal est substantia, & nullus lapis est animal; ergo quædam substantia non est lapis. Patet, nam bene sequitur, quoddam animal est substantia, & nullus lapis est animal; ergo nullus lapis est animal, & quoddam animal est substantia, Nam ad quascunq; præmissas, sequuntur ipsæ eadem transpositæ. Et ultra sequitur, nullus lapis est animal, & quoddam animal est substantia; ergo nullum animal est lapis, & quædam substantia est animal. Nam ad præmissas conuersæ, sequuntur præmissæ conuertentis per secundam regulam. Est enim utraq; priorum præmissarum conuersa simpliciter. Et ultra sequitur, nullum animal est lapis; & quædam substantia est animal; ergo quædam substantia non est lapis; per quartum modum primæ figuræ prius demonstratum; igitur de primo ad ultimum bene sequitur: quoddam animal est substantia, & nullus lapis est animal; ergo quædam substantia non est lapis; quod est propositum. Et hi sunt modi primæ figuræ. ¶ Decima conclusio. Maiore uniuersali negatiua, & minore uniuersali affirmatiua fit secundæ figuræ syllo-

logismus, uniuersalem negatiuam directè concludens, ut nullus lapis est animal, & omnis homo est animal; ergo nullus homo est lapis. Patet, nam bene sequitur, nullus lapis est animal, & omnis homo est animal; ergo nullum animal est lapis, & omnis homo est animal, per secundam regulam prius ostensam; cum maior sit conuersa simpliciter. Et ultra sequitur, nullum animal est lapis, & omnis homo est animal; ergo nullus homo est lapis, per secundam conclusionem; igitur ultimum consequens sequitur ad primum antecedens: quare rectè sequitur, nullus lapis est animal, & omnis homo est animal; ergo nullus homo est lapis; quod est propositum. ¶ Undecima conclusio. Maiore uniuersali affirmatiua, & minore uniuersali negatiua, fit secundæ figuræ syllogismus; uniuersalè negatiuam directè cõcludens, ut omnis homo est animal, & nullus lapis est animal; ergo nullus lapis est homo. Patet, nam bene sequitur, omnis homo est animal, & nullus lapis est animal; ergo nullus lapis est animal, per primam regulam. Et ultra sequitur, nullus lapis est animal, & omnis homo est animal; ergo nullum animal est lapis; & omnis homo est animal, per secundam regulam. Et ultra sequitur, nullum animal est lapis, & omnis homo est animal; ergo nullus lapis est homo, per secundam conclusionem. Deinceps sequitur: nullus homo est lapis; ergo nullus lapis est homo, per conuersionem simplicem uniuersalis negatiuæ in seipsam; igitur ultimum consequens sequitur ad primum antecedens: quare rectè sequitur, omnis homo est animal, & nullus lapis est animal; ergo nullus lapis est homo, quod est propositum. ¶ Duodecima conclusio. Maiore uniuersali negatiua, & minore particulari affirmatiua, fit secundæ figuræ syllogismus, particularem negatiuam directè concludens, ut nullus lapis est animal, & aliquis homo est animal; ergo aliquis homo non est lapis. Patet, nam bene sequitur, nullus lapis est animal, & homo est animal; ergo nullum animal est lapis, & homo est animal, per secundam regulam; cum maior simpliciter conuertatur. Et ultra sequitur; nullum animal est lapis, & homo est animal; ergo



aliquis homo non est lapis, per quartam conclusionem igitur de primo ad ultimum bene sequitur, nullus lapis est animal, & quidam homo est animal: ergo quidam homo non est lapis: quod est propositum. ¶ Decimatercia conclusio. Maiore uniuersali affirmatiua, & minore particulari negatiua, fit secunda figura syllogismus, conclusionem particularem negatiuam indirecte concludens. ut ois homo est animal, & quidam lapis non est animal: ergo quidam lapis non est homo. Patet, Nam bene sequitur per primam conclusionem, omnis homo est animal, & omnis lapis est homo, ergo omnis lapis est animal: ergo per tertiam regulam, ex contradictorio conclusionis quod est, aliquis lapis non est animal, sumpto pro minore cum altera premissarum scilicet maiore, omnis homo est animal, manente loco maioris, de necessitate sequitur contradictorium alterius premissae scilicet minoris, quod est, aliquis lapis non est homo, hoc modo: omnis homo est animal, & aliquis lapis non est animal: ergo aliquis lapis non est homo. At quia sapismo & frisesomorum dicti sunt esse modi secunda figura, quando medium in utraque premissarum predicatur: ideo hoc loco ostenduntur esse necessarii. ¶ Itaque conclusio respondens modo sapismo, ex maiore uniuersali affirmatiua, & minore uniuersali negatiua, fit secunda figura syllogismus: particularem negatiuam indirecte concludens, ut omnis homo est animal, & nullus lapis est animal: ergo quidam homo non est lapis. Patet, nam bene sequitur, omnis homo est animal, & nullus lapis est animal: ergo nullus lapis est homo, per undecimam conclusionem in secundo modo secunda figura. Et ultra sequitur, nullus lapis est homo: ergo quidam homo non est lapis, per conuersionem uniuersalis negatiuae per accedens: igitur de primo antecedente ad ultimum consequens bene sequitur: omnis homo est animal, & nullus lapis est animal: ergo quidam homo non est lapis. Nempe ad quasuncumque premissas sequitur aliqua conclusio: ad easdem sequitur conuertens conclusionis, per quartam regulam. ¶ Conclusio uero respondens modo frisesomorum secunda figura est, Maiore particulari affirma-

tiua & minore uniuersali negatiua, fit secunda figura syllogismus: particularem negatiuam indirecte concludens, ut aliquis homo est animal, & nullus lapis est animal: ergo quidam homo non est lapis. Patet, quia bene sequitur, aliquis homo est animal, & nullus lapis est animal: ergo nullus lapis est animal, & aliquis homo est animal, per primam regulam. Et ultra sequitur, nullus lapis est animal, & aliquis homo est animal: ergo aliquis homo non est lapis, per duodecimam conclusionem: igitur de primo ad ultimum bene sequitur, aliquis homo est animal, & nullus lapis est animal: ergo aliquis homo non est lapis, quod est propositum. Vnde premissae modi sapismo, ut secunda est figura, sunt eadem premissis secundi modi secunda figura: eius autem conclusio est particularis negatiua conuertens conclusionis dicti modi: quare sapismo indirecte concludit per conuersionem. Premissae autem modi frisesomorum, ut secunda itidem est figura, sunt transpositae ad premissas tertij modi secunda figura: eius autem conclusio dicti modi conclusioni est eadem: quare frisesomorum concludit indirecte per transpositionem premissarum. ¶ Decimaquarta conclusio. Maiore uniuersali affirmatiua, & minore uniuersali affirmatiua, fit syllogismus tertiae figura: particularem affirmatiuam directe concludens, ut omnis homo est substantia, & omnis homo est animal: ergo quoddam animal est substantia. Nam bene sequitur, omnis homo est substantia, & omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia, & quoddam animal est homo, per secundam regulam. At ultra sequitur, omnis homo est substantia, & quoddam animal est homo: ergo quoddam animal est substantia, per tertiam conclusionem: igitur de primo ad ultimum bene sequitur, omnis homo est substantia, & omnis homo est animal: ergo quoddam animal est substantia: quod est propositum. ¶ Decimaquinta conclusio. Maiore uniuersali negatiua, & minore uniuersali affirmatiua, fit syllogismus tertiae figura, particularem negatiuam directe concludens: ut nullus homo est lapis, &

omnis homo est animal : ergo quoddam animal non est lapis. Patet, nam recte sequitur, nullus homo est lapis, & omnis homo est animal: ergo nullus homo est lapis: & quoddam animal est homo, per secundam regulam: cum minor conuertatur per accidens. Et ultra sequitur, nullus homo est lapis, & quoddam animal est homo: ergo quoddam animal non est lapis, per quartam conclusionem, igitur de primo ad ultimum sequitur, nullus homo est lapis, & omnis homo est animal, ergo aliquod animal non est lapis. ¶ Decimasexta conclusio. Maiore particulari affirmatiua, & minore uniuersali affirmatiua, fit syllogismus tertix figuræ, particularem affirmatiuam directè concludens, ut quidam homo est substantia, & omnis homo est animal: ergo quoddam animal est substantia. Patet, nam bene sequitur, quidam homo est substantia, & omnis homo est animal, ergo omnis homo est animal, & quidam homo est substantia, per primam regulam. Et ultra sequitur, omnis homo est animal, & quidam homo est substantia: ergo omnis homo est animal & quædam substantia est homo, per secundam regulam, nam particularis in seipsam conuertitur. Et ultra sequitur, omnis homo est animal, & quædam substantia est homo: ergo quædam substantia est animal: per tertiam conclusionem. Et ultra sequitur, quædam substantia est animal, ergo quoddam animal est substantia: igitur de primo ad ultimum bene sequitur, quidam homo est substantia, & omnis homo est animal: ergo quoddam animal est substantia: quod est propositum. ¶ Decimaseptima conclusio. Maiore uniuersali affirmatiua, & minore particulari affirmatiua, fit tertix figuræ syllogismus, particularem affirmatiuam directè concludens: ut substantia, & quidam homo est animal: ergo animal est substantia. Patet, nam bene sequitur, omnis homo est substantia, & quidam homo est animal: ergo omnis homo est substantia, & quoddam animal est homo. Et ultra sequitur, omnis homo est substantia, & quoddam animal est homo: ergo quoddam animal est substantia, per tertium modum primæ figuræ: ergo de primo ad ultimum bene sequitur,

sequitur, omnis homo est substantia, & quidam homo est animal: ergo quoddam animal est substantia: quod est propositum. ¶ Decimoctaua conclusio. Maiore particulari negatiua, & minore uniuersali affirmatiua, fit tertix figuræ syllogismus, particulare negatiuum directè concludens: ut quidam homo non est lapis, & omnis homo est animal: ergo quoddam animal non est lapis. Patet, nam per primam conclusionem recte sequitur, omne animal est lapis, & omnis homo est animal, ergo omnis homo est lapis: ergo per tertiam regulam ex contradictorio conclusionis quod est, quidam homo non est lapis, sumpto pro maiore cum minore omnis homo est animal, seruante (ut prius) locum minoris: sequitur alterius præmissæ, utputa maioris contradictorium, quod est, quoddam animal non est lapis, hoc modo, quidam homo non est lapis: & omnis homo est animal, igitur quoddam animal non est lapis. ¶ Vnde uigesima conclusio. Maiore uniuersali negatiua, & minore particulari affirmatiua, fit tertix figuræ syllogismus, particulare negatiua directè concludens. Vt nullus homo est lapis, & quidam homo est animal: ergo quoddam animal non est lapis. Patet, nam bene sequitur, nullus homo est lapis, & quidam homo est animal: ergo nullus homo est lapis, & quoddam animal est homo, per secundam regulam, cum minor conuertatur simpliciter. Et ultra sequitur, nullus homo est lapis, & quoddam animal est homo: ergo quoddam animal non est lapis, per quartam conclusionem: igitur de primo ad ultimum bene sequitur, nullus homo est lapis, & quidam homo est animal: ergo quoddam animal non est lapis: quod est propositum. ¶ Modorū autem sapientum & frifesomorum ut sunt tertix figuræ, sic dux sumitur conclusiones. Prima, Maiore uniuersali affirmatiua, & minore uniuersali negatiua, fit tertix figuræ syllogismus, particularem negatiuam indirectè concludens: ut omnis homo est animal, & nullus homo est equus: ergo quoddam animal non est equus. Patet, quia bene sequitur, omnis homo est animal, & nullus homo est equus: ergo nullus homo est equus, & omnis homo est animal per primam regulam. Et ultra sequitur, nullus homo est

equus, & om̄is homo est animal: ergo quoddam animal non est equus, per decimam quintam conclusionem: igitur de primo ad ultimum bene sequitur, omnis homo est animal, & nullus homo est equus, ergo quoddam animal non est equus: quod est propositum. ¶ Secunda conclusio. Maiore particulari affirmatiua, & minore uniuersali negatiua, fit tertix figuræ syllogismus, particularem negatiuam indirecte concludens: ut quidam homo est aīal, & nullus homo est equus, ergo quoddam animal non est equus. Pater, quia bene sequit̄, quidā hō est aīal, & null⁹ hō est equus: ergo nullus homo est equus, & idem hō est animal, per primam regulam. Et ultra sequitur, nullus homo est equus, & quidam homo est animal: ergo quoddam animal non est equus, per undeuigesimam conclusionem. Igitur de primo ad ultimum bene sequitur, quidam homo est animal, & nullus homo est equus: ergo quoddam animal non est equus, quod est propositum. Nunc ad cæteras syllogismorū regulas declarandas reuertamur.

## F A B E R.

- 5 ¶ In omni syllogismo medium in altera præmissarum debet uniuersaliter teneri. Et dumtaxat quod uniuersaliter in una tenetur, debet esse medium in altera.
- 6 ¶ In nulla figura ex puris negatiuis fit syllogismus.
- 7 ¶ In nulla figura ex puris particularibus fit syllogismus.
- 8 ¶ Maiore particulari non fit syllogismus primæ figuræ directe concludens.
- 9 ¶ Minore negatiua non fit syllogismus primæ figuræ directe concludens.
- 10 ¶ Ex puris affirmatiuis nullus fit secundæ figuræ syllogismus.
- 11 ¶ Maiore particulari non fit secundæ figuræ syllogismus directe concludens.
- 12 ¶ In tertia figura nullus syllogismus concludit uniuersaliter.

13 ¶ Minore negatiua non fit tertix figuræ syllogismus directe concludens.

## CLICHTOVEVS.

5 ¶ Quinta regula docet medium syllogismi aut in maiore tantum debere distribui, ut in primo modo primæ figuræ, aut in minore tantum, ut in tertio modo tertix figuræ, aut in maiore & minore simul, ut in primo modo tertix figuræ, sed non posse medium in utraq; præmissarū particulariter sumi. Quare hic nō est syllogismus, omne rationale animal non est, & oīs homo est animal: ergo omnis homo non est rationalis, nā antecedens est uerum, intelligendo medium in maiore particulariter sumi, & consequens falsum. Deinde subiungit eadem regula, id quod distributum est in una præmissarū, solum sumi debere pro medio in altera: ut cuiuslibet animalis anima est sensitiua: at omnis homo est animal: ergo cuiuslibet hominis anima est sensitiua, solum genitiuus animalis sumitur uniuersaliter in maiore, & ergo tantum pro medio re sumitur in minore: nominatiuus autē anima, pars est maioris extremitatis. Quod si plus ponatur pro medio in una quàm fuerit uniuersaliter sumptum in altera, nō est bonus syllogismus, sed paralogismus fallaciæ accidentis: ut in prima figura non sequitur, Cuiuslibet hoīs oculus est dexter, atqui oculus sinister est oculus hominis: ergo oculus sinister est ocul⁹ dexter: nā antecedens est possibile, & cōsequens impossibile. Et ratio est: quia solū genitiuus hoīs sumitur uniuersaliter in maiore: & id totū, hoīs oculus, sumitur p̄ medio in minore. Itaq; sic erat formāndus syllogismus, Cuiuslibet hoīs oculus est dexter, & omne risibile est hō, ergo cuiuslibet risibilis oculus est dexter. Eadē quoq; ratione nō est hic tertix figuræ syllogismus, Cuiuslibet hoīs oculus est dexter, & alicui⁹ hoīs ocul⁹ est sinister: ergo sinister est dextrū: quod in minore plus sumatur pro medio quàm fuerit uniuersaliter sumptū in maiore. Sed hoc pacto fuerat argumentādū, Cuiuslibet hoīs oculus est dexter, & hō est aīal, igitur alicuius animalis oculus est dexter, Vbi solū homop̄ medio & recte

sumit. ¶ Sexta regula dicit, in nulla figura ambab<sup>9</sup> præmissis negatiuis fieri syllogismus: ut non sequit̃, nullū animal est lapis, & nullū lignum est animal: ergo omne lignum est lapis: nec sequitur, nullus lapis est animal, & nullus homo est lapis: ergo nullus homo est animal: cum antecedētia uera sint, & cōsequētia falsa: siue inferat̃ conclusio affirmatiua, siue negatiua. ¶ Septima regula docet in nulla figura ex ambabus præmissis particularibus cōstitui syllogismū: ut nō sequitur: aliquod aial est equus, & aliq̃s homo est animal: ergo aliquis homo est equus: neque sequitur, aliquod aial non est rationale, & aliquis homo est animal: ergo aliquis homo nō est rationalis: cū antecedētia uera sint, & consequētia falsa. Ita in secūda ¶ Et tertia figura sumantur exēpla. ¶ Et intelligunt̃ iste & sequentes regulæ de syllogismis cōmūibus, in quibus seruat̃ forma ab Aristotele tradita. Quod si denē syllogismi in quarū cōclusionibus negatiuis aut prædicatum particulariter sumatur, quia negationē præcedat: aut cū signo uniuersali affirmatiuo, aut cū relatiuo idē, aut alia quadā particula implicationis: nō fertur instantia contra has regulas, sed quadā syllogismorū deformia monstra afferunt̃ ad harū regularum ueritatē expugnandā: cum ipsa nihil faciāt ad rem, neq̃ rectam syllogismorum habeant speciē. ¶ Octauæ regulæ exemplum: ut nō sequitur, aliquod animal est homo, & omnis equus est aial: ergo aliquis equus est homo. Neque etiam sequitur: aliquod animal non est homo, & omne risibile est animal: ergo aliquod risibile non est homo. Mediū enim in neutra uniuersaliter sumitur. Et intelligitur hæc de syllogismo directē concludente: quoniam in nono modo primæ figuræ maiore particulari, fit syllogismus, sed indirectē concludens. ¶ Nonæ regulæ exemplum: ut non sequit̃: omnis equus est animal, & nullus lapis est equus: ergo omnis lapis est animal. nec sequitur, omnis equus est aial, & nullus homo est equus: ergo nullus homo est animal, cum utriusq̃ antecedens sit uerum, & consequens falsum, siue cōclusio detur affirmatiua sine negatiua. Intelligitur & hæc de syllogismo directē cōcludente: quo

niam in octauo & nono modis primæ figuræ minore negatiua, fit syllogismus, sed concludens indirectē. ¶ Deci<sup>10</sup> mæ regulæ exemplum, ut non sequitur, omnis homo est substantia: & ois lapis est substantia: ergo omnis lapis est homo. Nec etiam sequitur, omne animal est substantia, & omnis homo est substantia: ergo nullus homo est animal. Nam utriusq̃ antecedens est uerum: & consequens falsum: hoc quidem negatiuum, illud uerō affirmatiuum. ¶ Undecimæ regulæ exemplum, ut non sequitur: alius quod aial non est rationale, & omnis homo est rationalis: ergo aliquis homo non est aial. Indirectē tamen fit syllogismus: maiore particulari in friseformorū: ut est modus secūdæ figuræ. ¶ Duodecimæ regulæ exemplū, ut non sequitur, ois homo est aial, & ois homo est substantia, ergo ois substantia est aial. Nec sequit̃: nullus homo est equus, & ois homo est aial: ergo nullū aial est equus. Nā minor extremitas in minore particulariter sumpta, in conclusionē sumit̃ uniuersaliter, quod in syllogismo minime licet, cum impediatur consequentiam esse formale. ¶ Decimæ tertiæ regulæ exemplū, ut non sequitur: ois homo est aial, & nullus homo est equus: ergo nullus equus est aial. Neque ad conclusionem affirmatiuam, ut omnis homo est aial, & nullus homo est lapis: ergo ois lapis est animal. Cum in utraq̃ argumentatione antecedens sit uerum, & consequens falsum. Indirectē tamen concludens fit syllogismus minore negatiua in fapefino & friseformorum, ut sunt modi tertiæ figuræ.

F A B E R.

- 14 ¶ Medium strictius in minore, non impedit syllogismum: latius autem impedit ipsum ualere.
- 15 ¶ Præmissis in debita quantitate & qualitate dispositis, semper sequitur conclusio: dummodo à non uniuersaliter ad uniuersaliter non fiat argumentatio.
- 16 ¶ Dantur termini in quibus omni: quando cum duabus præmissis ueris stat uniuersalis affirmatiua ex extremis tibus composita.

¶ Dantur termini in quibus nulli: quando cum duabus  
premissis veris stat vniuersalis negatiua. ex extremita-  
tibus composita.

¶ Stare cum premissis, est simul esse vera cum premissis.

## CLICHTOVEVS.

42 ¶ Decimaquarta regula duas habet partes: prima est, 14  
medium ampliatum in maiore, & restrictum in minore  
nō impedit syllogismum: ut aliquis homo est mortuus,  
& omnis homo est uiuens; ergo uiuens est mortuum.  
Hic bonus est syllogismus, cuius medium homo: am-  
pliatum in maiore ad ea quæ sunt uel quæ fuerunt: & in  
minore restringitur ad ea quæ sunt tantum. Sic omne  
animal fuit sedens, & omnis homo est animal: ergo om-  
nis homo fuit sedens. medium animal in maiore pro  
iis quæ sunt aut fuerunt capitur: in minore uerò restrin-  
gitur pro iis quæ sunt. ¶ Secunda pars est. Medium res-  
restrictum in maiore, & ampliatum in minore, impedit  
syllogismum ualere: ut omnis homo est uiuens, & ali-  
quis homo est mortuus: ergo mortuum est uiuens. Ma-  
nifestum est non esse syllogismum, cum antecedens sit  
uerum & consequens falsum: quod medium in maiore  
restrictum sit ad præsentia solum, in minore uerò ampli-  
atum ad præsentia & præterita. Sic non sequitur: nullus  
homo est mulier, & Catherina est homo: ergo Catherina  
non est mulier: nam medium homo, restrictius est in ma-  
iore, & minus restrictum in minore. Magis autem restri-  
ctum, restricti: & minus restrictum, ampli analogiam  
& cōditionem sequitur: & par, idemq; de his iudicium  
43 censetur, ut dictum est. ¶ Decimaquinta regula docet in 15  
syllogismo non debere unquam fieri argumentationem  
à termino particulariter sumpto in premissis ad eundē  
sumptum uniuersaliter in conclusione; cum hic modus  
argumentandi impediatur formalem & necessariā (qualis  
est syllogismus) consequentiam. Hinc non sequitur ne-  
cessario, aliquis homo est animal, & nullus equus est ho-  
mo; ergo equus non est animal. Nam maior extremitas

aīal, sumitur particulariter in antecedente, & uniuersali-  
ter in conclusione. Cum autē premissæ fuerint in debita  
qualitate & quantitate dispositæ, semper ualet syllogis-  
mus; dummodo hic defectus non committatur: ut rectè  
sequitur, omnis homo est animal, & nullus equus est ho-  
mo; ergo omnis equus animal non est. Et in secunda figu-  
ra, aliquod animal est homo, & nullus equus est homo:  
ergo aliquis equus animal non est. Sic & in tertia figura  
rectè sequitur, omnis homo est animal, & nullus homo  
est equus; ergo aliquis equus animal non est: quod termi-  
nus particulariter sumptus in antecedente etiam sumit-  
ur particulariter in consequente. Et hæc duæ postremæ  
regulæ solum habent applicationem ad syllogismos de  
forma uulgari: quorum conclusio & premissæ habent  
copulam tempus importantem, aut prædicatum nega-  
tionis præpositū & particulariter sumptum: & nō ad syl-  
logismos de forma doctrinali in quibus & copula uerba-  
lis à tempore absoluitur: & propositionis negatiuæ præ-  
dicatum uniuersaliter sumitur. ¶ Decimaseptimæ regulæ  
hoc constituatur exemplū, ut cum duabus premissis ue-  
ris, nullus lapis est animal, & nullus homo est lapis, stat  
uniuersalis affirmatiua omnis homo est animal ex extre-  
mitatibus maiore scilicet & minore secundum directum  
ordinem dispositis composita. Nempè in data uniuersali  
affirmatiua maior extremitas prædicatur de minore:  
sicut in cōclusionē syllogismi directè concludētis. Quod  
autem uniuersalis affirmatiua, omnis homo est animal,  
stat cum premissis datis, patet, quia ipsa est simul uera  
61 cum premissis prædictis. ¶ Decimaseptimæ regulæ su-  
71 matur exemplum: ut cum premissis ueris, nulla arbor  
est animal, & nullus lapis est arbor, stat uniuersalis nega-  
tiua, nullus lapis est animal; ex extremitatibus scilicet  
maiore in prædicato & minore in subiecto positis, con-  
stituta. Nempè uniuersalis negatiua, nullus lapis est  
animal est simul uera cum datis premissis; igitur per  
diffinitionem stat cum premissis: cum propositionem  
aliquam stare cum premissis, sit eam simul esse ueram  
cum premissis. ¶ Dantur autē termini in quibus omni, & 44  
y iij.

in quibus nulli:quādo cum duabus præmissis ueris stat uniuersalis affirmatiua ex extremitatibus constituta: & cum duabus alijs similis formæ præmissis ueris stat uniuersalis negatiua ex extremitatibus constituta, ut cum istis præmissis ueris, quoddam risibile est animal, & quidam homo est risibilis stat uniuersalis affirmatiua, omnis homo est animal, ex extremitatibus constituta. Et cum duabus alijs similis formæ præmissis ueris, quoddam corpus est animal, & quidam lapis est corpus, stat uniuersalis negatiua, nullus lapis est animal, ex earum extremitatibus constituta. Vnde in omnibus syllogismis affirmatiuis dantur termini in quibus omni, sed non in quibus nulli. Contrā uerō in syllogismis negatiuis dantur termini in quibus nulli, sed non in quibus omni. ¶ Quādo uerō secundum aliquam præmissarum dispositionem dantur termini in quibus omni, & simul in quibus nulli, secundum eam syllogismum fieri est impossibile. Quæ quidem propositio multum conducit ad modorum inutilium reprobationem, præsertim eam quæ huiusmodi terminorum datione fieri solet. Non tamen principium est, sed demonstratiōe (ut manifestet) indiget huiusmodi. Sint datæ præmissæ quoddam a est b, & quoddam c est a, ex tribus terminis a b c compositæ & ueræ, cum quibus stet uniuersalis affirmatiua, omne c est a ex earū extremitatibus composita: manifestum est esse datos terminos in quibus omni. Deinde denſ termini in quibus nulli, d e f, ex quibus cōstituātur duæ præmissæ ueræ quoddam d est e, & quoddam f est d, similis formæ cum datis superius præmissis (est enim maior maiori similis & minor minori) cum quibus stet uniuersalis negatiua, nullū f est e: manifestum est per diffinitionem esse datos terminos in quibus omni, & in quibus nulli, secūduſ eam præmissarū dispositionem; qua maior sit particularis affirmatiua, & minor particularis affirmatiua. Dico igitur secundū talem dispositionem non fieri syllogismum, neque ad conclusionem uniuersalem affirmatiuam, neque uniuersalem negatiuam, neque particularem affirmatiuam, neque particularem negatiuam. Quod si quis dubitet, ponat (ad

missa superiore hypothesi) ad conclusionem uniuersalem affirmatiuam fieri syllogismum secundum datā præmissarum dispositionem, & recte sequi syllogistice: quoddam a est b, & quoddam c est a: ergo omne c est b. Tunc sic, per hypotheseſ cum præmissis secundis, quoddam d est e, & quoddam f est d, stat uniuersalis negatiua, nullum f est e: igitur per diffinitionem illa uniuersalis negatiua, est simul uera cum præmissis. Vltra sequitur, uniuersalis negatiua, nullum f est e, est uera: igitur per legem subalternarum & sua particularis negatiua, quoddam f non est e, est uera. Cum etiam per hypotheseſ hic sit syllogismus quoddam a est b, & quoddam c est a: ergo omne c est b, ipsa est consequentia necessaria: est enim syllogismus omnis per diffinitionem eius consequentia formalis: quare tenet in omnibus terminis, similis forma argumentandi retenta. At hic, quoddam d est e, & quoddam f est d: ergo omne f est e, seruatur similis forma. sunt enim præmissæ per hypotheseſ similis formæ, & conclusio conclusioni est omnino consimilis: ergo & ibi est syllogismus: quare est bona consequentia, & cuius impossibile sit antecedens esse uerum consequente existente falso. Sed maior est posita uera, & etiam minor, quare totum antecedens est uerum: igitur & consequens omne f est e, etiam est uerum. & eius contradictoria quoddam f non est e, etiam cōcessa est uera: igitur duæ contradictoriae sunt simul ueræ, quod est impossibile: quare & illud ex quo sequitur, scilicet secundum datam dispositionem factum esse syllogismum ad conclusionem uniuersalem affirmatiuam. Secundo, dicat aduersarius ad talem præmissarum dispositionem sequi particularem affirmatiuam, & hic esse syllogismū, quoddam a est b, & quoddam c est a: ergo quoddam c est b. Sic contra eum proceditur. Cum per hypotheseſ modo data consequentia sit syllogismus, ergo est consequentia necessaria, & quæ tenet in omnibus terminis similis forma argumentandi retenta. At hic est similis argumentandi forma, quoddam d est e, & quoddam f est d: ergo quoddam f est e, igitur & hic est syllogismus: quare bona consequentia, & cuius antecedente existente uero,

neceſſe ſit conſequens eſſe uerum. At maior eſt uera, ſimiliter & minor igitur & conſequens, quoddam  $f$  eſt  $e$ , ita dem eſt uerum; & ſua contradictoria, nullum eſt  $e$ , etiã eſt poſita uera. cū darentur termini in quibus nulli, igitur duæ contradictoriæ ſunt ſimul ueræ, quod eſt impoſſibile. Tertio, dicat aduerſarius ad talem præmiſſarū diſpoſitionem ſequi uniuerſalem negatiuam, & hic eſſe ſyllogiſmum, quoddam  $a$  eſt  $b$ , & quoddam  $c$  eſt  $a$ ; ergo nullum eſt  $b$ . Sic contra eum argumentandum eſt. Cum per hypotheſin ibi ſit ſyllogiſmus: ergo eſt conſequentia bona, & cuius ſi antecedens ſit uerū, & cōſequens. At maior, quoddam  $a$  eſt  $b$  poſita eſt uera, ſimiliter minor, quoddam  $c$  eſt  $a$ ; ergo conſuſio, nullum  $c$  eſt  $b$ , eſt uera: & eius contraria, omne  $c$  eſt  $b$ , etiam conſeſſa uera: ſunt igitur duæ contrariæ ſimul ueræ, quod eſt impoſſibile. Quarto, dicat aduerſarius ad talem præmiſſarum diſpoſitionem ſequi particulare negatiuam, & hic eſſe ſyllogiſmū, quoddam  $a$  eſt  $b$ , & quoddam  $c$  eſt  $a$ ; ergo quoddam  $c$  non eſt  $b$ . Cum ibi ſit ſyllogiſmus, eſt bona cōſequentia: quare ſi antecedens eſt uerū, & conſequens. At antecedens eſt uerum: cum & maior & minor prius conſeſſa fuerit uera: igitur & conſequens quoddam  $c$  non eſt  $b$  eſt uerum: & eius contradictoria: omne  $c$  eſt  $b$  eſt uera ex hypotheſi: igitur duæ contradictoriæ ſunt ſimul ueræ, quod eſt impoſſibile. Et eodem modo de omni diſpoſitione inutili præmiſſarum procedendum eſt. Per hanc autem propoſitionem, ſexta regula & ſequentes uſq; ad decimã quartam probantur: quia ſecundum talem (quam uerant) diſpoſitionem, dantur termini in quibus omni, & in quibus nulli, ut de ſingulis per ordinem inducēdo comprobatur. Ex puris enim negatiuis termini in quibus omni, animal, lapis, homo: ex quibus cōponuntur duæ præmiſſæ ueræ, nullus lapis eſt animal, & nullus homo eſt lapis, cum quibus ſtat uniuerſalis affirmatiua ois homo eſt animal. Termini in quibus nulli, animal, arbor, lapis: qui ſi diſponuntur: nulla arbor eſt animal, & nullus lapis eſt arbor: cum his ſtat uniuerſalis negatiua, nullus lapis eſt animal, ¶ Ex puris particularib; termini in quibus

bus omni, animal, riſibile, homo, ita diſponantur: quoddam riſibile eſt animal, & quidã homo eſt riſibilis. Cum iſtis ſtat uniuerſalis affirmatiua ex extremitatibus conſtituta, omnis homo eſt animal. Termini autē in quibus nulli: animal, corpus, lapis, ſic ordinantur: quoddam corpus eſt animal, & quidã lapis eſt corpus: cum quibus ſtat uniuerſalis negatiua, nullus lapis eſt animal: & ita in ſecunda, & tertia figuris utriuſq; regulæ & ſextæ, & ſeptimæ formari poſſent exēpla. ¶ Maiore particulari in prima figura directē concludendo termini in quibus omni, animal, riſibile, homo, ſic aptantur: quoddam riſibile eſt animal, & omnis homo eſt riſibilis: cum quibus ſtat uniuerſalis affirmatiua, omnis homo eſt animal. Termini in quibus nulli, animal, corpus, lapis, ſic componuntur: quoddam corpus eſt animal, & omnis lapis eſt corpus: cū quibus ſtat uniuerſalis negatiua, nullus lapis eſt animal. ¶ Minore negatiua in prima figura directē concludendo termini in quibus omni, animal, equus, homo, ſic diſponendi, omnis equus eſt animal, & nullus homo eſt equus: cum quibus ſtat uniuerſalis affirmatiua, omnis homo eſt animal. Termini uerò in quibus nulli, animal, equus, lapis, ſic ordinandi: omnis equus eſt animal, & nullus lapis eſt equus: cum quibus ſtat uniuerſalis negatiua, nullus lapis eſt animal, ex extremitatibus conſtituta. ¶ Ex puris affirmatiuis in ſecunda figura termini in quibus omni, corpus, animal, homo, ſic aptandi: ois animal eſt corpus, & ois homo eſt corpus: cū quibus ſtat uniuerſalis affirmatiua, ois homo eſt animal. Termini uerò in quibus nulli, corpus, animal, lapis, ſic cōſtituēdi: ois animal eſt corpus, & omnis lapis eſt corpus: cū quibus ſtat uniuerſalis negatiua, nullus lapis eſt animal. ¶ Maiore particulari in ſecunda figura directē concludendo: termini in quibus ois, equus, animal, homo, ita diſponant, aliquod animal eſt equus, & nullus homo eſt equus: cū quibus ſtat uniuerſalis affirmatiua, ois homo eſt animal. Termini in quibus nulli equus, animal, lapis, ſic diſponant, aliquod animal eſt equus, & nullus lapis eſt equus: cū quibus ſtat uniuerſalis negatiua, nullus lapis eſt animal. ¶ In tertia figura uniuerſaliter

concludendo, nō dantur termini in quibus omni, & in quibus nulli, sed si syllogismus affirmatiuus fuerit: solū termini in quibus omni: & si negatiuus, solum termini in quibus nulli. Nā solum dātur termini in quib<sup>9</sup> omi, & in quibus nulli, quādo est defectus debitæ secundum qualitātē aut quātitatē dispositionis præmissarū. Sed cū cōcluditur uniuersaliter in tertiā figura, nō est defectus qualitatis aut quātitatis præmissarū, sed solū defectus quātitatis debitæ cōclusionis: igitur tunc non dantur termini in quibus omni & in quibus nulli. Alioquin ad tales præmissas non possēt sequi conclusio particularis affirmatiua, aut negatiua: uel dux cōtradictoriæ essent si mul uere, quod est impossibile. Quare illa regula solū præbanda est, ut superius est probata. ¶ In tertiā figura minore negatiua directē cōcludēdo: termini in quibus omni, animal, homo, equus, sic ordinātur: omnis equus est animal, & nullus equus est homo: cum quibus stat uniuersalis affirmatiua, omnis homo est animal, cōposita ex extremitatibus præmissarum. Termini in quibus nulli, animal, lapis, equus, sic constituantur: omnis equus est animal, & nullus equus est lapis, cum quibus stat uniuersalis negatiua, nullus lapis est animal ex extremitatibus cōstituta. Ars autem dandi terminos in quibus omni & in quibus nulli, ex logicis requirenda est: necq̄ introductio nis officium patitur eam hoc loco aperire.

## F A B E R.

Pro Syllogismis expositorijs affirmatiuis.

18 ¶ Quæcumq̄ de eodem tertio verificātur: illa de se inuicem verificantur. Tertium, singulare.

Pro Syllogismis expositorijs negatiuis.

19 ¶ Quæcumq̄ de eodē tertio alterum negatiue & alterum affirmatiue verificantur: negatum de affirmato uerē negatur.

¶ Forma syllogismorum Aristotelica doctrinalis est, & ad disciplinas pertinens magnūq̄ habēs momentū ceteræ

autem uulgares reiectæ, & ad sophisticam accōmodatæ. ¶ Forma syllogismorum expositiorum, doctrinis est ad minicularia in tertiā figura: reliquæ autem formæ reiectæ sunt, inefficaces, & nullius ad disciplinas usus atq̄ accōmodationis.

## CLICHTOVEVS.

18 ¶ Decima octaua regula, cōtinet principium quo probātur syllogismi expositoriij affirmatiui: & decimanona alterum principium quo probātur syllogismi expositoriij negatiui. Est em̄ duplex syllogismorum expositiorum forma doctrinalis. Prima, qua ex duabus præmissis affirmatiuis inferitur conclusio particularis affirmatiua: ut Sortes est sedens, & Sortes est homo: ergo homo est sedens. Qui sic per applicationem principij ostenditur esse bonus. Nam sint præmissæ eius ueræ per hypothesin, cum hæc sit uera. Sortes est sedens: prædicatum sedens inferitur de singulari Sortes, Cum itidem hæc sit uera Sortes est homo, prædicatum homo, de eodem singulari uerificatur. Quare per syllogismorum expositiorum affirmatiuorum principium, primū prædicatum sedens, de secundo, s. homo, uerificabitur. Est igitur & hæc uera, homo est sedens, & ea est dati syllogismi conclusio. Posito igitur antecedente uero, necesse est conclusionem esse ueram: quare datus syllogismus est bonus. Et sicut ostensum est in huiusmodi syllogismi conclusione primum de secundo uerificari: ita & ostendi potest secundum uerificari de primo prædicato. Sit enim sedēs primū prædicatum: & quod in maiore dati syllogismi de singulari uerificatur: homo uerò, secundum prædicatum: & quod in dati syllogismi minore de eodem uerificatur singulari. Bene sequitur, Sortes est sedens, & Sortes est homo: ergo Sortes est homo, & Sortes est sedens, per solam præmissarū transpositionem. Et ultra sequitur, Sortes est homo, & Sortes est sedens: ergo sedens est homo. Vbi duorum prædicatorum de eodem singulari uerificatorij, primum de secundo uerificatur: ergo de primo ad ultimum bene sequi



tur: Sortes est sedens, & Sortes est homo: ergo sedens est homo. Vbi secundū prædicatoꝝ de eodē singulari uerificatorū, de primo uerificatur. Tunc sic. Talem prædicatorum primum uerificatur de secūdo, ut primo ostensum est: etiā secundū uerificatur de primo, ut secūdo mōstratū est: igitur illa prædicata de seinuicem uerificantur, quod est totū syllogismorū singulariū affirmatiuorū principiū.

48 ¶ Altera formā syllogismorū singularium est: quæ ex maiore singulari negatiua, & minore singulari affirmatiua inferitur cōclusio particularis negatiua: ut Sortes non est sedens, & Sortes est homo: ergo aliquis homo nō est sedens. Quæ ostenditur per applicationē principij syllogismis expositōrijs negatiuis accommodati, hoc modo. Sit p̄ hypothesein antecedens uerū: dico etiam consequens oportere esse uerum. Cum em̄ antecedēs sit uerū per positum, & sit una copulatiua, utraq; eius pars per diffinitionem est uera: quare prima pars quæ est maior, uera est: itidem & secunda quæ est minor. Cum autē hæc sit uera, Sortes non est sedēs, prædicatum sedens uerē negatur de singulari, Sortes. Cum itidem hæc sit uera, Sortes est homo: prædicatū homo uerē affirmatur de eodem singulari: igitur negatū siue terminus qui in præmissis de singulari negatur, de affirmato siue termino qui in præmissis de singulari affirmatur, uerē negatur: quare & ista est uera, hō non est sedens. Et ea est dati syllogismi cōclusio. Posito igitur antecedente uero, necesse est consequens esse uerū: quare data cōsequentia est bona. Et hæc duo principia in præcedenti introductiōe, numero decimosexto sunt etiā

49 declarata. ¶ Deniq; forma syllogismorū Aristotelis, est quam docet Aristoteles in libris priorum: quæ quidem doctrinalis est, quod solum ea utantur autores in disciplinis. Cæteræ autem formæ syllogismorum, in quibus aut implicationes adduntur extremis, aut signum uniuersale prædicato, aut prædicatum negationi præponitur quo particulariter sumatur: sunt à disciplinis reiectæ & solū ad sophisticam usum habentes. Sic forma syllogismorum singularium tertiæ figuræ nunc ostēsa est adminiculatiua disciplinis ad principia subobscuriora probanda, aut clas-

sius declarandas p̄positiones quæ indigēt manifestatiōe. Reliquæ autē formæ syllogismorū singulariū, ut primæ aut secundæ figuræ: non habent usum in disciplinis.

In Secundum Priorum.

DIVISIONES.

¶ Potestas syllogismorum.	¶ Peccatum contra syllogismos,
Peccatum contra syllogismos.	Petere principium.
Species argumentationis.	Statim.
¶ Potestas syllogismorum,	Non statim.
Plura concludere.	Non propter hoc accidere falsum.
Verum ex falsis syllogizare.	Fallacia contrariæ opinionis.
Circulariter syllogizare.	¶ Species argumentatiōis,
Conuersiue syllogizare.	Inductio.
Per impossibile syllogizare.	Exemplum.
Ex oppositis syllogizare.	Deductio.
¶ Plura concludere,	Syllogismus instantiuus.
Per conuersionem.	Enthymema.
Sumendo sub medio.	Signum.
Sumēdo sub minore extremitate.	Icos.

CLICHTOVS.

¶ Tria in fronte diuisionis posita uocabula significāt ea de quibus præcipua in secūdo priorū agitur determinatiō. Quorum primū in sex diuiditur species, quæ sunt plura concludere, uerū ex falsis syllogizare, circulariter syllogizare, conuersiue syllogizare, per impossibile syllogizare, ex oppositis syllogizare. Et harum specierum prima, scilicet plura concludere, in tres diuiditur

species, quæ sunt: plura concludere per conuersionem, plura concludere sumendo sub medio, & plura concludere, sumendo sub minore extremitate. Secundum autem principale quod hic determinatur, scilicet peccatū contra syllogismos, diuiditur in tres species, quæ sunt: petere principium (quod consequenter diducitur in petere principium statim, & petere principium non statim) non propter hoc accidere falsum, & fallaciam contrariæ opinionis. Tertium uero præcipuum quo de hic suscipitur determinatio; scilicet species argumentationis, in quinque diuiditur membra: introductionem, exemplum, deductionem, syllogismum instantiuum & enthymema. Quorum postremum diuiditur in enthymema ex signis, & enthymema ex ictibus: quæ diuisio per ultima duo diuisionis uocabula, signum & icos denotatur.

## F A B E R.

**S**yllogismus potestatis, est qui ad priorem propositionem aut syllogismum: aut qui ex falsis uerum, aut ex oppositis syllogizat.

Syllogismus potestatis: potestas syllogismi.

**S**yllogismus plura concludens, est qui cum consequens concludat ex eisdem præmissis, concludit illud quod sequitur ad consequens, aut qui sub medio, aut minori extremitate sumendo augetur.

## C L I C H T O E V S.

**D**iffinitur deinde syllogismus potestatis: cuius diffinitio quatuor particulas sub disiunctione continet ad omne eius species innuendas. Prima, syllogismus potestatis, est qui syllogizat ad priorem propositionem, id est qui fit aliqua propositione præsupposita. Et per hanc innuitur syllogismus ad impossibile. Secunda, aut qui syllogizat ad priorem syllogismum: hoc est qui fit præsupposito altero syllogismo. Et per hanc tangitur syllogismus plura concludens, syllogismus circularis, & syllogismus conuertiens. Tertia particula est: aut qui ex falsis uerum syllogizat: per quam

per quam denotatur syllogismus ex falsis uerum concludens. Quarta, aut qui ex oppositis syllogizat: per quam designatur syllogismus ex oppositis. Mox sequens diffinitio syllogismi plura concludentis, tres disiunctim particulas complectitur. Prima, syllogismus plura concludens, est syllogismus qui cum conclusionem concludat, ex eisdem præmissis concludit & alterum consequens, quod ad illam sequitur conclusionem. Et per hanc innuitur syllogismus per conuersionem plura concludens. Secunda particula est, aut qui sub medio sumendo augetur, per quam innuitur syllogismus plura concludens sumendo sub medio. Tertia, aut qui sub minore extremitate sumendo augetur: & per illam, denotatur syllogismus plura concludens, sumendo sub minore extremitate.

## F A B E R.

**S**yllogismus per conuersionem plura concludens, est syllogismus qui cum ex suis præmissis conuersam concludat, ex eisdem concludit & conuertentem.

**S**yllogismus plura concludens sumendo sub medio, est syllogismus cuius retenta maiore, una aut plures sub medio minores extremitates sumendo syllogizamus.

**S**yllogismus plura concludens, sumendo sub medio, & syllogismus ad latus sumendo auctus idem.

**S**yllogismus plura concludens, sumendo sub minore extremitate: est syllogismus cuius conclusione facta, uel prior, sub eius subiecto prioris quidam syllogismi minori extremitate, alia extremitate sumpta fit syllogismus. Qui & syllogismus in post assumendo auctus nominatur.

## C L I C H T O E V S.

**D**e syllogismo concludente plura per conuersionem exemplum, ut bene sequitur in primo modo primæ figuræ: omne animal est substantia, & omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia: & ultra sequitur, omnis homo

est substantia, ergo quædam substantia est homo, per cō-  
 uersionem uniuersalis affirmatiuæ in suâ particularem.  
 Ergo de primo ad ultimum bene sequitur: omne animal  
 est substantia, & omnis homo est animal: ergo quædã sub-  
 stantia est homo, per sextã regulam cōsequentiã prius  
 demonstratam. Datus syllogismus ex suis præmissis cō-  
 cludit conuersam, omnis homo est substantia. Deinde ex  
 eisdem præmissis concludit eiusdem conclusionis conuer-  
 tentem, quædam substantia est homo. ¶ Et per hanc spe-  
 ciem omnis syllogismus cuius conclusio aut simpliciter  
 aut per accidens conuerti potest, dicitur plura cōcludēs  
 per conuersionem: & tot ad ipsum fiunt syllogismi, quot  
 conuertentes habet sua cōclusio. Quo fit, ut syllogismus  
 uniuersalis affirmatiuus uno modo solum plura conclus  
 dat per conuersionem: cum solum uno modo, utpote per  
 accidens, sua conclusio possit conuerti. Syllogismus uni-  
 uersalis negatiuus, duobus modis concludit hoc modo  
 plura. Primo per conuersionem conclusionis uniuersalis  
 negatiuæ in seipsam. Secundo per conuersionem eiusdē  
 in particularem negatiuam. Syllogismus autem particu-  
 laris affirmatiuus: solum uno modo, utpote per suæ cons-  
 clusionis conuersionem simplicem, plura concludit per  
 cōuersionem. Syllogismus autē particularis negatiuus,  
 nequaquã per cōuersionem plura concludit: cum parti-  
 cularis negatiua non possit conuerti. ¶ De syllogismo cō-  
 cludente plura, sumendo sub medio exemplum. Sit da-  
 tus syllogismus, omne animal est substantia, & omnis ho-  
 mo est animal: ergo omnis homo est substantia: cuius re-  
 tenta maiore propositione, omne animal est substantia,  
 loco maioris alterius syllogismi, sub medio animal, aliã  
 sumendo minorem extremitatē quã prius sumpta fue-  
 rit; scilicet equus, sic syllogizamus: omne aial est substã-  
 tia, & omnis equus est animal, ergo omnis equus est sub-  
 stantia. Altera itidem sub eodem medio sumpta, minore  
 extremitate scilicet leo, sic alter cōstituatur syllogismus:  
 omne animal est substantia, & omnis leo est animal: ergo  
 omnis leo est substantia. Et ita quot sumentur diuerse  
 minores extremitates sub eodem medio, retenta eadem

maiore propositione, totidem diuersi fient syllogismi,  
 ad quos comparatus syllogismus primo loco datus, di-  
 citur syllogismus plura concludens, sumendo sub me-  
 dio. Sicut & primo datus syllogismus ad ceteros ex  
 eo manantes syllogismos per conuersionem conclusio-  
 nis: dicitur syllogismus plura concludens per conuersi-  
 onem. ¶ Omnes autem syllogismi quorum medium  
 in maiore uniuersaliter sumitur, & in minore uerificatur  
 de minore extremitate: hoc modo plura concludunt: ut  
 qui fiunt in quatuor primis modis primæ figuræ, & in  
 primo & tertio secundæ. Ceteri autem syllogismi, quibus  
 alterum illorum deest: non hoc modo plura conclus  
 dunt: ut qui fiunt in ceteris modis. ¶ De syllogismo  
 concludente plura sumendo sub minore extremitate exē-  
 plum: ut dato syllogismo, omne corpus est substantia, &  
 omne animal est corpus: ergo omne animal est substans-  
 tia: sumatur prædicta conclusio pro maiore alterius syl-  
 logismi: & sub eius subiecto animal (quod prioris qui-  
 dem syllogismi est minor extremitas, & posterioris me-  
 dium) sumatur altera minor extremitas, ut brutum,  
 sicq; nouus constituatur syllogismus, omne animal est  
 substantia, & omne brutum est animal: ergo omne brutum  
 est substantia. Primus syllogismus ad secundum  
 comparatus, est syllogismus plura concludens sumen-  
 do sub minore extremitate. Rursum conclusione pos-  
 sirema: facta maiore sub eius subiecto brutum, sumen-  
 do alteram minorem extremitatem: ut quadrupes: alter  
 fiet syllogismus. Et hoc pacto descendendo sub mino-  
 re extremitate, quousq; deueniatur ad speciem specialis-  
 simam: sub qua amplius non restat quicquam sumen-  
 dum, & illic fit status. ¶ Et ut hoc modo fiat syllogis-  
 mus plura concludens: debet primi syllogismi conclusio  
 esse uniuersalis. Nã sub subiecto particulariter sum-  
 pto non fit apta subsumptio. & posteriorum syllogis-  
 morum minor propositio debet esse affirmatiua: cum  
 in ea mediũ debeat uerificari de minore extremitate sub-  
 sumpta: quales sunt syllogismi uniuersales primæ & se-  
 cundæ figuræ. Quod si alterum horum defuerit, non pōt

huiusmodi fieri syllogismus, ut in cæteris modis. Et uocatur syllogismus plura concludens sumendo sub minore extremitate, alio nomine syllogismus in post assumendo auctus, sic & syllogismus plura concludens sumendo sub medio, aliter uocatur syllogismus ad latus sumendo auctus. ¶ Syllogismi aut plura concludentis sumendo sub minore extremitate, duplex est forma. Prima, expressa, cum prioris syllogismi conclusio exprimitur, & iterum pro posterioris syllogismi maiore resumitur; ut omne corpus est substantia, & omne animal est corpus: ergo omne animal est substantia. Et ultra proceditur: omne animal est substantia, & omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia. Propositio, omne animal est substantia, primo expresse in priori syllogismo ponitur pro conclusionem, & deinde repetitur pro alterius maiore. Alia est forma implicita, cum prioris syllogismi conclusio non repetitur loco maioris secundi syllogismi: sed uel semel tantum ponitur: ut omne corpus est substantia, & omne animal est corpus: ergo omne animal est substantia. Aut, omnis homo est animal, ergo omnis homo est substantia. Vbi primi syllogismi conclusio, omne animal est substantia, solum uno ponitur loco. Aut ne semel quidem expresse ponitur, sed & ipsa, & intermediorum syllogismorum conclusio supprimitur: ut omne corpus est substantia, & omne animal est corpus, & omnis homo est animal, ergo omnis homo est substantia. Et huiusmodi syllogismus, auctus dicitur: & in tot resoluitur syllogismos simplices, quot inter primi syllogismi maiorem propositionem, & ultimi conclusionem, extremas quidem propositiones intercipiuntur media: quarum quælibet, singulorum simplicium syllogismorum erit minor propositio. Vt datus modo syllogismus resoluitur in duos simplices, quorum primus est, omne corpus est substantia, & omne animal est corpus: ergo omne animal est substantia. Secundus est, omne animal est substantia, & omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia. Et hæc syllogismorum auctorum forma necessaria est & formalis: & posito antecedente uero, necesse est consequens esse uerum, ut facile

est eos simplices singulatim resolueno ostendere. Et ea apud autores est usitatio. Forma autem omnino expressa pro rudi intelligentia primum habenda, & discentibus est aptior. ¶ Qui autem syllogismi cuiuslibet trium figurarum plura concludant aliquo istorum qui nunc declarati sunt modorum, hæc figura ostendit: in qua nota unitatis primo limite posita, designat syllogismos plura concludentes primo modo, & per conuersionem, nota binarii, sumendo sub medio: & nota ternarii, sumendo sub minore extremitate. o uero, denotat syllogismos non plura concludere eo modo, in cuius modum limite ponitur.

Barbara	1   2   3	Baroco	o   o   o
Celarent	1   2   3	Darapti	1   o   o
Darii	1   2   o	Felapton	o   o   o
Ferio	o   2   o	Difamisi	1   o   o
Cesare	1   2   3	Datisi	1   o   o
Camestres	1   o   3	Bocardo	o   o   o
Festino	o   2   o	Ferison	o   o   o

F A B E R.

- ¶ Syllogismus ex falsis uerum, syllogizans, est syllogismus, cuius utraq; præmissarum aut altera tantum falsa, uerum concludit.
- ¶ Propositio in toto falsa, est propositio uniuersalis falsa: cuius contraria uera est.
- ¶ Propositio in parte falsa, est propositio uniuersalis falsa: cuius contraria falsa est.
- ¶ Syllogizaremus ex falsis uerum propter quid, si quid antecedens est falsum, eius consequens esse uerum concludere possemus.

CLICHTOUEVS.

- ¶ Syllogismus ex falsis uerum concludens, est qui ex antecedente falso ueram inferit conclusionem, Antecedens autem syllogismi, est propositio copulatiua: quæ ut dupliciter falsa esse potest, primo, utraq; eius parte existens

te falsa: secundo altera tantum: sic dupliciter fit syllogismus ex falsis uerum concludens. Primo, ex utraque præmissarum falsa: ut omnis lapis est animal, & omnis homo est lapis: ergo omnis homo est animal. Secundo ex altera præmissarum solum falsa: utpote aut sola maiore falsa: ut omne animal est album, & omnis cygnus est animal: ergo omnis cygnus est albus: aut sola minore falsa, ut omnis equus est animal, & omnis homo est equus: ergo omnis homo est animal. Et utroque datorum modorum totum syllogismi antecedens est falsum. Nam si altera copulatiua pars est falsa: & totum antecedens est falsum. Propositionio autem falsa quæ in syllogismo assumitur, aut est uniuersalis, ut omnis homo est lapis: aut particularis, ut aliquis homo est lapis. particularis quia dem falsa, non diuiditur, nec diuersa fortitur nomina: neque enim dicitur particularis in toto falsa, neque in parte falsa: sed simpliciter & sine addito, falsa nuncupatur. Vniuersalis autem falsa, diuiditur in uniuersalem in toto falsam, & in parte falsam. De propositione in toto falsa ex plurim: ut omne animal est lapis, est enim ea uniuersalis falsa, cuius contraria, nullum animal est lapis, est uera. De propositione autem uniuersali in parte falsa, exemplum, ut omne animal est album. Est enim ea uniuersalis falsa, cuius contraria, nullum animal est album etiam est falsa: imò in parte falsa, cum cuiuslibet propositionis in parte falsæ contraria etiam sit in parte falsa. ¶ Et quia alius sumitur ordo syllogizandi uerum ex falsis in syllogismis uniuersalibus & particularibus: ideo cognitum dignum est quod syllogismus uniuersalis secundum Philosophum, est syllogismus cuius ambæ præmissæ sunt uniuersales, siue concludatur conclusio uniuersalis, ut in duobus primis modis primæ & secundæ figuræ, siue particularis, ut in duobus primis tertiæ figuræ modis. Particularis autem syllogismus, est cuius altera præmissarum est particularis: ut in tertio & quarto primæ figuræ modis. ¶ In uniuersalibus quidem syllogismis, octo modis ex falsis uerum syllogizare contingit; qui hoc pacto per ordinem disponuntur,

1	Ambabus præmissis in toto falsis.
2	Ambabus in parte falsis.
3	Maiore in toto falsa, & minore in parte falsa.
4	Maiore in parte falsa, & minore in toto falsa.
5	Maiore in toto falsa, & minore uera.
6	Maiore uera, & minore in toto falsa.
7	Maiore in parte falsa, & minore uera.
8	Maiore uera, & minore in parte falsa.

¶ Primo itaque in modis uniuersalibus, ex ambabus præmissis in toto falsis uerum syllogizatur, ut omnis lapis est animal, & omnis homo est lapis: ergo omnis homo est animal. Secundo, ex ambabus in parte falsis, ut omne album est animal, & omnis homo est albus: ergo omnis homo est animal. Tertio, ex maiore in toto falsa & minore in parte falsa, non quidem in prima figura, sed cæteris, ut omnis lapis est animal, & omnis lapis est albus: ergo aliquod album est animal. Quarto, ex maiore in parte falsa & minore in toto falsa, ut omne album est animal, & omnis coruus est albus: ergo omnis coruus est animal. Quinto, in modis uniuersalibus, maiore in toto falsa, & minore uera, uerum syllogizare contingit: sed dicitur in secunda & tertia figura, ut omnis equus est homo, & omnis equus est animal: ergo aliquod animal est homo. Sexto, maiore uera & minore in toto falsa, ut omnis equus est animal, & omnis homo est equus: ergo omnis homo est animal, & ita in alijs figuris. Septimo, maiore in parte falsa & minore uera, ut omne album est animal, & omnis cygnus est albus: ergo omnis cygnus est animal. Octauo ediuerso, maiore uera & minore in parte falsa, ut omne ambulans est animal, & omnis homo est ambulans: ergo omnis homo est animal. ¶ In syllogismis autem particularibus, contingit quinque modis ex falsis syllogizare uerum; qui sunt hac serie dispositi,

1	Vniuersali in toto falsa & particulari falsa.
2	Vniuersali in parte falsa & particulari falsa.
3	Vniuersali in toto falsa & particulari uera.

4. Vniuersali in parte falsa &amp; particulari uera.

5. Vniuersali uera &amp; particulari falsa.

¶ Siquidē in modis particularibus primo syllogizatur uerū, ex uniuersali in toto falsa & particulari falsa. ut omnis lapis est animal, & homo est lapis: ergo homo est animal. Secundo, uniuersali in parte falsa & particulari falsa. ut omne album est animal, & coruus est albus: ergo coruus est animal. Tertio, uniuersali in toto falsa & particulari uera. ut omnis homo est equus, & animal est homo: ergo animal est equus. Quarto, uniuersali in parte falsa & particulari uera. ut omne album est animal, & cygnus est albus: ergo cygnus est animal. Quinto, in syllogismis particularibus, ex falsis syllogizatur uerum, uniuersali existente uera & particulari falsa. ut omnis equus est animal, & quidam homo est equus: ergo quidam homo est animal. Et sicut in prima figura data sunt: ita in ceteris dari possunt exempla. ¶ Et quāuis ex falsis cōtingat modis prædictis syllogizare uerū: non tamē propter quid. Tūc autē syllogizaretur ex falsis uerū propter quid: si antecederet falsitas necessario inferret ueritatē cōsequētis, & non esset possibile antecedens esse uerum quin cōsequēs esset uerū. Id autem manifestum est non oportere: alioqui ex falsis nūquā posset sequi nisi uerum, & nequaquā ex falso sequeretur falsum, quod est inconueniens.

## F A B E R.

¶ Syllogismus circularis, est qui ex facti syllogismi cōclusionē cum altera præmissarū de prædicatōe conuersa, alteram concludit præmissam.

¶ Propositio de prædicatōe conuersa, est in qua de alterius subiecto factum est prædicatum, & de prædicato subiectum, eadem qualitate & quantitate retenta.

¶ Propositio demonstrata, est propositio demonstratione cognita.

¶ Propositio indemonstrata, est propositio demonstrabilis nondum demonstratione cognita.

¶ Demonstramus, quando ex duobus in ueritate manifestis, propositionem incognitam syllogizamus.

¶ Demonstramus, ostensiuē syllogizamus.

¶ Propositionem circulariter syllogizare, est eam in syllogismo circulari concludere.

## CLICHTOUEVS.

¶ Ad cōstituendū syllogismū circularē, requiritur syllogismus prius datus, ex cuius conclusionē sumpta pro syllogismi posterioris una præmissa, & una præmissarū prioris syllogismi de prædicatōe conuersa, siue de terminis transpositis sumpta pro altera præmissa posterioris syllogismi cōstituatur nouus syllogismus, cōcludēs alterā præmissam prioris syllogismi, is posterior syllogismus ad priorem cōparatus, dicitur circularis. Debet autē cōclusio prioris syllogismi semper pro illa sumi præmissa posterioris: qualis præmissa prioris cōcludēda est circulariter in posteriori. Vt si circulariter syllogizanda est maior primi syllogismi, eius cōclusio erit maior in secundo. Et si circulariter syllogizanda est minor primi: eius cōclusio erit minor in secundo. Præmissa autē de prædicatōe cōuersa eundē retinet locū præmissæ in syllogismo circulari, quæ habet suam directam in primo syllogismo. Vt si directam fuerit maior: sua de prædicatōe conuersa erit maior: & si minor, minor. Fit autē syllogismus circularis duobus modis. Primo ex cōclusionē dati syllogismi cū minore de prædicatōe cōuersa, circulariter syllogizandā maiorem. Pro quo datur hæc regula. Ad circulariter syllogizandū maiorem dati syllogismi, capiēda est eius cōclusio pro maiore, & minor de prædicatōe cōuersa pro minore. Vt sit datus syllogismus, omne b est a, & omne c est b: ergo omne c est a. ex cōclusionē, omne c est a sumpta pro maiore: & minore de prædicatōe cōuersa, omne b est c sumpta pro minore: sic circulariter syllogizatur maior, omne c est a, & omne b est c. Secundo fit syllogismus circularis ex cōclusionē dati syllogismi cū maiore de prædicatōe conuersa, circulariter cōcludendo minorem. Pro quo notetur hæc regula. Ad circu-

lariter syllogizandū minorē dati syllogismi, sumenda est eius maior de prædicatione cōuersa pro maiore, & conclusio prioris syllogismi pro minore. Vt dato priori syllogismo in primo primæ, ex eius cōclusionē sumpta pro minore scilicet oē c est a, & maiore de prædicatione conuersa, omne a est b sumpta pro maiore, sic circulariter syllogizatur minor: omne a est b, & omne c est a: ergo omne c est b. Et uterq; posteriorū syllogismorum ad primū circularis est per definitionē. Neq; uitio detur q̄ in afferendis exemplis aut demonstrationibus, literis potius quam terminis significatiuis passim utamur, quamuis ex dictis significatiuis cōstituta exēpla aut demonstratiuæ probationes intellectu faciliores esse uideant. Id em̄ eō factū est, quōd huiusmodi exēporū positiones, aut demonstratiuæ rationes cognoscant in quibuscunq; & quaruicunq; habitudinū terminis, ueritatē & locū habere: cū in iis fiant extremis quæ nullā suapte natura adinuicē habētia habitudinē, ad quālibet ex hypothesi sunt indifferentia. Quod quidē & in mathematicis demonstratiuibus eadē ratione frequētissimū est, & à Diuo Seuerino Boetio Latinorū philosophiæ studia sectātium præcipuo, in suis (quas in logicā cōposuit) xditionibus studiose obseruatiū. Sanē syllogism⁹ circularis, cōsequētia formalis est & necessaria: nō modo in terminis cōuertibilibus, sed in omnib⁹ tenēs, cōsimili forma argumētādi seruata. Proinde de ci⁹ forma in literis (ut & quāplurima alijs in locis) declarata est. ¶ Ad cognoscendū aut quorū syllogismorū præmissæ possunt circulariter syllogizari: supposita notē figura in qua nota unitatis primo loco posita designat maiore eorū syllogismorū quibus responderet, circulariter syllogizari: & nota binarij minorē, nota autē circularis o, significat eā præmissam in cuius ponitur loco, nō posse syllogizari circulariter. Vnde syllogismi, cuius cōclusio est pticularis: nō potest præmissa uniuersalis syllogizari circulariter: cū cōclusio uniuersalis non potest sequi nisi ex ambabus præmissis uniuersalibus. Ita & syllogismi negatiui nō potest præmissa affirmatiua circulariter syllogizari: cum conclusio affirmatiua nō sequatur, nisi

ex ambabus affirmatiuis. Et per hæc duo, omnifi præmissarum quæ circulariter syllogizari non possunt, cur id eis non conueniat, redditur ratio.

Modi	maior	minor	Modi	maior	minor
Barbara	1	2	Baroco	o	2
Celarent	1	o	Darapti	o	o
Darii	o	2	Felapto	o	o
Ferio	o	o	Difamis	1	o
Cesare	1	o	Datifi	o	2
Camestres	1	2	Bocardo	1	o
Festino	o	o	Ferifon	o	o

¶ Propositio autem de prædicatione cōuersa (quæ deinde de diffinitur) dicitur propositio cōparata ad alterā eiusdē qualitatis & quantitatis, transpositis tantum extremis, ut omne animal est homo, ad istam, omnis homo est animal, dicitur de prædicatione conuersa. Nā de unius subiecto factum est prædicatum, & de prædicato subiectum, eadem qualitate & quantitate retēta: est enim utraq; uniuersalis affirmatiua. Sic & ista, nullus lapis est animal, est de prædicatione conuersa ad hanc, nullum animal est lapis, eademq; illius conuertens, altera tamen ratione.

¶ Sunt enim propositio de prædicatione conuersa & conuertens adinuicem impertinentia. Nempe, aliqua est propositio de prædicatione conuersa alicuius, & tamen non est conuertens eiusdem, ut omne animal est homo, ad hanc, omnis homo est animal. Sic aliqua est conuertens alicuius, & tamen non est eius propositio de prædicatione conuersa: ut quoddā animal est homo, ad hanc, omnis homo est animal. Deniq; aliqua est propositio de prædicatione cōuersa & cōuertens eiusdē: ut homo est animal, ad hanc, animal est homo diuersis tamē rationibus: ut utriusq; ostendit diffinitio. In syllogismo autem circulari non sumenda est alterius præmissæ conuertens: neq; oportet uniuersalem affirmatiuam conuerti in seipsam (ut alii quorum est sententia) sed solum capienda est alterius præmissæ propositio de prædicatione conuersa.

¶ Deinde diffinitur propositio demonstrata, itidem & propositio demonstrabilis. Sanè cum propositio ex principijs ostensa fuerit & manifesta demonstrata dicitur, perinde atq; cum color lumine superfuso conspicuus est & oculo obiectus: dicitur uisus. Cum uerò nata sit propositio ex principijs ostendi, nondum tamen manifesta est: dicitur demonstrabilis, haud secus ac color natus lumine collustrari, & nondum illustratus: dicitur uisibilis & spectabilis. Tunc autem demonstramus, hoc est ostensiuè syllogizamus siue demonstrationem facimus ostensiuam: cum ex duobus in ueritate manifestis, scilicet maiore & minore propositione, ueram quidem propositionem sed incognitam ostendimus, ut ex libris posteriorum manifestius euadet. Itaq; quæcunq; datur propositio discipline, ipsa post demonstrationem factam est demonstrata: ante demonstrationem uerò, solum est demonstrabilis. ¶ Postremo, diffinitur ea propositio circulariter syllogizari: quæ in syllogismo circulari concluditur: ut dato syllogismo, omne animal est substantia, & omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia: sic circulariter syllogizatur maior: omnis homo est substantia, & omne animal est homo, ergo omne animal est substantia. Minor autem hoc modo, omnis substantia est animal, & omnis homo est substantia: ergo omnis homo est animal.

## F A B E R.

¶ Syllogismus conuersiuus, est qui ex facti syllogismi operposito conclusionis cum altera præmissarum, contrarium aut contradictorium alterius præmissæ syllogizat.

¶ Oppositum, contradictorium.

¶ Propositionem conuersiuè syllogizare, est eam in syllogismo conuersiuo concludere.

## C L I C H T O V E V S.

¶ Syllogismus conuersiuus, alterū præ supponit syllogismum prius factum: ex cuius contradictorio conclusionis cum altera præmissarum, contrarium aut contradictorium alterius præmissæ syllogizat. Ut sit datus syllogis-

mus, omne animal est substantia, & omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia. Ex contradictorio conclusionis cum minore, syllogizamus contradictoriū maioris hoc modo, aliquis homo non est substantia, & omnis homo est animal: ergo aliquod animal non est substantia. Similiter ex contradictorio conclusionis cū maiore, syllogizamus contradictorium minoris hoc modo, omne animal est substantia, & aliquis homo non est substantia, ergo aliquis homo non est animal. ¶ Et quamuis aliquando ex contrario conclusionis cum alterutra præmissarum contingat contrarium, aut contradictorium alterius præmissæ syllogizare, ut in modis uniuersalibus primæ & secundæ figuræ: hoc tamen solum accidit, neq; uocatur syllogismus conuersiuus. Nam in syllogismo conuersiuo, si ex opposito conclusionis dati syllogismi cum alterutra præmissarum, inferatur alterius præmissæ contrarium, aut contradictorium: necesse est syllogismum datum esse bonum. Et contrà, si syllogismus datus est bonus, & conuersiuus est bonus. Atqui id non semper oportet ex contrario conclusionis dati syllogismi procedendo: quoniam data hac argumentatione, omnis homo est animal, & omnis homo est rationalis, ergo omne rationale est animal: ex contrario conclusionis, nullum rationale est animal, cum minore, omnis homo est rationalis, sequitur contrarium maioris, omnis homo non est animal, in secundo modo primæ figuræ. Et tamen datus syllogismus non est bonus: cum concludat uniuersaliter in tertia figura: igitur ex contrario conclusionis procedendo, non semper fit syllogismus conuersiuus: sed aliquando & id solum accidit, neq; in arte ponendum est. ¶ Ad cognoscendum autem quomodo fit syllogismus conuersiuus, sex ponuntur regulæ, pro singulis figuris duar. ¶ Prima regula. Dato syllogismo primæ figuræ, eius contradictorium maioris conuersiuè syllogizare contingit. Idq; in tertia fiet figura, capiendo contradictorium conclusionis pro maiore, & minorem loco minoris seruando, ut dato syllogismo in primo modo primæ figuræ: omne animal est substantia, & omnis homo est animal: ergo omnis



homo est substantia, Syllogizatur contradictorium maioris eius in quinto tertix sic, aliquis homo non est substantia, & omnis homo est animal, ergo aliquod animal non est substantia. Quod autem huiusmodi syllogismus conuersiuus in quinto tertix fieri debeat, ex eo cognoscitur: nam accepta uocali contradictoria conclusionis primi modi primæ figuræ, quæ est o, pro maiore syllogismi conuersiui, & uocali minori scilicet a, pro minore, constituantur præmissæ quinti modi tertix figuræ, o, a.

Qua quidem industria & arte in omnibus primæ figuræ modis utendo, facile est cognoscere in quo modo tertix cuiuslibet contradictorium maioris conuersiue syllogizetur. ¶ Secunda regula, dato syllogismo primæ figuræ: contradictorium minoris conuersiue syllogizare contingit, id est in secunda fit figura, seruata eadem maiore, & accepta contradictoria conclusionis dati syllogismi pro minore: ut dato syllogismo in primo primæ: omne animal est substantia, & omnis homo est animal, ergo omnis homo est substantia, syllogizatur conuersiue eius contradictorium maioris in quarto secundæ sic: omne animal est substantia, & aliquis homo non est substantia: ergo aliquis homo non est animal. Quod ex eo cognoscitur: nam sumpta uocali maioris primi modi primæ figuræ scilicet a, pro maiore, & eiusdem uocali contradictoria conclusionis quæ est o, pro minore, constituantur præmissæ quarti modi secundæ figuræ, a, o. Quod & in cæteris modis habet locum. ¶ Tertia regula, Dato syllogismo secundæ figuræ: eius contradictorium maioris conuersiue syllogizare contingit, & in tertia quidem figura sumendo minorem syllogismi dati pro maiore syllogismi conuersiui, & contradictorium conclusionis pro minore: ut dato syllogismo in primo modo secundæ figuræ, nullus lapis est animal, & omnis homo est animal, ergo nullus homo est lapis, syllogizatur conuersiue contradictoria maioris eius in quarto tertix, hoc modo: omnis homo est animal, & quidam homo est lapis: ergo quidam lapis est animal. Quod ex eo cognoscitur, nam accepta uocali minoris dati syllogismi, quæ est a, pro maiore;

& uocali cōtradictoria conclusionis scilicet i, p minore, fiunt præmissæ quarti modi tertix figuræ. ¶ Quarta regula. Dato syllogismo secundæ figuræ, eius cōtradictorium minoris conuersiue syllogizare contingit: quod in prima fit figura seruado maiore dati syllogismi, pro maiore syllogismi cōuersiui, & contradictorium conclusionis p minore: ut dato syllogismo in primo secundæ, nullus lapis est animal, & omnis homo est animal: ergo nullus homo est lapis. Contradictorium minoris eius conuersiue syllogizatur in quarto primæ sic. Nullus lapis est animal, & quidam homo est lapis: ergo quidam homo non est animal. Quod ex eo cognoscitur, quod accepta uocali maioris dati syllogismi scilicet e, pro maiore syllogismi conuersiui, & uocali contradictoria conclusionis scilicet i, pro minore: sūt præmissæ quarti modi primæ figuræ. Quod etiā in cæteris modis habet ueritatē. ¶ Quinta regula. Dato syllogismo tertix figuræ, oppositum maioris eius conuersiue syllogizare contingit. Si quidem datus syllogismus uniuersalis fuerit: syllogizatur conuersiue & maioris contrarium & contradictorium. Si uerò particularis: solum contradictorium. Et fit huiusmodi syllogismus conuersiuus in prima figura, sumendo contradictorium conclusionis pro maiore, & seruando eandem minorem. Vt dato syllogismo in primo tertix, omnis homo est substantia, & omnis homo est animal: ergo quodam animal est substantia: contrarium maioris eius sic syllogizatur in secundo primæ, nullum animal est substantia, & omnis homo est animal: ergo nullus homo est substantia: quæ est contrarium maioris. Et ultra sequitur, p legem subalternarū, nullus homo est substantia, ergo quodam homo non est substantia. Quare de primo ad ultimū sequitur, nullum animal est substantia, & omnis homo est animal: ergo quidam homo nō est substantia, quod est contradictorium maioris. Et ad cognoscendum in quo modo primæ figuræ syllogizatur oppositum maioris syllogismi tertix figuræ: sumatur uocalis contradictoria conclusionis pro maiore, & uocalis minoris pro minore: & cuius modi primæ figuræ illæ fuerint præmissæ, in illo

ſyllogizatur conuerſiue. ¶ Sexta regula. Dato ſyllogiſmo tertiæ figuræ oppoſitum minoris conuerſiue ſyllogizare contingit. Nemp̄ ſi ſyllogiſmus fuerit uniuerſalis, ſyllogizatur conuerſiue & contrarium & contradic- toriũ minoris. Si uerò ſyllogiſmus fuerit particularis, ſyl- logizatur ſolum contradictorium, & id quidem in ſecun- da ſit figura, ſumendo maiorem ſyllogiſmi dati pro mi- nore ſyllogiſmi conuerſiui, & contradictorium concluſio- nis pro maiore, inferendoq; cõtradictorium minoris. Vt dato ſyllogiſmo in primo tertiæ, omnis homo eſt ſubſtã- tia, & omnis homo eſt animal, ergo quoddam animal eſt ſubſtantia. Contrarium minoris eius ſic ſyllogizatur in primo modo ſecundæ figuræ, nullum animal eſt ſubſtan- tia, & omnis homo eſt ſubſtantia; ergo nullus homo eſt animal, quod eſt contrarium minoris. Et ultrã ſequitur, nullus homo eſt animal, ergo quidam homo non eſt ani- mal, per legem ſubalternarum. Quare de primo ad ultĩ- mum ſequitur, nullum animal eſt ſubſtantia, & omnis homo eſt ſubſtantia; ergo quidam homo non eſt animal, quod eſt contradictorium minoris. Quòd ſi capiatur uo- calis contradictona concluſionis ſyllogiſmi dati tertiæ figuræ pro maiore, & uocalis maioris pro minore, habẽtur præmiſſæ illius modi ſecundæ figuræ, in quo cõtra- dictorium minoris ſyllogiſmi dati tertiæ figuræ ſyllogi- zatur conuerſiue, & ad prompte cognoscendum in quo modo & cuius figuræ, uniuſcuiusque ſyllogiſmi oppo- ſitum & maioris & minoris ſyllogizetur; hæc notes- tur figura.

Modi	op.ma.	op.mio	Modi	op.ma.	op.mi.
Barbara	bocardo	baroco	Baroco	bocardo	barba.
Celarent	diſamis	feſtino	Darapti	celarent	ceſare
Darũ	feriſon	cameſ.	Felaptõ	barbara	cameſt.
Ferio	diſamis	ceſare	Diſamis	celarent	feſtino
Ceſare	datiſi	ferio	Datiſi	ferio	ceſare
Cametres	feriſon	darũ	Bocardo	barbara	baroco
Feſtino	diſamis	celarẽt	Feriſon	darũ.	cameſt.

Faber.

FABER.

¶ Syllogiſmus per impoſſibile, eſt qui ex cõtradictorio pro- poſitionis datæ cum vno manifeſtẽ uero, manifeſtẽ fal- ſum concludit: ob cuius falſitatem, præmiſſam falſam in- terimimus, & propoſiti ueritatem concludimus.

¶ Propoſitionem per impoſſibile ſyllogizare, eſt eius cõ- tradictonum, ſyllogiſmi per impoſſibile præmiſſam aſſi- mere.

¶ Propoſitionem oſtenſiue ſyllogizare, eſt eam in ſyllo- giſmo oſtenſiue concludere.

¶ Syllogiſmus oſtenſiuus, eſt qui ex duobus manifeſtẽ uer- ris, propoſitum concludit.

CLICHTOVEVS.

¶ Syllogiſmus per impoſſibile, præſupponit unam pro- poſitionem ueram datam quæ ſit negata aut dubitata: & ergo probanda ſyllogiſmo per impoſſibile hoc modo. Su- menda eſt in primis datæ ppoſitionis ueræ contradic- toria falſa pro una præmiſſa, & una propoſitio manifeſtẽ uera pro altera præmiſſa: ex quibus inferenda eſt conclu- ſio manifeſtẽ falſa. Deinde ex falſitate concluſionis pro- cedendum eſt ad falſitatem unius præmiſſæ: quæ eſt cõtra- dictona propoſitionis datæ, ex cuius falſitate demũ pro- cedendum eſt ad ueritatem propoſiti, ſiue propoſitionis datæ per principium contradictonum, ut ſit data propo- ſitio, omnis homo eſt ſubſtantia, uera quidem, ſed aut ne- gata aut dubitata. Et ſit iſta, omnis homo eſt animal, ma- nifeſtẽ uera: & iſta, quoddam animal non eſt ſubſtantia, manifeſtẽ falſa: bene ſequitur in quinto tertiæ, quidã ho- mo non eſt ſubſtantia, & omnis homo eſt animal: ergo quoddam animal non eſt ſubſtantia. Concluſio eſt mani- feſtẽ falſa ex hypotheſi, ergo aliqua præmiſſarum: at non minor, cum ipſa poſita ſit eſſe manifeſtẽ uera: ergo maior eſt falſa: quare ſua contradictona, omnis homo eſt ſubſtã- tia, eſt uera, quod eſt propoſitum. ¶ Vnde ſyllogiſmus ad impoſſibile, non ſit ſumendo contrarium ppoſitionis

15

A

data: quia ex falsitate unius cōtrariarū, non possumus concludere veritatem alterius, cum dux contrariarū bene possint simul esse falsæ: nec sumendo subcōtrarium: quia propositionis datæ sumendum est tale oppositū, quod (si propositio data est uera) sit falsum, & repugnet propositioni datæ in ueritate, ut ex eo cū uno manifestè uero inferatur manifestè falsum. Sed si una subcōtrariarum est uera, nō oportet alterā esse falsam: cōpatiuntur em̄ sese mul in ueritate, ergo ex subcōtrario nō fit syllogismus ad impossibile: sed solū ex cōtradictorio propositionis datæ.

14. ¶ Syllogizare aut̄ per impossibile, non est datā propositionem in syllogismo per impossibile cōcludere: sed est eius cōtradictoriū facere præmissam syllogismi ad impossibile, & tandē ex eiusdē præmissæ interemptione, propositionem datā uerā ostendere. Unde propositio quæ syllogizatur per impossibile, bene cōcluditur ultimate, & tanq̄ conclusio principaliter intenta in syllogismo ad impossibile: non tñ ut conclusio minus principalis & immediate sequens ex præmissis syllogismi per impossibile. Ad syllogizandum autem per impossibile, notentur quatuor regulæ, secundū quatuor propositionum genera ordinatæ.

15. ¶ Prima regula, uniuersalis affirmatiua syllogizatur per impossibile, nō tñ in prima figura. Ut sit data uniuersalis affirmatiua, oīs homo est animal, negata aut dubitata, & sit propositio, oīs homo est rationalis, manifestè uera: & aliquid rationale nō est animal, manifestè falsa: bene sequitur in quinto tertiarū, quiddā hō non est animal, & omnis hō est rationalis: ergo quoddā rationale nō est animal. Conclusio est manifestè falsa per hypothesein: ergo aliqua præmissa falsū: nō autem minor, cū posita sit esse uera, ergo maior est falsa: quare sua contradictoria, omīs homo est animal, est uera: quod est propositū. Quod autem uniuersalis affirmatiua non possit syllogizari per impossibile in prima figura, probatur: quia particularis negatiua eius contradictoria, non potest esse præmissa in prima figura. Non enim potest esse maior: quia maiore particulari in prima figura, nihil sequitur rectè: nec potest esse minor, quia minor negatiua in prima figura, etiam non sequitur cōclusio.

¶ Secunda regula, uniuersalis negatiua in qualibet figura syllogizatur per impossibile, ut sit data propositio, nullus homo est lapis, negata: & propositio, omnis lapis est inanimatus, sit manifestè uera, & aliquis homo est inanimatus, manifestè falsa. Bene sequitur in tertio primarū: oīs lapis est inanimatus, & quidam homo est lapis: ergo quidam homo est inanimatus. Conclusio est manifestè falsa: ergo aliqua præmissarum: non maior, cum posita sit esse uera, ergo minor: quare sua cōtradictoria, nullus homo est lapis est uera: quod est propositum. Quod autem in omni figura fieri possit, patet: quia particularis affirmatiua, uniuersalis negatiua cōtradictoria potest in qualibet figura esse præmissa: ergo uniuersalis negatiua in qualibet figura syllogizatur ad impossibile. ¶ Tertia regula, particularis affirmatiua, syllogizatur per impossibile in qualibet figura. Sit data propositio uera, aliquid animal est rationale, negata: sit præterea, omīs homo est animal, manifestè uera, & nullus homo est rationalis, manifestè falsa. Bene sequitur in secundo primarū, nullum animal est rationale, & omnis homo est animal: ergo nullus homo est rationalis. Conclusio est manifestè falsa: ergo aliqua præmissarum, & non minor, cum posita sit esse uera, ergo maior: quare sua contradictoria, aliquid animal est rationale, est uera: quod est propositum. Et id in omni figura fieri potest ex eo constat, quod eius contradictoria uniuersalis negatiua in omni figura potest esse præmissa. ¶ Quarta regula, particularis negatiua syllogizatur per impossibile in qualibet figura. Sit data propositio uera, aliquid animal non est rationale, & omīs equus est animal, sit manifestè uera: omnis autem equus est rationalis, manifestè falsa: bene sequitur in primo primarū, omne animal est rationale, & omnis equus est animal: ergo omnis equus est rationalis. Conclusio est manifestè falsa, ergo aliqua præmissarum: & non minor, cum posita sit esse uera, ergo maior: quare sua contradictoria aliquid animal nō est rationale, est uera. ¶ Ad cognoscendū aut̄ quoties unūquodq̄ genus propositionum potest in qualibet trīū figurarum syllogizari per impossibile, hæc notetur formula: in qua

INTRODVCTIO IX.

nota unitatis significat propositionē, in cuius limite ponit̄ semel tantū syllogizari p̄ impossibile, sin ea figura cui subsignatur; nota binarij in tribus primis limitibus, eam propositionē cui respondet bis p̄ impossibile syllogizari in ea figura, cui supponitur; nota ternarij, ter, & ita dein cept̄. In quarto uerō limite positus numerus, collectus ex numeris sui limitis à sinistro in dextrū porrecti, denotat quoties in summa propositio illius limitis p̄ impossibile syllogizatur in tribus figuris.

Propositiones.	prima figu.	scd'a figu.	tertia figu.	
A	0	1	1	2
E	2	1	3	6
I	2	3	2	7
O	4	3	6	13

Ex hac etiā figura facile deprehēditur quā propositio facilius per impossibile syllogizatur, & quā difficilius. Nempe ea syllogizat̄ facilius, cuius cōtradictoria in pluribus modis prēmisa assumi potest. Et illa difficilius, cuius in paucioribus modis prēmisa potest assumi.

Deinde diffinit̄ quid sit propositionem ostensiuē syllogizare, cuius fumatur exemplum. Sit propositio, omne animal est substantia, manifestē uera; itidem & ista omnis homo est animal; & sic hæc dubia, omnis homo est substantia; tūc iste syllogismus, omne animal est substantia, & omnis homo est animal; ergo omnis homo est substantia, est ostensiuus; quia ex duobus manifestē ueris propositum syllogizat. Et propositio, omnis homo est substantia, syllogizatur ostensiuē, quia in syllogismo ostensiuo cōcluditur.

Vnde quæcunq; propositio syllogizatur per impossibile, etiam syllogizatur ostensiuē, scilicet in syllogismo cōuersiuo ad datum syllogismum per impossibile, cōcludente contradictoriū prēmisa falsa; scilicet propositionem datā; ut sit datus syllogismus per impossibile in quinto tertix, quidā homo non est animal, & omnis homo est rationalis; ergo quoddam rationale nō est animal, per quem ostenditur per impossibile ista, omnis homo

IN II. PRIORVM.

est animal; eadem ostenditur ostensiuē ex eisdem terminis in primo primæ figuræ, sic omne rationale est animal, & omnis homo est rationalis; ergo omnis homo est animal. Maior enim est uera, cum eius contradictoria, quæ est cōclusio syllogismi per impossibile; sit manifestē falsa, & minor ex hypothesi manifestē uera, ex quibus syllogizatur propositio uera prius incognita, omnis homo est animal; & ediuerso, quicquid syllogizatur ostensiuē, per eisdem terminos syllogizatur per impossibile, factō ad syllogismū ostensiuum syllogismo conuersiuo. Sed horum amplior determinatio patet in logica.

FABER.

Syllogismus ex oppositis, est qui ex præmissis adiuicē oppositis extremitatum conclusionem concludit.

Peccatum contra syllogismos, est ex syllogismo aut in syllogismo proueniens vitium.

Petere principium, est argumentationis vitium non demonstrans propositum. Non syllogizat, ignotius, æquè ignotum, posterius.

Petitio principij statim, est quando idem in propria forma ad seipsum probandum est sumptum.

Petitio principij non statim, est quando alio modo petitur principium.

Non propter hoc accidere falsum, est argumentationis vitium ex propositione in syllogismo falsum aut impossibile concludente proueniens: quæ appositæ aut remotæ, nihil minus sequitur falsum aut impossibile. Non commutans, maior, minor, medium.

Fallacia contrariæ opinionis, est vitium, quo argumentationis vi inconuenienter contraria opinari contingit.

CLICHTOVEVS.

Syllogismus ex oppositis dicitur, qui procedit ex propositionibus oppositis secundum ueritatem & quæ nō

possunt simul esse ueræ: quare neq; ex subcontrarijs neq; subalternis fit, sed solum ex contrarijs & contradictorijs. Siquidem hæ simul ueræ esse non possunt, illæ uerò possunt. ¶ Et cum propositiones oppositæ debeant esse eiusdem subiecti & prædicati, in præmissis syllogismi ex oppositis quod subijciuntur in una, subijciuntur & in altera. Et quod prædicatur in una, etiam prædicatur in altera. Quare in syllogismo ex oppositis, solum duo sunt termini reipsa distincti: ratione tamen tres. Nam terminus qui bis in præmissis positus conclusionem non intrat, est medium syllogismi ex oppositis. Quod si bis prædicatur, est syllogismus secundæ figuræ: & si bis subijciuntur, est syllogismus tertie figuræ. Terminus uerò, qui ponitur in maiore propositione cum medio, & qui est prædicatum conclusionis, ea ratione est maior extremitas. Et idem terminus, ut ponitur in minore propositione cum medio, & est subiectum conclusionis, est minor extremitas: quare idem terminus reipsa in quolibet syllogismo ex oppositis est maior extremitas & minor extremitas: propter diuersas tamè rationes. Is autè, ut maior extremitas, negatur de seipso quatenus minor: quare omnis conclusio syllogismi ex oppositis, est negatiua, in qua idem negatur de seipso. Vnde constat quod syllogismus omnis ex oppositis extremitatum conclusionem concludit: hoc est conclusionem ex extremitatibus constitutam. ¶ Ad quod clarius intelligendum, tres regulæ secundum trium figurarum ordinem notentur. Prima. In prima figura non fit syllogismus ex oppositis. Nam syllogismi ex oppositis præmissæ sunt oppositæ per distinctionem. Et in oppositis propositionibus idem subijciuntur & prædicatur, per oppositarum distinctionem. Atqui in prima figura non idem subijciuntur & prædicatur: imò quod subijciuntur in una, prædicatur in alia, utpote mediū: igitur. ¶ Secunda. In secunda figura fit syllogismus ex oppositis tamen uniuersalis, tum particularis. Vniuersalis quidem, cum eiuus præmissæ sunt contrariæ: ut nullus homo est animal, & omnis homo est animal: ergo nullus homo est homo. Particularis uerò, quando præmissæ sunt contradictoriæ: ut nullus homo est animal, &

aliquis homo est animal: ergo aliquis homo non est homo. ¶ Tertia regula. In tertia figura fit syllogismus ex oppositis, & uniuersalis & particularis. Vniuersalis quidem: ut nullus homo est animal, & omnis homo est animal: ergo aliquod animal non est animal. Particularis uerò: ut nullus homo est animal, & aliquis homo est animal: ergo aliquod animal non est animal. Et utriusque postremarum regularum syllogismi, eandem quidem habent præmissas, sed diuersam conclusionem. nam iisdem reipsa termini in syllogismo ex oppositis secundæ & tertie figuræ, diuersis funguntur officijs: quare ex conclusione cognoscitur syllogismus ex oppositis esse secundæ aut tertie figuræ. Nam si in ea ponatur terminus qui in præmissis subijciuntur: syllogismus est secundæ figuræ. Si uerò terminus qui in præmissarum utraque prædicatur, ponitur in conclusione: syllogismus est tertie figuræ. ¶ Et quia hoc syllogismi genus est aliud à syllogismo de forma Aristotelis prius tradita: idcirco non oportet ex contradictorio conclusionis, cum altera præmissarum, inferre contradictorium alterius præmissæ. Nam conclusio in syllogismo conuersio esset eadè alteri præmissarum, quod rationi syllogismi repugnat: ut dato syllogismo ex oppositis in quinto tertie: aliquis homo non est animal, & omnis homo est animal: ergo aliquod animal non est animal: sic conuersiue syllogizaretur contradictorium maioris in primo primæ: omne animal est animal, & omnis homo est animal: ergo omnis homo est animal: ubi conclusio est eadem minori propositioni, & ergo non est syllogismus: quare neq; conuersiuus. ¶ Subiungitur determinationi syllogismi ex oppositis diffinitio peccati contra syllogismos, quæ duas complectitur particulas. Prima. Peccatum contra syllogismos, est uitium proueniens in syllogismo, per quam innuitur petitio principij, & non propter hoc accidere fallum: quæ quidem duo uitia in syllogismo contingunt. Secunda. Aut est uitium proueniens ex syllogismo per quam denotatur fallacia contrariæ opinionis, quæ ex syllogismo enascitur, Deinde diffinitur petitio principij:

non quæcunque, sed quæ est vitium contra syllogismum demonstratiuum. Est enim ea, argumentationis scilicet syllogismi demonstratiui vitium non demonstrans propositum: cum tamen uideatur demonstrare. Petitio autè principij statim fit cum conclusio est eadem toti antecedeñti aut eius parti: ut omnis homo est animal, & omnis homo est animal: ergo omnis homo est animal. Similiter, quidã homo est animal, & omnis homo est homo: ergo quidã homo est animal. Et quamuis utraque consequentia bona sit & formalis, non tamen est syllogismus: quia conclusio nõ est alia ab utraq; præmissarũ, quod ad syllogismum requiritur. ¶ Petitio autem principij non ita tim, est quando alio modo (quã idẽ in propria forma ad seipsum probandum fumendo) petitur principium. Et hæc fit quatuor modis per hæc quatuor uocabula. Non syllogizat, ignotius, & quæ ignotum, posterius, in litera annotatis. Primus modus est, quando uidetur esse syllogismus & non est: ut cum fit argumentatio ex puris particularibus, aut ex puris negatiuis. Secundus modus est, quãdo assumitur præmissa magis ignota quã consequens: ut si quis aliquem hominẽ uigilare hoc modo probare contendat, omne animal: uigilat, & homo est animal: ergo homo uigilat. Maior hic est ignotior quã conclusio. Tertius modus est, quando assumitur præmissa & quæ ignota atque conclusio: ut si non minus dubia sit hæc, animal rationale currit quã ista, homo currit. In hoc syllogismo, animal rationale currit, & omne animal rationale est homo: ergo homo currit, est hoc modo petitio principij. Quartus modus est, quando posterius assumitur ad probandum prius. Prius quidem hoc in loco, est propositio per quam altera nata est demonstratione cognosci. Posterius uerò, est propositio quæ per alteram demonstrari nata est: ut principia sunt priora suis conclusionibus, huius autem modi exemplum: ut si duæ contrariæ non possunt simul esse ueræ, neq; duæ contradictoriæ: atqui duæ contrariæ non possunt simul esse ueræ: igitur neq; duæ contradictoriæ possunt simul esse ueræ: hic assumitur conclusio ad probandum principi-

pium. Primus quidem modus peccat contra illustrationem: cæteri contra probationem. Quartus autem uocatur circulus in demonstrationibus. ¶ At uerò nõ propter hoc accidere falsum, est præmissa addita syllogismo per impossibile, illum tamen nõ integrans neq; constituens: quippe qua remota, integer maneat syllogismus: quæ quidẽ propositio ex falsitate conclusionis interimitur, & falsa esse concluditur: ac si esset causa falsitatis eius, cum tamen nõ sit: nam ea remota & nulla alia eius loco posita, nihilominus sequitur falsum aut impossibile. Ut sol lucet, & oẽ animal est rationale, & omnis equus est animal: ergo ois equus est rationalis. Conclusio est falsa, ergo aliqua præmissarum, nõ ista, omnis equus est animal: ergo ista, sol lucet. Propositio sol lucet, est non propter hoc accidere falsum: cum accidat falsum, & sequatur conclusio falsa: non tamen propter hoc: hoc est non propter præmissam superfluum, additam. ¶ Eius autem quatuor sunt modi: quatuor uocabulis in litera positus signati. Primus, quãdo præmissa addita non communicat cũ syllogismo cui additur in aliquo termino: ut in exemplo antedicto. Secundus modus, quando præmissa addita conuenit cum syllogismo in maiore extremitate: ut omnis equus est hinribilis, & omne animal est equus, & omnis homo est animal: ergo omnis homo est equus. Ibi equus maior extremitas syllogismi, est terminus præmissæ additæ, omnis equus est hinribilis. Tertius modus, quando præmissa addita conuenit cum syllogismo in minore extremitate: ut omnis homo est risibilis, & omne animal est equus, & omnis homo est animal: ergo omnis homo est equus. Ibi homo, minor extremitas, est subiectũ præmissæ additæ, omnis homo est risibilis. Quartus modus, quando præmissa addita communicat cum syllogismo in medio: ut omne animal est substantia, & omne animal est equus, & omnis homo est animal: ergo omnis homo est equus. Vbi animal, mediũ syllogismi, est subiectũ præmissæ additæ, omne animal est substantia. ¶ Fallacia uerò contrariæ opinionis, contingit quando concessa hypothesi cogimur ut syllogismorum concedere contraria esse uera,

aut contradictoria. Et fit quando duo prædicata ponuntur uniuersaliter uerificari de eodẽ subiecto: & unum terriũ prædicatũ ponit uniuersaliter uerificari de uno duorum datorum prædicatorum: & uniuersaliter uereq; negari de altero, ut sint duo prædicata aia & rationale, quæ uniuersaliter uerificentur de homine: & fit hæc uera, omnis homo est animal, & hæc, omnis homo est rationalis. Præterea sensibile prædicatũ uerificetur uniuersaliter de animalibus: ut sit hæc uera, omne animal est sensibile: negetur tamẽ uniuersaliter de rationali: ut hæc sit uera, omne rationale nõ est sensibile. Illa hypothesi admista, coguntur cõcedi duo cõtraria. Nam factõ syllogismo in primo primæ, omne animal est sensibile, & ois homo est animal: ergo omnis homo est sensibilis. Maior cõcessa est uera & etiã minor, quare cõclusio, omnis hõ est sensibilis, est uera. Deinde factõ altero syllogismo in secundo modo primæ figuræ, nullũ rationale est sensibile, & omnis homo est rationalis: ergo nullũ hõ est sensibilis. Maior concessa est uera & etiã minor. ergo & cõclusio est uera, & eius contraria etiã ostensa est uera in altero syllogismo: sunt igitur duæ cõtrariæ simul ueræ, quod est impossibile: nã statim ex illo sequitur duas cõtradictorias simul esse ueras, quod etiam est inconueniens.

## FABER.

**I**nductio, est à singularibus sufficienter enumeratis, ad suum uniuersale progressio. Progressio, argumẽtatio. Singularia, minus communia.

**S**yllogismus inductiuus, est qui maiorem extremitatem de medio per minorem syllogizat.

**M**aior extremitas, est terminus propriè de alijs prædicabilis.

**M**inor extremitas, est terminus alijs propriè subiicibilis ex singularibus difunctus.

**M**edium uerò, terminus est qui maiori propriè subiicitur: de minori uerò propriè prædicatur.

**A**ffirmatio.

**S**yllogismus inductiuus, inductio.

## CLICHTOVEVS.

**I**nductio, diffinitur esse argumẽtatio procedens à singu-<sup>23</sup>laribus in antecedẽte positis, ad suũ uniuersale in consequẽte, respectu eiusdẽ prædicati sumptũ. Per singularia autẽ, nõ tã terminos singulares (nã à disciplinis eorũ cõsideratio reiecta est) quã terminos cõmunes inferiores cõparatos ad suũ superius intelligere debem⁹, ut species ad suũ genus sumptæ, hic singularia uocantur. Quæ quĩdẽ singularia, quãuis sint termini cõmunes: nõ debet tũ semp in antecedẽte uniuersaliter sumi, sed sufficit ea uniuersaliter intelligi: si particulariter accipiantur. Quæ em̃ autores particulariter enũtiãt ut plurimũ uniuersaliter intelligũt. Et sunt sufficiẽter enumerata, quando uel omnia sumuntur, ut homo habet sensum, & brutũ habet sensum: omne igitur animal habet sensum. Vel p ea quæ sumunt: cætera (de quibus eadem ratio est) intelligũtur à rationibus æquẽ pugnantib⁹: ut equus habet sensum, & asinus habet sensum, & leo habet sensum, omne igitur brutũ habet sensum. Neq; autores apponunt p̃ticulã, & sic de alijs, nã sophistica est, quia in inductione supponit esse simile de enumeratis singularib⁹ & nõ enumerationis. Qui em̃ singulariũ similitudinẽ ignorat (dicit Aristoteles) nõ bene inducet. Et fit inductio ponẽdo singularia in subiecto antecedẽtis, & uniuersale in subiecto consequẽtis respectu eiusdẽ prædicati tã affirmatiuè, ut homo est sensibilis & brutũ est sensibile: igitur omne animal est sensibile: quã negatiuè, ut homo nõ est insensibilis, & brutũ nõ est insensibile: nullũ igitur animal est insensibile. Syllogismus autẽ inductiuus, est qui ex inductione facta constituitur syllogismus cõcludens inductionis cõclusionẽ ex eisdẽ terminis. Et in eius diffinitõẽ maior extremitas, minor extremitas & mediũ, nõ capiunt ut in priorũ, scilicet p̃ maiore extremitate syllogismi, p̃ minore aut medio syllogismi: sed p̃ maiore extremitate fecerũt dũ prædicationẽ, minore & medio secundum subiectũ.

24. ¶ Vnde maior extremitas, in proposito, est terminus qui de alijs inductionis terminis propriè, directèq; natus est prædicari: ut in inductione affirmatiua (nam de eius syllogismo inductiuo hic solum loquimur) prædicatū tam antecedentis quam consequentis. Verbi gratia, in hac inductione, homo est sensibilis & brutū est sensibile, igitur omne animal est sensibile: ibi sensibile est maior extremitas, prædicatur em̄ de cæteris terminis propriè: ut omnis homo uel brutum est sensibile, & omne animal est sensibile. Minor extremitas, est terminus qui natus est cæteris inductionis terminis propriè subijci, ex singularibus distūctus. Nempe oia singularia in antecedente, inductionis posita, & adinuicem coniunctione distinctiua cōiuncta, unum faciunt terminū, ut in data inductione, hō uel brutum, est minor extremitas: reliquis enim duobus terminis propriè subijcitur, ut omnis homo uel brutū est aial, omnis homo uel brutum est sensibile. Medium uerò, est terminus qui maiori extremitati propriè natus est subijci: de minore uerò propriè prædicari, ut data inductionis subiectum cōsequens scilicet animal, est medium: cū hæc sit propria prædicatio, homo uel brutum est animal: & hæc, omne aial est sensibile. In syllogismo itaq; inductiuo, minor extremitas inductionis, scilicet distinctum ex singularibus, est mediū syllogismi, maior extremitas inductionis: maior itidem est extremitas syllogismi inductiuī, diuersis tñ rationibus, & mediū inductionis secūdum prædicationē: est minor extremitas syllogismi. Vt ex data inductiōe huiusmodi fit syllogismus inductiuus: omnis homo uel brutum est sensibile, & omne aial est hō uel brutū: ergo omne aial est sensibile, q̄a maiore extremitatem scilicet sensibile, de medio, scilicet aial per minorem extremitatē, scilicet hō uel brutū, syllogizat. Et hæc intel liguntur de terminis inductionis affirmatiuæ. Nā in inductione negatiua, & quæ cōsequēs negatiuū cōcludit: maior extremitas de alijs inductionis terminis uniuersaliter negatur, & mediū de minore extremitate propriè affirmatur: ut nullus hō est insensibilis, & nullū brutum est insensibile: ergo nullum animal est insensibile. Ibi insensibi-

bile est maior extremitas: homo uel brutum, minor extremitas: & animal medium. Et fit hoc pacto eius syllogismus inductiuus: nullus homo uel brutū est insensibile, & omne aial est homo uel brutum: ergo nullum animal est insensibile. ¶ Fit autem syllogismus inductiuus affirmatiuus in primo modo primæ figuræ, negatiuus uerò, in secundo primæ: neq; fit ullo modo in tertia figura, cum ipsa non concludat uniuersaliter: & quamuis cum mediū & minor extremitas conuertuntur: ex præmissis ueris in tertia figura sequatur conclusio uniuersalis uera, cum quicquid uniuersaliter uerificabitur de uno conuertibilium: & de altero uniuersaliter uerificabitur, tamen illa consequentia non est formalis, cum in simili forma, puta terminis datis non conuertibilibus non ualeat syllogismus.

## F A B E R.

¶ Exemplum, est quando unum singulare per alterū probamus propter aliquod simile.

¶ Syllogismus exemplaris, est quando, quoniam primum medium per simile tertio in est: primum de tertio per medium syllogizamus.

¶ Primum, quod cum primo ponitur singulare, simile tertio, primum singulare. Tertium, secundum singulare.

¶ Medium, est terminus, similitudinem exprimens.

## ¶ Affirmatio.

¶ Deductio, est syllogismus cuius maior nota est: minor uerò dubia æque, aut magis conclusione credibilis.

## ¶ Deductio minoris.

¶ Instantiuus syllogismus, est qui instantiam concludit. Instantia, est uniuersalis impugnande contraria, aut contradictoria.

## C L I C H T O V E V S.

¶ Exemplum, est argumentatio qua unum particulare siue minus commune quod est ignotius, per alterum particulare & quidē notius syllogizamus, ppter aliquod



simile in quo particularia conueniūt. Et aliquod est affirmatiuum: ut homo est sensitiuus; ergo equus est sensitiuus; cum utruq; sit animal. Aliquod uerò negatiuum: ut hō non est insensibilis, ergo equus non est insensibilis; cum utruq; sit animal. ¶ In quolibet autem exemplo, sunt quatuor termini, scilicet primum, simile tertio, tertium, & medium. Primum, est prædicatum tam antecedentis quam cōsequētis exempli; ut in priore exemplo, sensitiuum. & ipsum propriè prædicatur tam de singularib; quam de medio. Simile tertio, est primum singulare & quod est subiectū antecedentis exempli, ut hō. Tertium, est secundū singulare, & quod est subiectum consequētis exempli, ut equus. Medium, est terminus singularium s; militudinē exprimēs, interdum quid. m. expressus, non nunquam uerò subauditus; ut in dato exemplo, animal.

26 ¶ Ad reducendū ergo exemplū ad syllogismū: primo sumatur antecedens exempli pro antecedente inductionis. Vnde inferatur à ratiōibus & que pugnātib; siue à particulari inspectiōe propositio uniuersalis: in qua primū dicat de medio. Deinde sumatur cōsequēs inductionis p; maiore syllogismi, eiq; subiungat minor propositio, in qua mediū de tertio dicatur, & deniq; inferatur consequens exempli, in quo primū de tertio prædicet. Vt prius datū exemplū affirmatiuum hoc modo ad syllogismū reducitur. Bene sequitur: homo est sensitiuus, ergo omne aīale est sensitiuum, cum tale sit prædicatum, quod si uni singularium, alicuius uniuersalis inest; eadem ratione & omnibus inerit, quare & ipsi uniuersali uniuersaliter inerit. Et hic primum medio per simile tertio inest. Vterius sequitur, omne animal est sensitiuum, & omnis equus est aīal: ergo omnis equus est sensitiuus: quæ est conclusio exempli, nunc syllogismo conclusa: in quo primum de tertio per medium syllogizamus. Et intelligitur hæc diffinitio syllogismi exemplaris de syllogismo exemplari affirmatiuo, quod denotat illa dictio affirmatio sub signata diffinitionibus terminorum exempli. Facile tamen (ut & de inductione dictum est) per affirmationem, negatio intelligitur. ¶ Deinceps diffinit deductio, quæ syllogism; est

habens in se aliquid uitii contra probationem, scilicet quæ assumat præmissam dubiam, & ea ex parte incurrit probationem principij. Verum, quia id uitij statim diluitur per probationem consequenter subiunctam, ideo admittit: & tum potissimum, cum præmissa dubia indiget longa probatione, quæ propter suā plixitatē non potest immediate subiecti suæ præmissæ quam probat: ideo opus est eā post syllogismum factū in altera argumentatione adducere. Probata autē præmissa dubia, amplius nō est deductio, sed demonstratio uel dialectica argumentatio.

¶ Et est duplex, scilicet deductio minoris: quando maior est nota & minor dubia, & quæ aut magis conclusione credibilis, ut sit hæc nota, omne animal sentit; & hæc dubia concha est animal: & quæ tamen aut magis credibilis conclusione, concha sentit, hic est deductio huiusmodi: omne animal sentit, & concha est animal; ergo cōcha sentit. Et hæc diffinitur in litera, quod notatur per supposita eius diffinitioni uocabula, deductio minoris. Alia est deductio maioris: & est deductio cuius minor est nota & maior dubia; & quæ aut magis conclusione credibilis: ut sit hæc nota, omnis homo est animal: & hæc dubia, omne animal sentit; & quæ aut magis credibilis quam conclusio, omnis homo sentit. Tunc hic est deductio maioris, omne animal sentit, & omnis homo est aīal: ergo oīs homo sentit. ¶ Postea de syllogismo instantiō & instantia fit determinatio, quæ fit solum contra propositionē uniuersalē, aut per suā cōtrariā, aut cōtradictoriā. Nam ex ueritate cōtrariæ, aut contradictoriæ, sequitur falsitas uniuersalis impugnāda. Syllogismus uerò cōcludēs contrariam uel cōtradictoriā uniuersalis impugnāda, uocatur syllogismus instātiuus. Vt sit hæc impugnāda, oīs homo est lapis, primo sic: nullum animal est lapis, & oīs homo est aīal; ergo nullus homo est lapis. Maior est uera, itidem & minor: quare & conclusio uera est, igitur sua contraria quæ est data uniuersalis, est falsa. Secundo uerò sic: nullum aīal est lapis, & aliquis homo est aīal; ergo aliquis homo non est lapis, maior est uera, similiter & minor, ergo & conclusio; quare sua contradictoria quæ

est uniuersalis data, est falsa. Similiter detur uniuersalis negatiua nullus homo est substantia: contra quam primo fertur instantia per suam contrariam sic, omne animal est substantia, & omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia. Secundo per suam contradictoriam sic, omne animal est substantia, & quidam homo est animal: ergo quidam homo est substantia. Vterq; syllogismus est instantiuus. ¶ Vnde cum propositio uniuersalis impugnanda est in toto falsa: bifariam contra eam fit instantia, scilicet per eius contrariam: quæ per diffinitionem uera est, & per suam contradictoriam iridem ueram, ut superius adducta exempla declarant. At cum propositio uniuersalis impugnanda est in parte falsa, duntaxat contra eam fit instantia in disciplinis per suam contradictoriam ueram: non enim per suam contrariam: quia cum falsa sit, nihil conducit ad interimendum uniuersalem impugnamdam, imò sua contraria est etiam propositio contra quam fertur instantia, ut sit propositio data & impugnanda, omnis uoluptas est bonum: sic contra eam instatur. Nulla delectatio consequens prauas operationes est bona: & delectatio consequens prauas operationes est uoluptas: igitur aliqua uoluptas non est bona. Et contra suam contradictoriam, nulla uoluptas est bona, sic fit instantia: omnis delectatio ex bonis proficiens operationibus est bona: & delectatio ex bonis proficiens operationibus est uoluptas: igitur aliqua uoluptas est bona. Et cõtra neutram instatur per suam contrariam. Quare in disciplinis cõtra quamcunq; fit instantia per suam contrariam, contra eandem fit instantia per suam contradictoriam. Nam si uniuersalis est uera, sua particularis est uera. At non contra quamcunq; fit instantia per suam contradictoriam, contra eandem fit instantia per suam contrariam: ut exemplo manifestum euasit. Et debet in disciplinis propositio contra quam cõfertur instantia esse falsa: sicq; instantia uera interimet propositionem contra quam fit. Vnde quodcunq; Philosophus refellit sententias anti quorum uniuersales: ut dicentiũ omnia contingere scire, nihil contingere scire, omnia moueri, nihil moueri, oẽm uoluptatem

uoluptatem esse bonum, nullã uoluptatem esse bonum: facit instantiam: quare instantia doctrinalis in disciplinis est frequentissima, & apprime utilis.

F A B E R.

¶ Enthymema, est ex icotibus, aut signis festinata, argumentatio.

¶ Dialecticum, demonstratiuum. Icos propositio est probabilis.

¶ Signum, propositio necessaria. Est festinata argumentatio, quando ex una præmissa infertur conclusio.

¶ Syllogismus enthymematicus, est qui ex enthymemate factò assumpta præmissa fit syllogismus. Enthymema signi, est cuius signi nomen est medium. Signum, est passionis, rei à natura in corpore relictum uestigium. Medium, est terminus in enthymematis antecedente & nõ in consequente positus. Enthymema signi, enthymema physiomicum: & eius syllogismus, physiomicus syllogismus. Enthymema affirmatiuum, est primæ figure, quando medium subicitur predicato, & predicatur de subiecto. Et est secundæ, quando medium de subiecto & predicatio identidem predicatur: & tale est disciplinis ineptum. Et est tertie, quando utriq; subicitur.

CLICHTOVS.

¶ Enthymema hic diffinitur non quodcunq;, sed probatiuum duntaxat: cum huiusmodi solũ disciplinis sit accõmodandum. Est enim enthymema probatiuum siue probans, enthymema cuius antecedens probat consequens: hoc est, cuius antecedens est notius consequente. Quare hæc argumentatio, omne animal est lapis, ergo omnis hõ est lapis, non est hic enthymema, nõ enim procedit ex icotibus neq; ex signis, sed ex propositionibus manifestè falsis: & est enthymema inferens tantum & non probans.

¶ Et enthymema, ut hic diffinit, est duplex, scilicet dialer 31

Eticum: quod per primam diffinitionis particulam notat, scilicet icotibus. Est enim dialecticum enthymema, ex icotibus festinata argumentatio. Icos autem in proposito, est probabilis propositio: hoc est quæ uideatur omnibus, aut pluribus, aut sapientibus uera. Est tamen contingens imò in pluribus uera: non tamen necessario. Ut mater diligit filios, filij diligunt parentes: pater educat filios, filij honorat patres: amici inter se diligunt, inuidetes se mutuo odiunt. Sic ergo formatur enthymema dialecticum, mater diligit filios: ergo mater non odit filios. Oportet amicis benefacere: non igitur oportet illis malefacere. Enthymema demonstratiuum, est ex signis festinata argumentatio. Signum autem, est propositio necessaria, quæ scilicet uera est, & nulloquam potest esse falsa: ut omnis enuntiatio est oratio: omnis igitur enuntiatio categorica est oratio. Similiter, omne genus prædicatur propriè: ergo omne genus generalissimum prædicatur propriè. Item omnis triangulus est figura, ergo omnis triangulus æqualiterus est figura. Et uocatur demonstratiuum, quia eo utimur in demonstrationibus. Dicitur autem festinata argumentatio: quoniam ex una præmissa (subintellige solam) inferitur conclusio: hoc est, quoniam deest una præmissa ad hoc quod sit syllogismus: ut omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia: deest enim maior. Similiter omne animal est substantia: ergo omnis homo est substantia: deest enim minor, quare enthymema à philosopho uocatur truncatus syllogismus: & à Diuo Scæterino Porcio syllogismus imperfectus. Et cum dicitur ex icotibus, & signis: præpositio ex, denotat habitudinem antecedentis & consequentis. Nam si antecedens est icos, consequens est icos: & si antecedens est signum, consequens esse signum necesse est: neque dicitur habitudinem antecedentis solum: nam antecedens enthymematis est una sola propositio.

Quæuis autem ad enthymema requiratur quod ex una tantum præmissa inferatur conclusio: id tamen ad eius rationem non sufficit: cum non omnis argumentatio in qua ex una tantum præmissa inferatur conclusio, sic quod addita præmissa quæ deest fiat syllogismus, est enthymema, ut omnis homo est animal, ergo omnis homo est lapis: si addatur maior,

omne animal est lapis, perfectus est syllogismus primæ modi primæ figuræ, tamen data consequentia non est enthymema, neque probans quidem: quia neque ex icotibus procedit, neque signis, neque inferens: quia non est bona consequentia: quare non est argumentatio, ut hic sumitur. Est enim argumentatio, bona consequentia, ut dictum est.

Syllogismus enthymematicus, est qui ex enthymemate dato, addita præmissa quæ defuit, constituitur. Et concludit conclusionem enthymematis ex eisdem terminis & antecedens enthymematis, nullo penitus mutato, nisi adiungatur præmissa, quæ in enthymemate fuit suppressa, ut dato enthymemate, omne animal habet pulmonem respirat, ergo omnis homo respirat: sic fit syllogismus enthymaticus: omne animal habens pulmonem respirat, & omnis homo est animal habens pulmonem: ergo omnis homo respirat. Similiter dato enthymemate, omnis homo respirat, ergo omnis homo habet pulmonem, sic fit eius syllogismus. Quicquid respirat habet pulmonem: sed omnis homo respirat, ergo omnis homo habet pulmonem: hic enim addita est maior: in illo uero syllogismo, addita est minor.

De enthymemate signi, exemplum, ut lepus dormit oculis apertis, ergo lepus est timidus. Est enim hic dormire oculis apertis (quod est nomen signi, hoc est, terminus significans signum passionis naturalis, scilicet timiditatis) medium: cum sit terminus in antecedente enthymematis, & non in consequente positus. Signum autem hic in alia acceptione quam prius capitur: nam est indicium in corpore relictum alicuius passionis à natura: hoc est alicuius naturalis potentie uel impotentie rei. Natura enim passiones quasdam naturales rebus indidit, ut leoni fortitudinem & comunicabilitatem: lepori timiditatem & agilitatem: homini ingeniositatem, aut obstinitatem: & quia illæ naturales potentie, uel impotentie in anima latent, neque sensui peruix sunt, reliquit natura aliquod uestigium sensibile in corpore per quod huiusmodi naturalem passionem dignoscere possemus, ut leoni dedit magnas summitates ad cognoscendum eius fortitudinem corpoream: dedit & latam frontem ad dignoscendum eius frugalitatem & comunicabilitatem. Sic habere pilos molles, & dormire oculis

lis apertis: est signū timiditatis in lepore: & habere tibias exiles, signū agilitatis: habere itidem carnes molles, signū ingeniositatis: & duras, obtusitatis in homine. Medium enthymematis, est ad similitudinem mediū syllogismi terminus, qui in antecedente solum ponitur, ut homo est rationalis: ergo animal est rationale, homo est medium. Vocatur autem enthymema signi, enthymema physionomicum à physionomia: quæ est passionum naturalium per signa in corpore relicta cognitio, ut leo habet magnas summitates: ergo leo est fortis: & sic formatur syllogismus physionomicus manēte (ut semper oportet) eodem medio. Quicquid habet magnas summitates est fortis: at leo habet magnas summitates, igitur leo est fortis.

**S**icut autem syllogismus tres habet figuras, quæ ex diuersa mediū dispositione cognoscuntur: ita per analogiā enthymema affirmatiuum, hoc est, conclusionem affirmatiuam concludens. Vnde enthymema affirmatiuum, est primæ figuræ, quando medium natum est subijci prædicato & prædicari de subiecto: hoc est, quando medium est antecedens ad prædicatum conclusionis enthymematis, & consequens ad subiectum, ut omne animal est substantia: ergo omnis homo est substantia: medium animal, subijcitur prædicato, & prædicatur de subiecto: non quidem actu & in ipso enthymemate: sed suapte natura: & tale enthymema est aptum disciplinis. Enthymema affirmatiuum secundæ figuræ, est quando medium de subiecto & prædicato consequentis enthymematis natum est vniuersaliter prædicari: hoc est quando medium est consequens ad utrumque extremum conclusionis, ut omnis homo est substantia, ergo omnis homo est animal. Et tale disciplinis est ineptum: nam ex eo fit syllogismus affirmatiuus in secunda figura. Enthymema affirmatiuum tertiæ figuræ, est cuius mediū vtriusque conclusionis enthymematis extremo subijci natum est: hoc est quando mediū est antecedens ad utrumque, ut homo est substantia, igitur aliquod animal est substantia. Et tale enthymema bonum est & disciplinis conueniens.

FABER.

**E**x omni enthymemate syllogismus facies.

**R**egule.

- 1 **S**ubiectum conclusionis in antecedente, deest maior.
- 2 **P**rædicatum conclusionis in antecedente, deest minor.
- 3 **V**niuersale affirmatiuum. primus modus primæ figuræ.
- 4 **V**niuersale negatiuum. deest maior. præmissa affirmatiua secundus primæ. primus secundæ.
- 5 **D**eest maior: præmissa negatiua. secundus secundæ.
- 6 **D**eest minor: præmissa affirmatiua. secundus secundæ.
- 7 **D**eest minor: præmissa negatiua. secundus primæ, primus secundæ.
- 8 **P**articulare affirmatiuum: deest maior: medium subiectum tertia figura.
- 9 **D**eest maior: medium prædicatum. tertius primæ.
- 10 **D**eest minor: præmissa vniuersalis. tertius primæ, tertia figura.
- 11 **D**eest minor: præmissa particularis. tertius tertiæ.
- 12 **P**articulare negatiuum: deest maior. medium subiectum tertia figura.
- 13 **D**eest maior: medium prædicatum. quartus primæ.
- 14 **D**eest minor: maior vniuersalis. quartus primæ, tertia figura.
- 15 **D**eest minor: maior particularis. quintus tertiæ. Enthymema directum.

CLICHTOVS.

**V**t ex enthymemate syllogismus constituatur: in primis oportet cognoscere utrum in enthymemate deest maior, uel minor: & hoc docent duæ primæ regulæ. deinde in quo modo & qua figura debet constitui syllogismus ex enthymemate vniuersali affirmatiuo, vniuersali negatiuo, particulari affirmatiuo, particulari negatiuo cōstitit

tutus: & hoc docet regulæ sequentes, ut pro enthymemate uniuersali affirmatiuo, hoc est cōcludente uniuersalem affirmatiuā sit una regula, p̄ uniuersali negatiuo quatuor, deinde p̄ enthymemate particulari affirmatiuo quatuor, 34 & deniq; pro particulari negatiuo totidē. ¶ Prima regula, si subiectū cōclusionis enthymematis ponit in antecedente enthymematis: deest maior syllogismi. Nēpe si subiectū cōclusionis est subiectū antecedentis enthymematis, deest maior syllogismi primæ figuræ, aut secundæ, ut ois homo est aīal, ergo ois homo est substātia. Quod si subiectū cōclusionis est prædicatum antecedētis: deest maior syllogismi tertiæ figuræ, ut homo est aīal: ergo aīal est substātia. Et ratio est: quia subiectū cōclusionis enthymematis est minor extremitas syllogismi: hic em̄ solū de enthymemate directe cōcludētē, ex quo directus falsus syllogismus, est sermo. Et cū ip̄m in antecedente ponat: antecedēs enthymematis erit minor p̄positio syllogismi. nā minor extremitas, est q̄ ponit in minore propositione cū medio: ergo ad syllogismi p̄fectionem deest maior ex medio enthymematis & prædicato cōsequētis enthymematis (quod erit maior extremitas) cōstituēda: quod est p̄positū. ¶ Secūda regula. Si prædicatū cōclusionis enthymematis ponit in antecedente enthymematis: deest minor syllogismi. Nāq; si prædicatū consequētis est subiectū antecedētis enthymematis, deest minor syllogismi secundæ figuræ, ut ois homo, est aīal: igit̄ nullus lapis est homo. Si uerō prædicatū cōclusionis est prædicatū antecedētis enthymematis: deest minor syllogismi primæ aut tertiæ figuræ, ut omne aīal sentit, ergo omnis homo sentit. Et ratio est, quia prædicatū cōclusionis enthymematis, est maior extremitas syllogismi, quod cum ponatur in antecedente: antecedēs enthymematis erit maior p̄positio syllogismi. Est em̄ maior extremitas, quæ ponit in maiore p̄positione cū medio: deest ergo minor ex medio enthymematis & subiecto cōclusionis enthymematis (quod erit minor extremitas) cōponēda. Semp̄ em̄ præmissa syllogismi quæ deest, ex termino inferētē & termino illato enthymematis, hoc est ex termino solum in antecedente posito:

& termino solum in consequente posito constituit̄. & sic unusquisq; triū terminorū enthymematis: bis in syllogismo (ut oportet) ponet̄. ¶ Tertia regula. Si enthymemata est uniuersale affirmatiuū, eius syllogismus enthymematicus fit in primo primæ, siue deest maior, ut omnis homo est aīal: igit̄ ois homo est sensibilis, ex quo fit huiusmodi syllogismus: omne aīal est sensibilis, & omnis homo est animal, igitur omnis homo est sensibilis. siue deest minor: ut omne animal est sensibile, ergo ois homo est sensibilis, sic eius fit syllogismus, omne aīal est sensibilis, & omnis homo est animal: ergo ois homo est sensibilis. Ratio huius regulæ est: quia uniuersalis affirmatiua nō syllogizatur nisi in primo primæ. ¶ Quarta regula. Si enthymema est uniuersale negatiuum: & deest maior syllogismi, præmissa autem expressa quæ est antecedens enthymematis est affirmatiua: eius syllogismus enthymematicus fit in secundo primæ, aut in primo secundæ. In secundo quidē modo primæ: si in præmissa addita maior extremitas de medio uniuersaliter negatur: ut ois homo est animal: ergo nullus homo est lapis, sic fit eius syllogismus, nullum animal est lapis, & omnis homo est animal, ergo nullus homo est lapis. In primo uerō secundæ, si in præmissa addita medium de maiori extremitate uniuersaliter negatur: ut dati enthymematis sic fit secundus syllogismus: nullus lapis est animal: & omnis homo est animal: ergo nullus homo est lapis. ¶ Quinta regula. Si enthymema est uniuersale negatiuum: & deest maior, præmissa uerō expressa est negatiua: eius syllogismus fit in secundo modo secundæ figuræ: ut nullus lapis est animal, ergo nullus lapis est homo, sic fit eius syllogismus, omnis homo est animal, & nullus lapis est aīal: ergo nullus lapis est homo. ¶ Sexta regula. Si enthymema est uniuersale negatiuum & deest minor syllogismi, præmissa autē expressa est affirmatiua: eius syllogismus fit in secundo modo secundæ figuræ: ut ois homo est animal: ergo nullus lapis est homo, cuius sic formatur syllogismus: omnis homo est animal, & nullus lapis est animal: ergo nullus lapis est homo. ¶ Septima regula. Si enthymema est

uniuersale negatiuū cui deest minor, & præmissa expressa est negatiua, eius syllogismus fit in secūdo primæ, aut primo secūdx. In secūdo quidē primæ, si in antecedente enthymematis mediū subiicitur: ut nullū animal est lapis, ergo nullus homo est lapis: cuius hoc modo fit syllogismus, nullū animal est lapis, & omnis homo est animal: ergo nullus homo est lapis. In primo uerò secūdx, si in antecedente enthymematis mediū prædicatur: ut nullus lapis est animal, ergo nullus homo est lapis: cuius hic est syllogismus, nullus lapis est animal, & oīs homo est animal: ergo nullus homo est lapis. ¶ **Ostaua regula.** Si enthymema est particulare affirmatiuū cui deest maior syllogismi & mediū est subiectū, eius syllogismus fit in tertia figura, scilicet in primo tertiæ aut quarto modo tertiæ. In primo quidē, si tam præmissa quæ deest, quā illa quæ exprimitur sit uniuersalis: ut omnis homo est animal, ergo aliquod animal est substantia: eius syllogismus est, omnis homo est substantia, & omnis homo est animal: ergo aliquod animal est substantia. In tertio, si præmissa quæ deest, sit particularis, & expressa uniuersalis: ut dato eodē enthymemate, sic eius fit syllogismus, aliquis homo est substantia, & oīs homo est animal, ergo aliquod animal est substantia. In quarto uerò, si præmissa quæ deest sit uniuersalis, & quæ exprimitur particularis: ut aliquis homo est animal, ergo aliquod animal est substantia: eius syllogismus est, omnis homo est substantia, & aliquis homo est animal: ergo animal est substantia. ¶ **Nona.** Si enthymema est particulare affirmatiuū cui deest maior, & mediū enthymematis est prædicatū antecedētis: eius syllogismus fit in tertio modo primæ figuræ: ut aliquis homo est animal, ergo aliquis homo est substantia: sic eius fit syllogismus, omnis homo est substantia, & aliquis homo est animal, ergo aliquis homo est substantia. Quod autē nō fiat in tertia figura, patet: quia mediū enthymematis est mediū syllogismi. In tertia autē figura, medium nō prædicatur, sed in utraq; præmissarū subiicitur. ¶ **Decima regula.** Si enthymema est particulare affirmatiuū cui deest minor, & præmissa expressa est uniuersalis, eius syllogismus fit in ter-

tio primæ, aut in tertia figura. In tertio quidē primæ, si in præmissa quæ deest mediū prædicatur, ut omne animal est substantia, ergo aliquis homo est substantia, sic fit ei<sup>9</sup> syllogismus: omne animal est substantia, & aliquis homo est animal: ergo aliquis homo est substantia. In tertia autē figura, si in præmissa quæ deest mediū subiicitur, quæ si fuerit uniuersalis, syllogismus fit in primo tertiæ: ut oīs homo est substantia, ergo aliquod animal est substantia: cuius sic fit syllogismus: omnis homo est substantia, & omnis homo est animal: ergo aliquod animal est substantia. Si uerò præmissa quæ deest sit particularis: syllogismus fit in quarto tertiæ: ut dati secūdi enthymematis hic est syllogismus, omnis homo est substantia, & aliquis homo est animal, ergo aliquod animal est substantia. ¶ **Undecima regula.** Si enthymema est particulare affirmatiuū cui deest minor, & præmissa expressa est particularis: eius syllogismus fit in tertio tertiæ: ut aliquis homo est substantia, ergo animal est substantia: cuius syllogismus est, aliquis homo est substantia, & omnis homo est animal: ergo aliquod animal est substantia. ¶ **Duodecima regula.** Si enthymema est particulare negatiuū, cui deest maior & mediū est subiectū, eius syllogismus fit in tertia figura, scilicet aut in secūdo tertiæ, quādo utraq; præmissa est uniuersalis: ut omnis homo est animal, ergo quoddā animal nō est lapis: ei<sup>9</sup> syllogismus est, nullus homo est lapis, & oīs homo est animal: ergo quoddā animal nō est lapis. Aut in quinto tertiæ: quando utraq; præmissa addēda est particularis, & expressa uniuersalis: ut dati enthymematis sic secūdo fit syllogismus, quidā homo nō est lapis, & omnis homo est animal: ergo animal nō est lapis. Aut in sexto tertiæ, quando præmissa addenda est uniuersalis & expressa particularis: ut homo est animal, ergo animal nō est lapis: cuius syllogismus est, nullus homo est lapis, & homo est animal: ergo animal nō est lapis. ¶ **Decimatertia regula.** Si enthymema est particulare negatiuum cui deest maior, & mediū est prædicatum: eius syllogismus fit in quarto primæ: ut homo est animal, ergo homo nō est lapis: cuius syllogismus est: nullum animal est lapis, &

INTRODVCTIO X.

homo est animal: ergo homo nō est lapis. ¶ Decimaquar-  
ta regula. Si enthymema est particulare negatiuum, cui  
deest minor, & maior est uniuersalis, eius syllogismus fit  
in quarto primæ: scilicet si in minore mediū prædicatur:  
ut nullū animal est lapis: ergo homo non est lapis: cuius  
syllogismus est, nullum animal est lapis, & homo est ani-  
mal: ergo homo nō est lapis. Aut in tertia figura, si scilicet  
in minore medium subicitur: quæ si fuerit uniuersa-  
lis, syllogismus fit in secundo modo tertiæ figuræ: ut nul-  
lus homo est lapis, ergo animal non est lapis, cuius syl-  
logismus est, nullus homo est lapis, & omnis homo est  
animal: ergo animal nō est lapis. Si uerò minor est parti-  
cularis: fiet syllogismus in sexto tertiæ: ut prædicti enthy-  
mematis, & hic est syllogismus: nullus homo est lapis,  
& homo est animal: ergo animal nō est lapis. ¶ Decima  
quinta regula. Si enthymema est particulare negatiuum,  
cui deest minor, & maior est particularis: eius syllogismus  
fit in quinto tertiæ: ut homo nō est lapis, ergo animal nō  
est lapis: cuius hic est syllogismus, homo nō est lapis, &  
omnis homo est animal: ergo animal non est lapis. Oēs  
autem istæ regulæ dantur de enthymemate directo atq;  
concludente directe, hoc est in cuius conclusione prædi-  
catur maior extremitas de minore: quod facile cognosce-  
tur per eius syllogismus qui etiam directus esse debet.

In Librum Posteriorum.

DIVISIONES.

Precognitio.	Vniuersalis.
Demonstratio.	Particularis.
Principia.	¶ Vniuersalis,
Sciabilis questio.	Propter quid.
¶ Precognitio,	Quid.
Quid est.	Affirmatiua.
Quia est.	Negatiua.
¶ Demonstratio,	Ostensiva.

IN LIBROS POSTERI.

Ad impossibile.	Positiones.
Immediata.	¶ Positiones,
Mediata.	Suppositiones.
Prime figure.	Diffinitiones.
Secunde figure.	¶ Suppositiones,
Tertie figure.	Petitiones.
Scientiæ subalternantis.	Suppositiones assumptæ.
Scientiæ subalternatæ.	¶ Sciabilis questio,
¶ Principia,	Si est.
Communia.	Quid est.
Propria.	Quid est.
¶ Propria,	Propter quid est.
Dignitates.	

CLICHTOVS.

¶ In libro tã primo quã secundo posteriorū, de his qua-  
tuor, priã & principalis est determinatio, scilicet de præ-  
cognitionibus, de demonstrationibus, de principiis, &  
de questionibus sciabilibus. Præcognitiones duæ sunt:  
præcognitio quid est, & præcognitio quia est. ¶ Demõ-  
stratio, septupliciter diuidit̃. Primo, aliqua est demõstra-  
tio uniuersalis, alia particularis. secundo, aliqua est demõ-  
stratio propter quid, & aliqua quia. tertio, aliqua est de-  
monstratio affirmatiua, aliqua negatiua. quarto, aliqua  
ostensiuã, alia ad impossibile. quinto, aliqua immediata,  
alia mediata. sexto, aliqua primæ figuræ, alia secundæ, &  
alia tertiæ. septimo, aliqua est demonstratio scientiæ subal-  
ternantis, & alia scientiæ subalternatæ. ¶ Principia, qua-  
drifariã diuidunt̃. Primo, quædã sunt principia cõmunia:  
& quædã propria. Secundo, quædã priã principia sunt  
dignitates, & quædã positiones. tertio, quædã positio-  
nes sūt suppositiones, & quædã, diffinitiones. quarto, quæ-  
dã suppositiones sunt petitiones, quædã uerò suppositiones  
assumptæ. ¶ Questiones sciabiles sunt quatuor, scilicet  
questio sciabilis si est, questio sciabilis quid est, questio sciabilis

quia est, & questio scibilis propter quid est. Quæ oia posteriorius diffinitionibus manifestabuntur.

## Diffinitiones.

FABER.

**P**recognitio, est ante demonstrationem requisita cognitio.

Præcognitio quid est, est qua quid unumquodq; nosmen ad demonstrationem attinens significet, cognoscimus.

¶ Præcognitio quid est, ea est qua demonstrationum principia & que in demonstratione assumimus, vera esse cognoscimus.

## CLICHTOVEVS.

**A**nquam autem fiat demonstratio; aliqua ad demonstrationem necessario pertinētia cognoscenda sunt; quibus ignoratis, impossibile est demonstrationem fieri. Illorum igitur ante demonstrationem cognitio, uocatur in proposito præcognitio. Præcognitio quid est, est præcognitio, qua, quid unumquodq; uocabulum in demonstratione positum, significat, cognoscimus. ¶ Et hæc tam principiorum & in demonstratione assumptorum est, quam conclusionū. Ut ad demonstrandū quod si uniuersalis est uera, sua particularis est uera; oportet scire quid propositio uniuersalis, quid particularis, & quid propositio uera. Ad intellegendum hanc, quod duæ contrariæ non possunt simul esse ueræ; oportet cognoscere quæ sunt propositiones contrariæ. Ad cognoscendum hoc principium; necesse est contradictionum unam esse ueram & alteram falsam; opus est cognoscere quæ sunt contradictoriæ. Et hæc usq; adeo necessaria est, ut sine ea nullæ uel maximæ notæ propositiones intelligi possint, neq; demonstratio fieri. Et est notum simplicium siue eorum quibus simplex circunloquimur; quæ uocantur præcognita quid est. ¶ Vnde præ-

cognitum quid est: est nomē ad demonstrationem attinens, cuius significatio ante demonstrationem cognoscitur.

¶ Præcognitio quia est, est præcognitio, qua principia, aut ex principio cognita in demonstratione assumpta, uera esse cognoscimus. Ut cum ad demonstrandum duas contrarias non posse esse simul ueras, per hoc principium: impossibile est duas contradictorias esse simul ueras, aut falsas, cognoscimus ipsum principium esse manifeste uerū; de ipso præcognoscimus quia est. Similiter si hoc ex principio cognitum, quod duæ contrariæ non possunt simul esse ueræ; cognoscimus esse manifeste uerum ad ostendendum per ipsum quod duæ subcontrariæ non possunt simul esse falsæ; tunc de ipso præcognoscimus quia est.

¶ Et hæc solum principiorum est, aut ex principio cognitorum in demonstratione assumptorum, quæ uocantur præcognita quia est. Vnde præcognitū quia est, est principium, aut ex principio cognitum in demonstratione assumptum, quod ante demonstrationem manifeste uerum esse cognoscitur. Non autem est conclusionum; quia non oportet conclusiones ante demonstrationem cognoscere esse ueras; cum dubitari possint & interrogari, earumq; ueritas demonstratione perquiratur. Et hæc præcognitio ad demonstrationem etiam perquæ necessaria est. Cum demonstrator non interroget propositiones quas assumit, sed supponit eas esse manifeste ueras; quare si non cognoscantur esse manifeste ueræ, non est demonstratio.

FABER.

¶ Demonstratio, est argumentatio faciens scire. Syllogismus, Enthymema.

¶ Scire primo, est rem per causam cognoscere, propter quæ res est, & quoniam illius est causa, & non est contingere hoc aliter se habere. Scire, scire simpliciter. Res, conclusio. Causa est quodcumq; ad uesitiuum quare, conuenienter respondemus. id uero de quo querimus, effectus nominatur. Non contingere aliter se habere, necessarium esse.

¶ Scire secundo, est ex principio, aut ex principiis, aut ex



INTRODVCTIO X.

ijs que ex principijs cognita sunt, cognoscere. Principiū  
principium proprium.

CLICHTOVEVS.

5 ¶ Demonstratio, diffinitur quòd est argumentatio faciēs  
scire, hoc est argumentatio per quam de conclusione eius  
acquiritur scientia. Et cum scire quatuor modis dicatur;  
scilicet scire in uniuersali, quod est alicuius principium,  
aut uniuersale cognoscere. Scire in particulari, quod est  
aliquam propositionem demonstratione cognoscere. Sci  
re in actu, quod est actualem alicuius propositionis sciē  
tiā habere. Et scire in habitu, quod est habitualē proposi  
tionis notitiam habere: demonstratio facit scire suam con  
clusionem in particulari & in actu. In particulari quidē,  
quia ex proprijs eam principijs cognoscere facit. Cum illo  
etiam bene stat quòd demonstratio facit scire in uniuersa  
li: nō quidē propriā, sed alias que ex sua cōclusionē dedu  
cuntur. In actu uerò, quia per demonstrationē actu ipsam  
conclusionem cōtemplamur & speculamur: actualēq; de  
ea considerationem habemus. Cum illo itidem bene stat  
quòd demonstratio facit propriā cōclusionē scire in habitu.  
Quia tñ scire in actu perfectius est: nam habitus est gratia  
operationis ex habitu pcedentis, à perfectiori & dignio  
ri dicitur facere scire in actu. Et hic diffinitur demonstra  
tio communiter accepta, ut complectatur, tam demonstrā  
tionem simpliciter, quàm demonstrationem secundū qd.  
cuius duæ sunt species: scilicet syllogismus demonstra  
tius & enthymema demonstratiuum. Inductio enim &  
exemplum, non sunt species demonstrationis, sed solum  
argumentationis dialecticæ. ¶ Scire primo, siue simplici  
ter & propriē, est conclusionem per causam (hoc est per  
medium quod ad questiuum quare, de conclusione con  
uenienter responderetur) cognoscere: propter quòd con  
clusio uera esse monstratur, & cognoscere quòd illud me  
dium est causa conclusionis, & quod non est possibile cō  
clusionē esse falsam. Vt qui cognoscit quòd homo est sus  
ceptiuus disciplinæ, per hoc quòd homo habet intelle  
ctum, scit hoc modo, nam conclusionem, homo est suscep

IN LIBROS POSTERI.

1208

ptiuus disciplinæ, cognoscit per causam: quia habet intellē  
lectū, propter quā prædicta conclusio uera esse ostendit:  
etiā cognoscit quod huiusmodi mediū est causa cōclusionis,  
& quo pacto ex eo mōstranda est cōclusio, cognoscit de  
niq; quod nō est possibile conclusionē esse falsam. Vnde cau  
sa in proposito capitur logicē, pro eo quod conuenienter  
responderet ad questiuum quare de aliquo. Et id de quo ali  
quid quæritur: in proposito effectus nominat. ut quare  
homo ambulat: responderet quia habet pedes; ergo habe  
re pedes est causa: ambulare effectus. Similiter quare uis  
tulus marinus respirat: responderet conuenienter, quia ha  
ber pulmonē, quare habere pulmonē, est causa; respirare  
effectus. Etiā si quærratur quare arbor augetur, responderet,  
quia habet animā: igitur habere animam est causa, & au  
geri effectus, & ita in alijs. Scire secundo siue scire com  
muniter ut extendit se ad scire simpliciter quod est demō  
strationis simpliciter, & scire secundum quid, quod est  
de nōstrationis secundum quid: est conclusionē ex prin  
cipio proprio, aut ex principijs proprijs cognoscere, si  
scilicet demonstratio fuerit immediata: aut ex ijs quæ  
ex principio cognita sunt si fuerit mediata. Quicquid em̄  
scimus, aut ex solis scimus principijs, aut ex principio  
& ex principio cognito simul assumptis, aut ex solis cog  
nitis ex principio assumptis. Et hic principiū pro prin  
cipio proprio sumitur, nam principium commune non  
facit scire, sed facit fidem ex communibus, quod dialecti  
cæ argumentationis munus est & officium, quare com  
munia principia non assumuntur in argumentatione de  
monstratiua, sed dialectica solum, ut de quocunq; uerifi  
catur diffinitio: de eodem & diffinitum, de quocunq; ne  
gatur genus: de eodem negatur eiusdem species.

F A B E R.

¶ Demonstratio uniuersalis, est que ex uniuersalibus cō  
stituitur propositionibus, Propositiones uniuersales, sunt  
que sunt de omni, de per se, & secundum quod ipsum.

¶ Propositio de omni, est quando predicatum subiecto

Et omnino est semper inest. Est verò de per se, quando predicatum de diffinitione subiecti, aut subiectum de diffinitione predicati fuerit. Superiora de diffinitione inferiorum, & subiectum de diffinitione accidentium existit. ¶ Modi per se: diffinitio predicatum, diffinitio subiectum, substantia, subiectum causa. Secundum quod ipsum, conuertibiliter.

¶ Demonstratio particularis, est cuius altera assumptarum propositionum particularis est. Propositio particularis, est demonstrationis propositio, que secundum quod ipsum non est.

¶ Demonstratio propter quid, est demonstratio per causam propinquam procedens. Causa propinqua, est causa conuertibilis. Materia, forma, efficiens, finis.

¶ Demonstratio quia est, est que per causam remotam, aut effectum procedit. Materia, forma, efficiens, finis. Effectus, materie, forme, efficientis, finis.

## CLICHTOVEVS.

¶ Demonstratio uniuersalis, est cuius utraq; propositionum assumptarum est uniuersalis. ut quicquid habet animam nutritur, & omne corpus animatum habet animam; ergo omne corpus animatum nutritur. Maior enim est uniuersalis, nam est de omni: cum predicatum uniuersaliter de subiecto uerificetur. De per se, cum predicatum sit de diffinitione subiecti: & secundum quod ipsum, cum constituatur ex terminis conuertibilibus. Quicquid enim est corpus animatum, habet animam, & contra, quicquid habet animam est corpus animatum. ¶ Propositioniones autem uniuersales non quidem secundum quantitatem, sed predicacionem: sunt que sunt de omni, de per se, & secundum quod ipsum: ut homo est susceptiuus disciplinæ; homo est rationalis. Propositio autem de omni: est cum predicatum subiecto omnino inest: hoc est quando predicatum uerificatur de subiecto pro quolibet supposito subiecti:

iecti: & cum predicatum subiecto semper inest: id est cum predicatum subiecto necessario conuenit, sic quod pro nullo tempore ei discouenire possit, ut ois homo est aial: nam predicatum animal conuenit subiecto homo, pro quolibet hoie, & etiã pro quolibet tpe. ¶ Propositio est de per se, quando predicatum est de diffinitione subiecti: hoc est diffinitio aut pars diffinitionis subiecti, ut homo est aial rationale, hō est aial. Aut quando subiectum est de diffinitione: id est tota diffinitio, aut pars diffinitionis predicati, ut numerus in duo æqua diuisibilis est par, numerus est impar, linea est recta, linea est curua. ¶ Regula uerò subiunctæ prima pars est: superiora sunt de diffinitione inferiorum. Prima enim particula diffinitionis, ut plurimum est genus diffiniti, ut genus est predicabile de pluribus specie differentibus in quid. Propositio, est oratio uerum & falsum significans. Secunda pars est, subiectum de diffinitione accidentium existit: sumendo quidem subiectum pro termino absoluto aut minus connotante, & accidens pro termino connotante, aut magis connotante: neq; hic subiectum ad predicatum refertur, sed ad accidens; nomine accidentis, pro prius etiã intelligendo, quod accidentaliter proprie predicetur de subiecto: ut sanum, est aial debita humorum & qualitatum pro portione temperatum. Ibi aial, subiectum (nam terminus est absolutus) est de diffinitione accidentis sanum, quod est terminus connotans. Hæc enim est accidentaliter predicatio, animal est sanum. Similiter equalia sunt quanta: quorum unum non excedit aliud. Ibi quantum subiectum (nam minus connotat) est de diffinitione æqualis sui accidentis & magis connotantis, hæc enim est accidentaria predicatio, quantum est æquale. Et id secundum, in disciplinis non minus frequens est quam primum. ¶ Modi per se sunt quatuor, qui notantur per quatuor particulas subseqüentes. Primus modus, quando predicatum est de diffinitione subiecti: ut species, est quod predicatur de pluribus differentibus numero in quid; aut species, est predicabile. Secundus, quoniam subiectum est de diffinitione predicati: ut predicabile de pluribus specie differentibus in quid, est genus; aut predicabile est species, aial est sanum, animal est ægrum, Tertius

modus per se, est dicibile quod non prædicatur accidētis  
liter de aliquo; ut omnia dicibilia prædicamentis substanti-  
arum. Illa enim (ut prima substantiarum proprietates docet) non  
sunt in subiecto. Quartus modus per se, est quod subiectum est  
causa prædicati; ita quod ad questionem factam per quæ-  
re, de prædicato conuenienter respondeatur subiectum; ut  
lucidum illuminat, calidum calefacit, dialecticus differit.  
Si enim quærat quare sol illuminat; apte respondeatur:  
quia est lucidus. Quare ignis calefacit; quia calidus. Modi  
per accidens ex opposito sumuntur. ¶ Secundum quod  
ipsum; est quando termini propositionum constituentes  
sunt conuertibiles, ut animal est sensibile; homo ad uirtu-  
tem natus est; & generatim quando propria passio aut diffi-  
nitio prædicatur de suo subiecto aut de diffinito. Simili-  
ter quando differentia de specie cum qua conuertitur dicitur.  
7 ¶ Demonstratio particularis, est cuius altera assumptum  
propositionum est particularis, scilicet uel maior tantum, ut  
omnis homo est animal, & omne animal sentit; ergo omnis  
homo sentit; uel minor tantum, ut omne animal habet ta-  
ctum, & omnis homo est animal; ergo omnis homo ha-  
bet tactum. Hæc enim propositio; omnis homo est animal, in  
utraq; particularis est; quia non est secundum quod ipsum.  
Vel maior & minor simul, ut omne animal nutritur, & omnis  
homo est animal; ergo omnis homo nutritur. Ibi maior  
est particularis. nam non quicquid nutritur est animal, & etiam  
minor; nam non omne animal est homo. Propositio autem  
particularis non secundum quantitatem, sed prædicatio-  
nem, est quæ secundum quod ipsum non est; hoc est quæ non  
componitur ex extremis conuertibilibus, quamuis sit de  
omni & de per se, ut omnis homo est substantia, & quando-  
cumque magis commune de minus communi dicitur uel præ-  
dicatur; ut numerus par, est numerus. ¶ Demonstratio pro-  
pter quid, est quæ cum prima, hoc est conuertibile sumit  
medium ad demonstrandum effectum. Causa autem conuertibilis est  
quæ uniuersaliter de subiecto prædicatur, & contra; ut  
esse lucidum, est causa conuertibilis & prima illuminationis;  
nam omne lucidum illuminat, & quicquid illuminat est lucidum.  
Quare hic est demonstratio propter quid; omne lucidum illu-

minat, & sol est lucidus; ergo sol illuminat. Similiter ha-  
bere pulmonem, est causa prima siue propinqua respiratiōis;  
nam quicquid habet pulmonem respicit, & quicquid respicit  
habet pulmonem; hæc igitur est demonstratio propter quid,  
quicquid habet pulmonem respicit, & homo habet pulmonem;  
ergo homo respicit. ¶ Et demonstratio propter quid, est  
quadruplex secundum quatuor causarum genera. Aliqua enim  
procedit per materiam; ut quicquid ex materia componitur  
est corruptibile, & omnis res naturalis ex materia componitur;  
ergo omnis res naturalis est corruptibilis. Aliqua pro  
forma, ut omne corpus animatum sensibile est animal, &  
homo est corpus animatum sensibile, ergo homo est ani-  
mal. Nam diffinitio est causa prima sui diffinitum; quare cum  
aliquid de diffinito per diffinitionem monstratur, ea est  
demonstratio propter quid. Aliqua demonstratio propter  
quid procedit per causam efficientem, ut in exemplis super-  
ius positis. Aliqua uero per causam finalem, ut quicquid  
natum est ad felicitatem, est uirtutis & disciplinæ capax; at  
omnis homo ad felicitatem natus est; igitur omnis homo  
est uirtutis & disciplinæ capax. ¶ Demonstratio quia est,  
est demonstratio quæ causam remotam & non conuertibilem  
pro medio assumit ad demonstrandum effectum; aut  
quæ effectum pro medio sumit ad demonstrandum causam.  
Causa quidem non conuertibilis, est quæ non conuertitur  
cum effectum, sed aut magis composita est aut minus composita, ut  
esse animal, est causa remota quare quid nutritur; nam non  
quicquid nutritur est animal, hæc igitur est demonstra-  
tio quia; omne animal nutritur, & omnis homo est ani-  
mal; ergo omnis homo nutritur. Similiter substantia, est  
causa remota nutritionis, cum non omnis substantia nutri-  
tur; quare hic est demonstratio quia, quicquid nutritur  
est substantia, & caliditas non est substantia; ergo caliditas  
non nutritur. ¶ Et demonstratio quia, per causam pro-  
cedens remotam, est quadruplex; quedam per causam mate-  
rialem, ut propositio uniuersalis habet subiectum &  
prædicatum & copulam tanquam principales partes sui,  
ergo propositio uniuersalis est propositio categorica. Per  
causam formalem, ut homo habet animam rationalem; ergo homo

est animal. Per causam efficientem, ut superiora ostendunt exempla. Per causam finalem, ut arbor nata est suscipere nutrimentum: ergo habet radicem. Est enim suscipere nutrimentum causa radice, sed non conuertibilis: nam non quicquid suscipit nutrimentum, habet radicem. Demonstratio autem quia, procedens per effectum est duplex. Aliqua enim procedit per effectum primum & conuertibilem, ut sol illuminat: ergo sol est lucidus. Effectus conuertibilis est, quod de sua causa uniuersaliter uerificatur, & e contra. Et illa est quadruplex: nam aliqua est per effectum materiam, alia per effectum formam, alia per effectum efficientis, alia per effectum finis. Omnium exempla, commutatis demonstrationibus propter quid in demonstrationes quia, facile patent. Alia est quae procedit per effectum remotum & non conuertibilem, quod scilicet cet de sua causa uniuersaliter non uerificatur, ut homo nutritur, ergo est substantia: homo uidet, ergo est animal. Et illa etiam est quadruplex secundum quatuor effectuum genera. Exempla autem conuersis demonstrationibus quia, per causam procedentibus remotam, facile patent.

## F A B E R.

**Demonstratio affirmatiua, est quae conclusionem concludit affirmatiuam.**

**Negatiua uero, quae concludit negatiuam.**

**Demonstratio ostensiuu, est quae ex duobus manifeste ueris propositum demonstrat. Demonstratio ostensiuu, demonstratio assertoria.**

**Demonstratio ad impossibile, est syllogismus ad impossibile, aut quae ad principium, aut alicuius ex principio cogniti oppositum perducit.**

**Demonstratio ad impossibile, demonstratio ducens ad incommodum, demonstratio ad inconueniens.**

**Demonstratio immediata, est quae ex immediatis constituitur propositionibus, Propositiones immediate, principia.**

**Demonstratio mediata, est cuius altera assumptarum propositionum est ex principio cognita. Propositiones mediate, ex principio cognoscibilia.**

**Demonstratio primae figura, est quae in prima fit figura. Secunda, quae in secunda. Tertia uero, quae in tertia.**

**Demonstratio scientiae subalternantis, est demonstratio in scientia subalternante facta.**

**Demonstratio scientiae subalternata, est quae in scientia fit subalternata.**

**Scientia: est habitus conclusionis per demonstrationem acquisitus.**

**Scientia subalternans, est quae alteri scientiae suae mutuatur principia, aut ea quae ex principijs sunt cognita.**

**Scientia subalternata, est quae alterius scientiae mutuatur principijs, aut ijs quae ex ipsis cognita sunt utitur. Scientia subalternans, totum. Scientia subalternata, pars.**

## CLICHTOUEVS.

**Demonstratio affirmatiua, a conclusione quam inferit dicitur, ut quicquid uirtutis & disciplinae est susceptiuum, est ad felicitatem natum, at omnis homo uirtutis & disciplinae est susceptiuus: igitur est ad felicitatem natus. Negatiua itidem demonstratio a sua conclusione dicitur, ut quicquid ratione caret non est disciplinae susceptiuum, at omne brutum ratione caret: nullum igitur brutum est disciplinae susceptiuum. Demonstratio autem ostensiuu dicitur, quae aliquid ex manifeste ueris ostendit & assertit. Vt sit ista manifeste uera, quicquid habet animam sensitiuam sentit: & etiam ista, omne animal habet animam sensitiuam, haec demonstratio, quicquid habet animam sensitiuam sentit, & omne animal habet animam sensitiuam: ergo omne animal sentit: est ostensiuu: quia ex duobus manifeste ueris propositum demonstrat. Demonstratio ad impossi-**

bile, est quæ contradictorium eius quod uult ostendere assumit cum altera præmissa manifestè uera, & concludit aut oppositum principij, aut alicuius ex principio cogniti & manifestè quidem ueri. Ex cuius conclusio nis manifesta falsitate fit regressus ad interimendum præmissam falsam & ueritatem propositi concludendam, ut posita prædicta hypothesi sit ista negata, omne animal sentit. Bene sequitur in quarto secundæ, quicquid habet animam sensitiuam sentit, & aliquod animal non sentit: ergo aliquod animal non habet animam sensitiuam. Conclusio est manifestè falsa, cum eius contradictoria sit posita uera: ergo aliqua præmissarum: nõ maior per hypothesin, ergo minor: quare eius contradictoria omne animal sentit est uera: quod est propositum. Et uocatur ducens ad incommodum, siue demonstratio ducens ad inconueniens: quia perducit ad oppositum principij, aut cogniti ex principio manifestè falsi. ¶ Demonstratio immediata, est quæ solum assumit principia: ut ea qua demonstratur uniuersalè affirmatiuam de necessitate conuertitur in particularè affirmatiuam, & primæ propositiones in disciplinis: ad quas probandas sola adducuntur principia. Dicuntur autè principia, propositiones immediatæ: quia non habent medium quo demonstrari possint: cum ipsis nullæ sint alix priores neque notiores. Et ex principio cognita siue cognoscibilia propositiones mediatæ, quia habent quo demonstrantur mediū. ¶ Demonstratio uerò mediata, est quæ assumit ex principio cognita, aut unum aut plura: ut ea qua demonstratur uniuersalem negatiuam conuertitur in particularem negatiuam. Assumit enim superius positam propositionem: & hæc, si ad antecedens sequitur consequens, ad oppositū consequentis sequitur oppositum antecedentis: quæ ambo sunt ex primo cognita. ¶ Demonstrationis primæ figuræ sumatur exemplum, ut omne animal sentit, at concha est animal: ergo concha sentit. ¶ Secundæ figuræ, ut omne animal sentit, & nulla planta sentit: ergo nulla planta est animal. ¶ Tertie figuræ: ut omne animal sentit, & omne animal est corpus animatum: igitur cor

pus animatum sentit. ¶ Demonstratio scientiæ subalternantis ab ea in qua fit scientia nomen accipit, ut demonstratio geometriæ ad demonstrationes astronomiæ, & arithmetiæ ad musicas. Est enim geometria scientia subalternans, astronomia sibi subalternata: sic arithmetica subalternans & musica subalternata. Contrà, demonstrationes astronomiæ & musicæ quæ dependent ex arithmetica & geometria, sunt subalternatæ. Nã geometria, astronomiæ sua mutuatur principia, aut ex principio cognita, scilicet propositiones in ea demonstratas. Astronomia uerò, utitur geometriæ principijs aut propositionibus ad suas demonstrationes. Sic arithmetica, musicæ sua concedit & principia & conclusiones: quibus musica ad suas demonstrationes utitur. Sic scientia de syllogismo ad eam quæ est de demonstratione. ¶ Scientia subalternans, dicitur totum, & scientia subalternata pars: quia genus subiecti (quod subiectum attributionis uocant) scientiæ subalternantis est totum: & genus subiectum scientiæ subalternatæ, sua pars. Triplex autè est totum, scilicet uniuersale, in modo, & integrale. Aliqua quidem scientia subalternans est totius uniuersalis: & subalternata partis subiectiuæ, ut scientia rerum naturalium est subalternans scientiæ de animalibus: & illa, scientiæ de homine. Aliqua uerò scientia subalternans, est totius in modo & ei subalternata partis in modo, ut scientia de magnitudine, scientiæ de magnitudine circulari: & scientia de numero, scientiæ de numero harmonico. Denique aliqua subalternans est totius integralis & ei subalternata partis integralis: ut scientia anatomix de homine, est subalternans scientiæ anatomix de oculis humanis. Scientia autem si simplex est, est unius conclusionis: si uerò totalis, est illarum conclusionum quæ sufficiunt ad cõplementum scientiæ, ut conclusionum Euclidis in geometria, Iordani in arithmetica, & Aristotelis in logica. Auctores autem potius sumunt scientiam pro scientia totali quæ est habitus totalis & oim conclusionum alicuius discipline acquisitus per demonstrationem, uel demonstrationes. Est enim demonstrationis proprium, facere scire,

¶ Principia, sunt quæ per seipsa, & non per alia fidẽ habent. Alia, alia principia.

¶ Principia communia, sunt diuersis scientijs accommodabilia principia. Propria verò, quæ vni discipline, aut eius partium vni sunt accommodabilia.

¶ Dignitates, sunt principia quæ vnusquisq; probat audita: & eadem sunt quas quemlibet docendum natura habere necesse est. Eas natura habere, est eis earum cognitio terminis intellectum naturali lumine assentire. Dignitates, maxime propositiones, communes conceptiones, communes scientiæ, proloquia. In disciplinis secundum materiam subiectam intellectæ: propriæ sunt.

¶ Propositiones, sunt principia, quæ cum demonstrari non possunt, non necesse est tamen ea discantem natura habere.

¶ Suppositiones, sunt positiones esse, aut non esse significantes. Ea significant esse, quæ sunt propositiones affirmatiuæ: non esse verò, quæ sunt negatiuæ. Diffinitiones, sunt positiones sine esse, aut non esse quid sic res importantes. Diffinitio, diffinitio secundum speciem facta.

¶ Petitiones, sunt positiones quæ maxime ponendis aptantur hypothesibus.

¶ Suppositiones assumptæ, sunt quæ demonstrationis assumentur præmissæ.

CLICHTOEVVS.

33 ¶ Principia hic scientiarũ secundũ materiam subiectam diffinitũ: quod habet fidẽ id est credulitatẽ siue assensum firmissimũ; nihil enim debet credere veri? principijs, & nihil falsius oppositis eorũ: nõ per alia principia. Vnũ em

principiũ, nõ probatur neque demonstratur per aliud (sic cur neq; unũ lumen per aliud lumen uidetur) sed per se ipsa: sicut seipso lumen uidetur & lux. Non enim (dicit Philosophus) de principijs quærim? propter quid, sed vnusquisq; eorũ p se fidẽ esse oportet. Et quauis principia obscuriora inductione aut aliqua persuasione dialectica probetur, nõ tñ demonstrantur: sunt em principia (dicit Philosophus) quæ cum vera sunt, ea demonstrare nõ cõtingit. ¶ Principia cõia, sunt quæ diuersis scientijs applicat: ut quæcũq; sunt uni & eidẽ æqualia, inter se sunt æqualia applicat toti quadriuo. Et hoc, Cõtrariũ a suo cõtrario corrupti natũ est: applicat philosophiæ naturali, morali, & medicinẽ. Et principia dialectica: ut quicquid prædicatur de diffinitione, & de diffinito: quæ omni scientiæ applicantur. ¶ Principia propria sunt, quæ uni tantum scientiæ aut eius partũ uni applicantur: ut necesse est cõtradiCTORIARIũ unã uerã & alterã falsam esse, de cõtradiCTORIjs propositionibus toti logicæ applicatur. & istud de terminis cõtradiCTORIjs, de quolibet est affirmatio uel negatio uera, de nullo uero simul, applicatur toti logicæ. Exemplum de ijs quæ applicantur uni partium disciplinæ: ut si nihil est sumere subiecti de quo non dicatur prædicatum: de quocunq; dicitur subiectum, de eodem dicitur prædicatũ: applicatur solum libro priorum & similiter principium de nullo. ¶ Dignitates, duabus in textu diffinitionibus diffiniuntur. ¶ Prima, dignitates, sunt propositiones quas vnusquisq; probat auditas, id est quas earum cognitio terminis, vnusquisq; ueras esse asserit: ut quicquid est maius maiore est maius minore, quicquid est maius uno æqualiũ: & altero. ¶ Secunda, dignitates, sunt quas quemlibet docendum natura habere necesse est, id est, quibus earũ cognitio terminis, intellectus naturali lumine assentit, & non potest dissentire: quia quamuis ore negentur, mente tamen negari nõ possunt: ut omne totum est maius sua parte. Impossibile est infinitum finito claudĩ: finita finities sumpta, semper reddunt finita. Si finitum a finito auferatur: residuum est finitum. ¶ Propositiones sunt principia, quæ demonstrari

nō possunt, & quæ nō est necesse quēlibet docendū habere: hoc est quibus nō oportet intellectū naturali lumine statim assentire: probantur em̄ inductione aut alia probatione dialectica: ut quēlibet numerus totus est ab unitate, quata pars ipsius est unitas, sic declaratur. unitas est secunda pars binarij, qui est secundus ab unitate. Vnitas item, tertia est pars ternarij, qui est tertius ab unitate: & quarta quaternarij, qui est quartus ab unitate: igitur. Similiter si unitas in aliquē numerū ducatur, aut idem in unitatē: seipsum producit. ¶ Vnde dignitates maiori & clarissimo lumini cōparantur. positiones uerō minori apparetī, solū illis qui acutiores habent oculos, & latenti eos qui habent oculos obtusiores. Et si qui primo aliqd nō uident si attendant diligentius, tandē percipiunt: ita positiones primo nō apparent debili intellectui, sed adhibenti conatū diligentiorē, tandem apparent, ut ergo nulli eas possunt intelligere, nisi se præbeant credulos docētī. ¶ Suppositiones, sunt positiones esse aut nō esse significantes: id est positiones affirmatiuæ aut negatiuæ: ut esse propositionē affirmatiuā, & nō esse negatiuā hic significet: ut punct⁹ est, linea est, superficies est, corp⁹ est. ¶ Diffinitiones autē, sunt positiones nō significātes esse aut nō esse, id est quæ nō sunt positiones affirmatiuæ, aut negatiuæ: ut linea extremū cuius pars nō est, est diffinitio puncti: longitudo sine latitudine & profunditate diffinitio lineæ: & ita de alijs diffinitionibus disciplinarū secūdū speciem datis. ¶ Sub quibus & diuisiones comprehendunt, si sine esse & nō esse enūtiuntur: ut quinq; esse prædicabilia: decem esse prædicamēta. Si uerō cū esse aut nō esse, ad suppositiones reducuntur: ut prædicabiliū hoc genus est, illud species, id uerō differētia, hoc proprium, hoc accidens. ¶ Petitiones, sunt suppositiones quæ ponendis aptantur hypothesibus, ut data sit propositio, oē a est b, peto dari eius cōtradictoriā, quoddā a nō est b, petitionem logicam, qua petimus cuilibet propositioni dari cōtradictoriam: sic petimus cuilibet propositioni uniuersali dari contrariā: & particulari subcontrariam. Et ipsæ petitiones non assumuntur præmissæ demon-

strationum, sed ualent ad ponēdum hypothesin in demonstratione: ne quid in disciplinis ponatur absurdum aut cōtrū principijs repugnans. Suppositiones assumptæ, sunt suppositiones quæ demonstrationum assumuntur præmissæ, ut ad demonstrandum quod omnis demonstratio est ex ueris, assumitur quod falsum non scitur, & uerū non scitur nisi ex ueris, ergo illa duo principia sunt suppositiones assumptæ, & ita in cæteris disciplinis perquiredo.

## FABER.

¶ *Questio scibilis, est quæ principium aut id quo quesitū demonstratione cognosci possit, interrogat.*

¶ *Questio si est, ea scibilis questio est, quæ an res sunt aut esse natae sunt, querimus.*

¶ *Questio quid est, est scibilis questio, quæ diffinitio aut predicatum essentiale de aliquo queritur. Diffinitio secundū speciem facta, diffinitio secundum materiam facta.*

¶ *Diffinitio secundum speciem facta, est quæ medium quo de diffinito demonstrari possit, non habet. Diffinitio secundum materiam facta, est quæ id habet medium.*

¶ *Questio quia est, est scibilis questio, quæ de aliquo quantum, quale aut aliorum proprietatum aliquā querimus, mediumq; posterius requirens.*

¶ *Questio propter quid, est scibilis questio, quæ ex quo, per quid, a quo, aut gratia cuius de aliquo queritur. Hæc questionum reliqua ambit.*

## CLICHTOEVVS.

¶ *Questio scibilis, est quæ principii aut demonstratiōis conclusionē interrogat: & est duplex: quædam est intellectus, & est quæ sit de principio: ut utrum punctus est, quid punctus, utrum punctus est indiuisibilis. Per tres ibi quæstiones interrogata sunt principia: nō autē per quartā, nō em̄ (dicit Philosophus) de principijs queritur propter quid: sed uniuersiusq; eorum per se fidem esse*

oportet. & hæc innuitur per primā partem diffinitionis. Alia quæstio scibilis, est sciētix quæ sit de cōclusionibus scientiarū, & illa est quæstio mediū: quia quærit mediū, quo ppositio quæ sita possit demonstrari: ut utrū uacū est quid demonstratio, & respondeatur est quæ pcedit ex primis ueris & immediatis, quæ est diffinitio data secundum materiā. Vtrū aliquid mouet in uacuo, quare duæ cōtrariæ nō possunt simul esse ueræ. Et hæc tãgitur per secundā partē diffinitionis. ¶ Quæstio si est, est quæstio, qua an res esse natæ sint necne, quærimus, & sit semp per ppositiones de secūdo adiacēte. Interdū autē per eam petitur principiū: ut utrū punctus est: respondet affirmatiuē quōd sic: & est principiū. Vtrū penetratio dimensionum est: respondet categoricē quōd nō, & est etiā principiū. Aliquā uerō per eā petitur ex principio cognitū: ut utrū prudentia est: respōdetur quōd sic, & demonstratur: utrū uacū est: respōdetur quōd non, & demonstratur ex principiū. ¶ Quæstio quid est, est quæ quærit diffinitionem aut prædicatū essentialē. Diffinitionē quidē aut datā secundum speciem: ut quid triāgulus æquilaterus: respōdetur, est qui habet tria latera æqualia: & illa est principiū: aut datā secundū materiā: ut quid triāgulus æquilaterus: est qui habet tres angulos æquales: & id demonstratiōe cognoscitur ex principio: exemplū de prædicato essentiali: ut cū inferius quæritur, & superius respōdetur: ut utrū fungi sunt herbæ: utrū spōgiæ sunt aialia: utrū uirtus moralis sit naturalis potētia, uel habitus: & ita de alijs. ¶ Diffinitio data secundū speciem, est principiū: quia nō habet mediū quo demonstretur: ut quid demonstratio: est faciēs scire argumētatio. ¶ Diffinitio autē data secundum materiā, est ex principio cognitū, cū mediū quo demonstratur habeat: ut quid demonstratio: est quæ procedit ex primis ueris & immediatis, quæ à Philosopho sigillatim demonstratur. ¶ Ita diuisionū quæ dā datur s̄m speciem, & illa est principiū: ut syllogismorū quidam est primæ figuræ, quidā secundæ, & quidā tertiæ. Alia uerō secundū materiā: ut quæ ex demonstratiōe facta colligitur: & illa cognoscitur ex principio: ut syllogismorum primæ figuræ,

quidam est uniuersalis affirmatiuus, quidam uniuersalis negatiuus, quidā particularis affirmatiuus, quidā uerō particularis negatiuus. Item triangulorum quidam tres habet angulos æquales, quidā duos æquales, quidā aut omnes inæquales. ¶ Quæstio quia est, est qua de aliquo, quantū, quale aut aliarum proprietatum aliquā, hoc est aliorum prædicamentorum accidentalium aliquam, ut ad aliquid actionis aut passiōis quærimus: & ista aliquādo quærit principium: ut utrum unitas sit indiuisibilis: utrum unitas sit principium numeri: utrum ois numerus est par aut impar: aliquando ex principio cognitum: ut utrum duæ contrariæ possunt simul esse ueræ: Vtrum si uniuersalis sit uera, suam particularem esse ueram necesse sit: Vtrū apes odorant: ¶ Et requirit mediū posterius, id est effectum, qui natura posterior est causa: quia in hoc genere quæstionis subseruiens demonstratiō quia, procedimus frequentius ab effectu ad causam. Vt si quæritur, utrū uitulus marinus habet pulmonem: & respondeatur quōd sic: quia respirat. Respirare, mediū est demonstratiōis per quod quæsitum demonstratur: & posterius, quia importat effectum. Similiter si quis quærat utrum luna deficit à lumine, & respōdetur quōd sic: quia opacū lunæ obiectum, nō causat umbram. Ibi respōdetur effectus, qui mediū est quo quæsitum demonstratiōe quia procedete per effectū demonstratur, & ergo posterius est. ¶ Quæstio propter quid, quærit de omni genere causæ: ut particularē quatuor in eius diffinitione positæ satis indicant. Et ergo diuiditur in quæstionē ppter quid causæ materialis, formalis, efficientis, & finalis. Quæstio propter quid causæ materialis, est qua ex quo aliquid fit quæritur. Vt quare homo est corruptibilis: Respōdetur quia est cōpositus ex materia subiecta generatiōi & corruptiōni. Nō enim solū quæritur quod sumitur cum signo quæsitio: sed etiam illud quo propositio quæ sita demonstrari possit, siue quod respondeatur. Modo in prædicta quæstione respondeatur materia. Quæstio propter quid causæ formalis, est qua per quid aliquid fit quærimus: ut quare planta est corpus animatū. Respondeatur quia habet



animam. & quādo respondetur diffinitio de diffinito. Nā diffinitio ad causam formalem reducitur: ut quare homo est aial? quia est corpus animatū sensibile. Quæstio ppter quid causæ efficiētis, est qua de aliquo à quo fit queritur. Vt ppter quid plāta augetur? quia habet animam uegetatiuā. Propter quid conchæ sentiunt? quia habent animā sensitiuā. Quæstio ppter quid causæ finalis, est qua de aliquo gratia cuius est, queritur. Vt ppter quid ignis mox uectur sursum? ut in suo loco naturali cōseruet. Propter quid homo positus est in isto mūdo? ut sit qui in hoc mūdo deū cognoscat: ueneret & amet: sicut in superiori mūdo: uel ut se & oia sui gratia facta in suū autore cōuertat.

22 ¶ Et hæc quæstionū reliquas ambit: hoc est quærit cām earū quæ alijs quæstionibus cognita sunt. Vt cū quæstio ne si est, quæsitū fuerit, si est uacuu; & respōsum quodd nō. Vterius quæritur, ppter quid nō est uacuu. Et cū quæsitū fuerit quid demonstratio; & data respōsio quodd est ex primis ueris. Vterius quæritur ppter quid demonstratio est ex primis ueris. Et cum quæsitū fuerit, utrū cōclusio demonstratiōis sit necessaria; & respōsio facta quodd sic, ulterius quæritur ppter quid cōclusio demonstratiōis est necessaria. Et hoc intelligit quā ceteræ quæstiones quærit aliqd ex principio cognitiū; & nō quādo quærit principium. Nā de principis nō quærim? ppter quid: cū principia sint primæ causæ, & earum amplius nō sint causæ.

**Ars Locorum.**

**DIVISIONES.**

- |  |  |
|--|--|
| ¶ Locus,<br>Intrinsicus.<br>Extrinsicus.<br>Medius.    | ¶ Locus maxima,<br>A substantia.<br>A concomitantibus substantiam. |
| ¶ Locus intrinsicus,<br>Maxima.<br>Differentia maxime. | ¶ Locus à substantia,<br>A diffinitione.<br>A diffinito.           |

- |  |  |
|--|--|
| A descriptione.<br>A descripto.<br>Ab interpretatione.<br>Ab interpretato.   | A corruptione.<br>A corrupto.<br>Ab usu.<br>Ab usitato.  |
| ¶ A concomitantibus substantiam,<br>A toto in quantitate.<br>A parte in quantitate.<br>A toto uniuersali.<br>A parte totius uniuersalis. | A communiter accidentibus.<br>¶ Locus extrinsecus,<br>Maxima.<br>Differentia maxime.   |
| A toto in modo.<br>A parte totius in modo.<br>A toto integrali.<br>A parte totius integralis.  | ¶ Locus maxima,<br>Ab oppositis.<br>A repugnantibus.<br>A maiore.<br>A minore.<br>A simili.<br>Ab autoritate.                  |
| A causa materiali.<br>Ab effectu causæ materialis.<br>A causa formali.<br>Ab effectu causæ formalis.                                     | A transumptione.<br>A transmutata propositione.<br>¶ Ab oppositis,<br>Relatiue.<br>Priuatiue.<br>Contrariè.<br>Contradictoriè. |
| A causa efficiente.<br>Ab effectu causæ efficientis.<br>A causa finali.<br>Ab effectu causæ finalis.                                     | ¶ Locus medius,<br>Maxima.<br>Differentia maxime.  |
| A generatione.<br>A genito.  | ¶ Locus maxima, medius,<br>A coniugatis.   |

INTRODVCTIO XI.

A casibus.	¶ Vniuoci,
A diuisione.	Generis in suas species.
¶ A diuisione,	Generis in suas differ-
Æquiuoci in sua equivo-	rentias.
cata.	Speciei in sua indiuidua.
Vniuoci in sua uniuo-	Totius in modo in suas
cata.	partes.
¶ Æquiuoci,	Subiecti in accidentia.
A casu.	Accidentis in subiecta.
A consilio.	Accidentis in accidētia.

Verfus.

Diffi: des: inter: totum: pars: causa: sit intrā.  
 Gignit: corrumpens: vsus: communiter hærens.  
 Oppositum sequitur: maior: minor: assimilatq;  
 Autor transsumpta: proportio: sit locus extrā.  
 Sunt mediū: coniu: casus: diuifio: nec plus.

CLICHTOVS.

¶ Primū huiusce artis est locus dialecticus: qui primo diuiditur in intrinsecum, extrinsecum, & mediū. Intrinsecus autem in locum intrinsecum maximam: & locum intrinsecum differentia maximæ. Insuper locus intrinsecus maxima, in locum à substantia & in locum à concomitantibus substantiā. Præterea locus à substantia, in sex species sequentes: locus uerò à concomitantibus substantiam in uigintitres species serie nominatas: inter quas non enumeratur locus à toto in loco, & à toto in tempore: quia continetur sub loco à toto in quantitate. Et locus à parte in loco, & à parte in tempore, sub loco à partibus in quantitate: locus autem intrinsecus differentia maximæ, consimiliter diuiditur sicut locus intrinsecus maxima. Locus extrinsecus, diuiditur in locum extrinsecum maximam, & locum extrinsecum differentiam maximam.

IN LOCOS DIALECTI. 209

ximæ. Locus extrinsecus maxima, in octo species subiectas: quarū prima locus ab oppositis in quatuor species subdividitur secundū quatuor dicibilium oppositorum genera: per analogiam diuiditur locus extrinsecus differentia maximæ. Demum locus medius, diuiditur in locū mediū maximā & differentiā maximæ: locus medius maximus à diuisione ulterius secundū diuisionis partitionē in atri diuisionū positā, diuiditur in locū à diuisione equiuoci in sua equiuocata, & uniuoci in sua uniuocata. Rursum locus à diuisione equiuoci, diuiditur in locū à diuisione equiuoci à casu & à consilio: deniq; locus à diuisione uniuoci in septem species ordine dispositas in quas diuifio uniuoci superius distributa est. Versus autē subnectuntur pro memoria totius diuisionis huius formulæ facilius habēda. ¶ Diffi: locus à diffinitione & diffinito: des: locus à descriptione & descripto. Inter: locus ab interpretatione & interpretato. Totū: locus à toto scilicet in quantitate uniuersali, in modo, integrali. Pars: locus à parte, scilicet totius in quantitate, totius uniuersalis, totius in modo, totius integralis. Causa: locus à causa materiali, formali, efficiente, finali sub quo continetur locus: ab effectu causæ materiali, formali, efficientis & finalis. Sit intrā: est locus intrinsecus unā cum his locis qui secundo carmine designantur. s. Gignit: locus à generatione & genito. Corrumpens locus à corruptione & corrupto. Vfus: locus ab usu & usitato. Cōmuniter hærens: locus à cōmuniter accidentibus. Oppositū sequit: locus ab oppositis relatiuē, priuatiuē, contrariē, contradictoriē, sub quo continetur locus à repugnantibus. Maior: locus à maiori. Minor locus à minori. Assimilatq;: locus à simili. Autor: locus ab autoritate. Transsumpta locus à transsumptione. Proportio: locus à transmutata proportione. Sit locus extrā: est locus extrinsecus. Sunt mediū: loci mediū. Coniu: locus à coniugatis. Casus: locus à casibus. Diuifio: locus à diuisione cū suis membris. Nec plus: non sunt plures loci dialectici quā qui modo numerati sunt.

## Diffinitiones.

FABER.

**L**ocus, est sedes argumenti. Sedes argumenti, est regu-  
la argumentationem confirmans, aut argumentatio-  
nis nomen à termino inferente & termino illato  
sumptum.

¶ Argumentatio, est consequentia bona, cuius antecedens  
probat consequens.

¶ Antecedens probat consequens, quando ipsum notius est  
consequente.

¶ Terminus inferens est terminus in antecedente & non  
in consequente positus. Terminus illatus, est terminus in  
consequente & non in antecedente positus.

¶ Locus maxima, est regula, argumentationis confirmatiua.

¶ Locus differentia maxima, est argumentationis nomen  
à termino inferente & termino illato sumptum.

¶ Locus intrinsecus, est quando terminus inferens & ter-  
minus illatus de seinuicem verificantur: aut vnum, partē  
aut causam alterius significat.

¶ Quando terminus inferens & terminus illatus nullo  
modo conueniunt, faciunt locum extrinsecum.

¶ Quando terminus inferens, & terminus illatus partim  
conueniunt & partim differunt, faciunt locum medium.

## CLICHTOVS.

**2** **Q**uid in diffinitione obscurum ponitur (ins-  
quit Philosophus in Topicis) illud explicadū  
est quousq; totū sit clarū. At in diffinitione loci  
ponitur nomen obscurū, sedes argumenti: rectē  
ergo explicatur, quod est regula argumentationē confir-  
mans, propter locum maximam, ut quicquid uerificatur  
de diffinitione, uerificatur de diffinito, confirmat hanc ar-

gumentationem & similes, animal rationale habet intel-  
lectum: ergo homo habet intellectum; aut argumentatio-  
nis nomē à termino inferente & termino illato sumptū,  
ut prædictæ argumentationis nomen, est locus à diffini-  
tione ad diffinitum, sumptum à termino inferente scilicet  
animal rationale qui est diffinitio: & termino illato scilicet  
homo, qui est diffinitū. Et hæc particula ponitur pro-  
pter locum differentiam maximam. Clariori ergo diffini-  
tione posset locus sic diffiniri. Locus, est regula argumen-  
tationem confirmans; aut argumentationis nomen à ter-  
mino inferente & termino illato sumptū. Et per transum-  
ptionem uocatur sedes: quia sicut quis sede quiescens,  
in ea consolidatur & fixus hæret, ita argumentatio diale-  
ctica, loco dialectico consolidatur, confirmatur, & corro-  
boratur. ¶ Non diffinitur autem hic quæcumq; argumē-  
tatio: sed ea duntaxat quæ probatiua est, quod sit bona  
consequentia, cuius antecedens probat consequens: hoc  
est, cuius antecedens est notius & in ueritate manifestius  
quàm consequens. Sicut enim per lumen uenimus in cos-  
lorum prius latentium cognitionem: & per nota in eorū  
quæ minus nota sunt notitiā; ita in recta argumentatiōe  
& doctrinali, per antecedens clarius & patentius, ueniē-  
dum est in notitiam consequentis minus noti & latē-  
ris ueritatis: cuius quidem agendi instrumentum est ar-  
gumentatio ut hic sumitur. ¶ Et eius dux sunt species, 5  
scilicet argumentatio demonstratiua, quæ ex proprijs prin-  
cipijs, aut ex principio cognitjs procedit, ad quam præ-  
cedens introductio parauit intelligentiam, & dialectica  
quæ ex communibus procedit: non quidem ad generans-  
dum opinionem, ut nonnulli dicunt, sed ad persuadendū  
& faciendum fidem certissimam, aut de principijs, aut co-  
gnitis ex principio. Abiectionem autem & minus principia-  
lis dialecticæ pars quæ est de argumentationibus ueris  
similibus: est generatiua opinionis: & ea non tam diale-  
cticæ cæterisq; disciplinis, quàm rhetoricæ conducit.  
Argumentatio autem illatiua tantum, est quæ est bona  
consequentia, sed eius antecedens nō probat consequens:  
ut sit falsum assumitur, aut ignotius, aut a quæ ignotū,

aut dubiū. Et hæc à disciplinis reiecta est. Nā sophisticā  
 4 & petens principiū. ¶ In argumētatione autem dialēcti  
 ca tres sunt termini, scilicet terminus inferēs, terminus  
 illatus, & terminus cōmunicans, ut in hac, aīal rationa  
 le est natū ad prudentiā; ergo homo est natus ad pruden  
 tiam: aīal rationale terminus est inferēs: quia solū in ante  
 cedente ponit: homo uerō terminus est illatus, quia solū  
 in cōsequente: & natū ad prudentiā tertius terminus est  
 cōmunicās: quia ponit tam in antecedēte quā in cōse  
 quente. Sed quā ab huiusmodi termino cōmunicāte nō sumi  
 tur nomē argumētationis dialecticæ, sed solū à duobus  
 primis: ideo de eo autores exp̄ssam nō faciūt mentionē.  
 ¶ De loco maxima: ut quicqd̄ prædicat de specie, prædi  
 cat & de genere: est regula cōfirmatiua argumētationis à  
 specie ad genus. Similiter quicqd̄ negat de genere, negat  
 & de specie, cōfirmat argumētationē à genere ad speciē.  
 De loco differētia maximæ: ut data hac argumentatione,  
 homo est rationalis, ergo aīal est rationale: locus differē  
 tia maximæ, est locus à parte totius uniuersalis ad suum  
 totū uniuersale: nā est argumētationis nomen sumptū à  
 termino inferēte homo, q̄ est pars totius uniuersalis, &  
 termino illato, scilicet aīal, q̄ est totū uniuersale. Similiter  
 data hac argumētatiōe, arbor nō est aīal: ergo arbor nō est  
 homo. locus differētia maximæ, est locus à toto uniuers  
 sali ad suā partē: nā est argumētationis nomē sumptum à  
 termino inferēte aīal, qui est totū uniuersale, & termino  
 5 illato homo, q̄ est pars totius uniuersalis. ¶ Quod si ter  
 minus inferēs sit alterius denominationis quā termin  
 us illatus: tūc in loco differentia maximæ nomen termi  
 ni inferētis in ablatiuo ponit: & nomē termini illati in ac  
 cusatiuo: ut locus à diffinitioē ad diffinitū, aut à diffinito  
 ad diffinitionē. Si uerō terminus inferens & terminus il  
 latus, eiusdē sint denominationis: tūc in loco differentia  
 maximæ utriusq̄ cōmune nomen in ablatiuo plurali po  
 nit, ut locus ab oppositis, locus à repugnantibus, locus  
 6 à cōiugatis, à casibus. ¶ In diffinitione autem loci intrin  
 seci, quæ subditur, duæ ponuntur particulæ, quarū pri  
 ma innuit locū à substantia, secūda uerō locū à cōcomi

tantibus substantiā. Est em̄ locus à substantia, quādo ter  
 minus inferēs & terminus illatus de seiuicē cōuertibilē  
 ter uerificat: suntq̄ termini adinuicem conuertibiles: ut  
 aīal rationale habet animā immortalē: ergo homo habet  
 aīam immortalē: animal rationale & homo uerificatur  
 de seiuicē conuertibiliter. Omnis em̄ diffinitio cum suo  
 diffinito conuertitur, descriptio cum descripto, & inter  
 pretatio cū interpretato. ¶ Locus autem à cōcomitantē  
 bus substantiam, est quādo terminorum argumentatio  
 nis unus partē aut causam alterius significat. Si em̄ termi  
 nus inferēs importat partē, est locus à parte ad totū. Si  
 uerō terminus illatus, est locus à toto ad partē. Si termi  
 nus inferēs importat causam, est locus à causa ad effectū,  
 à generatione, à corruptione, ab usitato, à cōmuniter ac  
 cidētibus. Si uerō terminus illatus causam denote t, est  
 locus ab effectu ad causam, à genito, à corrupto, ab usu,  
 à cōmuniter accidētibus. ¶ Locus extrinsecus, est quan  
 do terminus inferens & terminus illatus nullo modo cō  
 ueniūt, ut ignis est calidus, ergo nō est frigidus: ubi calid  
 ū terminus inferens & frigidū terminus illatus nullo  
 modo cōueniunt: non em̄ pro eodē accipiunt, neq̄ idem  
 denotant, nā sunt oppositi. ¶ Locus mediū, est quando  
 terminus inferens & terminus illatus partim cōueniunt  
 & partim differunt, ut album est coloratum: ergo albe  
 do est color: ubi terminus inferens & terminus illatus,  
 scilicet album & albedo, cōueniunt in significatione for  
 mali & differunt in supponendo. Similiter color & colo  
 ratum conueniunt partim scilicet in formali significato.  
 Nā coloratum, omnem denotat colorem, & color itidem  
 omnem colorem significat: differunt autem quantum ad  
 acceptionem eorum in propositione: nam coloratum pro  
 subiecto accipitur, color uerō pro accidente.

## F A B E R,

¶ Diffinitio, est oratio essentialiter & conuertibiliter quid  
 est explicans. Diffinitum, est cum quo diffinitio conuers  
 titur, ipsum quidem explicans.

¶ Descriptio, est oratio accidentaliter, & conuertibiliter quid est explicans. Descriptum, est ab eo explicatum cum quo descriptio conuertitur, ipsum explicans.

¶ Interpretatio, est minus noti per magis notum cōuertibilis explicatio. Explicans, est interpretatio. Explicatum est interpretatum.

¶ Totum in quantitate, est terminus communis, mediante signo vniuersali vniuersaliter sumptus. Pars totius in quantitate, est minus commune sub toto in quantitate sumptum.

¶ Totum vniuersale, est superius. Pars totius vniuersalis, est inferius. Pars totius vniuersalis, pars subiectiua.

¶ Totum in modo, est terminus ad seipsum cum determinatione non diminvente sumptum: cum qua prius non sumebatur comparatus. Terminus sumitur cum determinatione non diminvente: quando ipsum totum de parte, hoc est de toto aggregato, vniuersaliter uerificatur.

¶ Pars in modo, est terminus sumptus cum determinatione non diminvente, in comparatione ad seipsum sumptum sine illa determinatione.

¶ Totum integrale, est quicquid habet partes. Et illud ex quo integratur, vocatur eius pars. Duplex, est pars totius integralis: principalis scilicet atque minus principalis. Pars totius integralis principalis, est sine qua suum totum esse non potest. Pars integralis minus principalis, est sine qua suum totum esse potest.

## CLICHTOVS.

7 ¶ Hic diffinitio pro diffinitione essentiali accipitur, quæ ex genere & differentia componitur, ut in prædicabilibus ostensum est, ut animal rationale, est diffinitio hominis. Nam est oratio explicans quid est homo essentialiter:

nempe essentialiter de homine prædicatur: cū in hac prædicatione, homo est aīal rationale, neutrum extremorum connotet extrinsecè supra reliquū. Et cōuertibiliter. nā aīal rationale uerificat̃ uniuersaliter de homine & e cōtra: oīs em̃ homo est animal rationale, & omne aīal rationale est homo: homo autē est diffinitū, quia est dicibile cum quo diffinitio data conuertitur ipsum diffinitū explicans, declaras, & manifestas. Nam homo, explicatū est: cum de ipso quæritur quid est, & aīal rationale explicans, cum respōdeatur ad quæstionē factam p̃ quid: ut est quæsitū uum diffinitionis. ¶ Descriptio uerò hoc in loco & diffinitio accidentalis siue descriptiua, idem, ut aīal susceptiū uum disciplinæ, est descriptio hoīs. Nā est oratio explicans qd est homo accidentaliter. Est em̃ ista prædicatio accidentalis, homo est aīal susceptiū disciplinæ, cū prædicatū aliqd connotet ultra subiectū. Et conuertibiliter: nam omnis homo: est susceptiū disciplinæ, & omne susceptiū disciplinæ est homo: homo autē est descriptū: quia est dicibile p̃ descriptionē explicatum: cū quo ipsa descriptio explicans cōuertitur. Nā si quæritur, quid est homo: rectè respondeat, est animal disciplinæ susceptiū.

¶ De interpretatione autē sumatur exemplum, ut in libro prædicabilium, prædicabile est interpretatio, & uniuersale in interpretatum: cum dicimus uniuersale, prædicabile, idem. Nā prædicabile, est noīs minus notū p̃ nomen magis notum explicatio: id est, est nomen magis notū explicans conuertibiliter nomē minus notū. Nā omne uniuersale, est prædicabile: & omne prædicabile est uniuersale. At uerò uniuersale, est nomē minus notū explicatum cōuertibiliter p̃ nomē magis notū: ergo per diffinitionem est interpretatū. Nam explicans nomē & manifestius, dicitur interpretatio: nomen uerò explicatum & declaratum, dicitur interpretatū. Sic prædicabile, terminus cōmunis, idē. Terminus singularis, indiuiduū, idem. Terminus, propositionis extremum, idem, & ita in cæteris.

¶ Totū in quātitate, est terminus cōmunis p̃ signū uniuersale sibi adiunctū & non impeditū, uniuersaliter sumptus: ut omne animal sentit: ibi animal ut mediante signo

uniuersali omnis, uniuersaliter sumitur: est totū in quantitate, & remoto signo uniuersali, ut aīa sentit, amplius nō est totū in quāitate. Cōcha autē spōgia & ostrea sunt partes in quantitate animalis: quia sunt minus cōmunia sub toto in quantitate prius dato sumpta. ¶ De toto uniuersali in unoquoq; predicamento potest sumi exemplū. In substantia, ut aīa est totū uniuersale, quia est superius ad hominē, equū, asinū: quæ sunt partes totius uniuersalis, cū sint inferiora siue partes eius subiectiuæ. In quantitate, ut numer⁹ est totū uniuersale ad sua inferiora: quæ sunt binarius, ternarius, quaternarius. Et sicut idē ad diuersa sumptum, est superius & inferius: ita idē respectu diuersorū est totū uniuersale & pars, ut animal ad hominem totum uniuersale: & ad corpus animatum, pars totius uniuersalis. ¶ Totū in modo, est terminus sumpt⁹ sine determinatione: in cōparatione ad seipsum sumptū cū determinatione nō diminuēte. Pars uerò in modo cōtra, est terminus sumptus cū determinatione nō diminuēte: in cōparatione ad seipsum sumptū sine huiusmodi determinatione, ut animal est totum in modo: animal sanū & animal ægrū sunt suæ partes in modo: & determinationes sanū & ægrū, sunt nō diminuētes ad animal: nā animal uniuersaliter uerificatur de toto aggregato ex determinatione & determinabili: oē enim animal sanū, est animal: & omne animal ægrū, est animal. Quod si totum nō uerificatur uniuersaliter de toto aggregato ex seipso & determinatione, illa determinatio est diminuēs, ut mortuū & pictum ad hominē: ista em̄ non est uera: omnis hō mortuus est homo: omnis homo pictus est homo. ¶ Totum integrale, est quicquid habet partes integrales: & pars integralis est ex quo totum integratur & secundum dimensionem constat, ut homo totum est integrale, cuius partes sunt, caput, cor, manus, brachia. Ita domus est totum integrale: cuius partes sunt, paries, tectū, fundamentū. Partes autē integrales principales hominis sunt, caput humanū, cor humanū: nā sine illis, homo esse nō potest. Minus uerò principales sunt digiti, manus, pedes: nā sine illis homo esse potest. Ita partes

principales domus, sunt fundamentū & parietes: cū sine illis domus esse nō possit. Minus uerò principales sunt, sera, lateres, cancelli: sine quibus domus esse potest.

## F A B E R.

¶ *Causa*, est ad cuius esse sequitur aliud.

*Causa necessaria*, est sine qua effectus esse non potest.

*Causa sufficiens*, est qua existente, effectū nō esse est impossibile.

*Causa materialis*, est ex qua cū forma fit aliquid.

*Causa formalis*, est per quam aliquid fit.

*Causa efficiens*, est à qua aliquid fit.

*Causa finalis*, est gratia cuius aliquid fit.

*Effectus* est quod ad causam sequitur. Id ad causam sequit̄, quod ex aliquo, per aliqd, ab aliquo, aut alicuius gratia fit.

¶ *Generatio*, est rei productio. *Corruptio*, est rei desitio. *Genitū*, est aliquid pductū. *Corruptū*, est quod desinit esse.

¶ *Vsus*, est rei operatio. *Vsatum*, est id cuius est vsus.

¶ *Communiter accidentia*, sunt quorum unum semper sequitur ad alterum.

## CLICHTOUEVS.

¶ In diffinitione causæ nō fit mētio de sequela termini ad terminū, aut propositionem ad propositionem, sed rei ad rē. Nā ad esse causæ, sequitur effectus, cū uel ex ea, uel per eā, uel ab ea, uel eius gratia fiat effectus: ut ferrum, est causa cultelli ferrei; anima rationalis, hominis; ædificator, ipsius domus: & sanitas, ipsius ambulationis. ¶ Et duplex est causa; scilicet necessaria & sufficiens. Necessaria quidem, ut lux ipsius luminis, & fundamentum ipsius domus. Nā sine luce nō potest esse lumen, neq; sine fundamento ipsa domus. Sufficiens uerò: ut ignis, est causa sufficiens caliditatis igneæ; & iugulatio, mortis, nā existente igne, eius caliditatem nō existere est impossibile. Siquis dem impossibile est ignem non esse calidum. Similiter si sit iugulatio, non esse mortem impossibile est: cum impossibile sit iugulatum non interire. Et per analogiam

oppositi, diffinienda est causa non necessaria, & causa non sufficiens: negatio enim per affirmationem cognoscitur. ¶ Et comparando hæc quatuor membra adinuicem: aliqua causa necessaria est sufficiens, ut lux luminis, & ignis sui caloris. Aliqua causa necessaria non est sufficiens, ut fundamentum ipsius domus, & corpus hominis. Aliqua non necessaria est sufficiens, ut iugulatio, interit<sup>9</sup>. Aliqua non necessaria non est sufficiens, ut digitus hominis, fera ipsi<sup>9</sup> domus. Contrà uerò, aliqua causa sufficiens est necessaria, ut ignis sui caloris, & sol sui luminis. Aliqua sufficiens non est necessaria, ut iugulatio interit<sup>9</sup>: nã sine iugulatione potest esse interitus, ut strangulatione, submersione. Aliqua non sufficiens est necessaria, ut ferrum cultelli ferri rei. Aliqua non sufficiens non est necessaria, ut digitus hominis & fera domus, ut subiecta monstrat formula.

i	i	e	a	Causa neces.
i	i	a	e	Nõ necessa.
e	a	i	i	Sufficiens.
a	e	i	i	Nõ sufficiens.

Nõ suffici. | Suffici. | Nõ neces. | Causa neces.

¶ Præcedens figura, sexdecim propositiones cõplectitur: quarum subiecta sunt termini à sursum in deorsum porrecti. Primus quidem scilicet causa necessaria quatuor primarum: secundus, quatuor sequentium, & similiter tertius, aliarum quatuor: & denique quartus quatuor posterarum. Et comparantur eorum singuli ad quoslibet quatuor terminorum à sinistro in dextrum protensori, qui sunt prædicata: primus quidem primæ propositionis: secundus secundæ, tertius tertiæ, & quartus quartæ respectu eiusdem subiecti. Vocales autem in quolibet limite collocatæ, propositionum à sinistro extremis (quæ suo limiti respondent) compositarum qualitatem & quantitatem designant, ut a, uniuersalem affirmatiuam, e uniuersalem negatiuam, & i particularem affirmatiuam quæ suam comparatur subcontrariam. Et quandocumque plura adinuicem comparanda occurrunt: simili ratione eorum habitudine secundum prædicationem inuestigari potest. ¶ Diffi-

nitur deinde causa materialis ex qua, tam rei naturalis quam artificialis: ut corpus hominis est materia ex qua: quia ex corpore hominis cum forma substantiali, scilicet anima rationali, fit aliquid, scilicet homo qui est res naturalis: quare corpus hominis est materia rei naturalis. Similiter æs, est causa ex qua cum forma artificiali, scilicet statuæ fit aliquid, scilicet res artificialis quæ est statua ærea, quare æs, est materia ex qua rei artificialis. Est autem res artificialis, quæ per artem: naturalis uerò, quæ fit per naturam: ut flos, equus, homo. ¶ Causa formalis, est per quam aliquid fit: siue simpliciter, si sit substantialis, siue secundum quid, si sit accidentalis: ut anima rationalis, est causa per quam homo fit, & habet esse substantiale: quare est forma & quidem substantialis. Similiter caliditas, est per quam aliquid fit calidum, & habet esse accidentale, puta esse calidum: ergo caliditas est forma, sed accidentalis calidum: & uniuersaliter omne abstractum sui concreti. ¶ Causa efficiens, est à qua aliquid fit, siue à causa prima & præcipua: siue secunda & adminicularia: ut domifactor, est à quo ut agere præcipuo fit domus: quare est causa efficiens. Similiter pes, est à quo, ut instrumento adminiculario fit ambulatio: quare pes, est causa efficiens ambulationis. ¶ Causa uerò finalis, est gratia cuius aliquid fit, siue ultimate, siue non ultimate: ut felicitas, est gratia cui<sup>9</sup>, ut finis ultimati, acquiritur uirtuti: non enim ordinatur felicitas ad aliquid ulterius in hoc mundo agendum. Est ergo felicitas causa finalis ultimata uirtutis. Similiter sanitas est gratia cuius fit ambulatio: & ultra, sanitas ordinatur ad officia uirtutum exercenda, quæ per ægritudinem impediuntur: quare sanitas est causa finalis non ultimata ambulationis post cibum. ¶ Deinde diffinitur effectus, quod est quod ad causam sequitur: ut statua ærea sequitur ad æs, quia fit ex ære: eadem sequitur ad figuram statuæ, quia per eam fit: eadem sequitur ad statuarium, quia fit à statuario: eadem sequitur ad representationem exemplaris, quia fit gratia huiusmodi representationis. Per primam ergo particulam eius, quod est ad causam sequi, tangitur effectus materiæ: ut homo fit ex suo corpore. Per secundam effectus formæ: ut homo fit per animam

rationalem. Per tertiã effectus efficientis: ut hõ sit ab homine. Per quartã effectus finis: ut homo sit gratia felicitatis. Diuiditur etiã effectus in effectũ causæ necessariæ, & effectũ causæ sufficiens per analogiam relatiuè oppositorum. ¶ Generatio, hic cõmuniorẽ habet rationẽ, quã in libro prædicamentorũ habuerit. Illic em̃ generatio difinita est, quod est substantiæ acquisitio: hic uerò est rei (siue substantia sit siue accidens) productio: ut sciẽtiæ p̃ studium consecutio generatio est: & sciẽtia, genitum. Virtutis per operationes cõparatio gñatio est, uirtus autem genitũ, quia est aliquid productum, id est acquisitũ. Quare generatio & acquisitio, idem sunt. Sic corruptio cõmuniori quã in prædicamentis ratione, est rei (siue substantia sit, siue accidens) desitio: ut operationum uirtutis omisitio, est uirtutis desitio: & eorũ quæ prius scita sunt obliuio, est sciẽtiæ corruptio. ¶ Usus autẽ, est rei operatio, ad quam res suapte natura uel per artẽ ordinata est. Nihil em̃ in tota rerum uniuersitate otiosum: sed oĩa ab autore mundi sapientissimo ad aliquam operationem ordinata sunt: ut ne minimum quidem sit accidens, quod suo uacet officio. Caliditas siquidem est ad calefaciendum, ergo calefactio usus est, & caliditas usitatum, lux est ad illuminandum; quare lux est usitatum, & illuminatio usus eius. Nauis usus, est nauigatio: currus, uectio: & equi, equitatio. ¶ De communiter accidentibus, ut ferre fructum, semper sequitur ad florere; non enim producit arbor fructum quæ prius non floruerit: quare florere & fructum afferre, sunt communiter accidentia. Sic nubem densari in aere semper sequitur ad uapores esse eleuatos, & pluuia semper sequitur ad nubem: non quia si prius fuerit, necesse sit posterius fore, sed quia si posterius fuerit, necesse est prius fuisse: non enim semper si arbor floruerit necesse est eam afferre fructum, sed si fructum etiam attulerit, necesse est eam floruisse. Quare sic intelligitur diffinitio. Communiter accidentia, sunt quorum unum scilicet posterius tempore, semper sequitur, non logicè, sed realiter ad alterum scilicet prius tempore.

- ¶ Relatiua, priuatiua, contraria, contradictoria, ex prædicamentis sunt cognita.
- ¶ Repugnantia, sunt quæ de se inuicem uniuersaliter uerè negantur.
- ¶ Sunt & quæ de se inuicem verificari non possunt. Repugnantia, extranea, disparata.
- ¶ Maius, est quod habet maiorem ueritatis apparentiam.
- ¶ Minus, est quod habet minorem suæ ueritatis apparentiam.
- ¶ Simile, est quod habet similem suæ ueritatis apparentiam.
- ¶ Autor, est quicumq; in aliqua sciẽtia expertus est.
- ¶ Autoritas, est auctoris dictum & bene & uerè assertũ.
- ¶ Transumptio, est nominis metaphoricè sumpti, per proprium uocabulum explicatio.
- ¶ Transmutata proportio, est quando quatuor terminorũ primus ad secundum sicut tertius ad quartum: & concludimus ut primus ad tertium, ita secundus ad quartum se habet.
- ¶ Termini, sunt numeri & magnitudines.
- ¶ Coniugata, sunt adinuicem denominans & denominatum.
- ¶ Denominans & denominatum, abstractum & concretum.
- ¶ Casus sunt sua aduerbia.
- ¶ Diuisio est termini cõmunioris in terminos minus cõmunes distributio. Distributio, Partitio. Arguitur à diffinitione ad diffinitum quando argumentationis diffinitio est terminus inferens: & diffinitum est terminus illatus. Locus dicitur teneri constructiue, quando argumens



*sum concludit affirmatiue: & destructiue quando argu-  
mentum concludit negatiue.*

*In argumentis, terminus inferens & terminus illatus  
teneri debent significatiue.*

## CLICHTOVEVS.

**¶** De dicibilibus oppositis & eorum rationibus, in post  
prædicamenti sufficiens facta est determinatio. **¶** Res  
14 pugnantiæ sunt quæ cum nullo oppositorum modo sint  
opposita, de seiuicem uniuersaliter uerè negant: ut hō  
& lapis: nullus em homo lapis est, & null<sup>9</sup> lapis est hō.  
Diffiniuntur secūdo, quò sunt quæ de seiuicem uerificari  
non possunt: quod intelligendum est mediāte copula de  
præsenti. Nam mediāte copula de præterito aut futuro,  
bene aliqua disparata de seiuicem uerificantur: ut stans  
fuit sedens, uerum erit falsum: tñ nullum stans est sedens,  
neq; ullum uerū est falsum: & hñ oī dicibilia habentia ra-  
tiones repugnantes quæ nō possunt eidē cōuenire simul,  
sed bene successiue. Aliqua uerò sunt significantia res se-  
cundum substantiā repugnantes & natura rei, quæ neq;  
simul neq; successiue eidē cōuenire possunt: & illa secun-  
dum nullā uerbi copulā de seiuicem uerificant: ut homo  
& lapis. Repugnantia dicibilia, extranea dicibilia, dispa-  
rata dicibilia, idem significāt. **¶** Maius, est hoc in loco p-  
positio quæ maiorē habet ueritatis apparentiā quàm al-  
tera: ut Sortes potest portare decem pondera, habet ma-  
iorem ueritatis apparentiam, quàm quòd posset portare  
uiginti. Et ista, hō est disciplinabilis, habet maiorē uerita-  
tis apparentiā quàm ista, equus est disciplinabilis: & ergo  
hæc, hō est disciplinabilis, est maior: & hæc, equus est di-  
sciplinabilis, est minus. **¶** Sic minus, est propositio quæ  
minorē habet ueritatis apparentiā quàm altera: ut minus  
uidetur quòd brutū sit futurorū prouidū, quàm homo.  
**¶** Simile, est propositio quæ simile habet ueritatis appa-  
rentiā cum altera: ut quòd hō sit corruptibilis, & quòd  
brutū sit corruptibile. Nam & hō ex materia cōponitur  
& quæ sicut brutū, similiter si equus est irrationalis, &  
asinus. Non enim est maior ratio de uno quàm de altero:

quare illarū duarum propositionū utraq; ad alterā est s-  
mile. **¶** Autor aut, est ille qui aliquā scientiā rectè calleat:  
& eam aut inuenit, aut scriptis ampliorē reddidit: ut Ari-  
stoteles, in logica, ethica, physica, & metaphysica. Eucli-  
des, in geometria. Iordanus, in arithmetica. **¶** Autoritas  
aut, est dictū & sententiā auctoris, & bene & uerè asserta:  
ut decem esse prædicamenta: Omnem scientiam demon-  
stratione acquiri, est Aristotelis autoritas. **¶** De trans-  
sumptione exemplum: ut mulier casta uocat turtur, hoc  
est, pudica. Ibi nomē turtur, metaphorice & translatiue  
sumptū, explicatur per propriū uocabulū, ad quod signi-  
ficandū transsumitur. Sic homo uaser dicitur uulpes, id  
est astutus. Ignauus autē & iners dicitur ursus. Gloria  
bundus autem & sibi placens, dicitur pauo. **¶** Pro trās  
mutata proportionē (quæ primo in numeris, deinde in  
magnitudinibus reperitur gratia numerorum) denotat qua-  
tuor numeri, primus 1 2, secundus 6, tertius 8, quart<sup>9</sup>, 4.  
Sicut se habet 1 2 ad 6, primus ad secundum: ita se habet 8 ad  
4, tertius ad quartū: nā utrobicq; est proportio dupla. Et  
inde cōcludimus quòd sic ut se habet 1 2 ad 8, primus ad  
tertium: ita se habet 6 ad 4, secundus ad quartū, quia utro-  
bicq; est p portio sesquialtera. Ibi est transmutata propor-  
tio, quia trāsmutant termini primæ pportionalitatis in  
secūda. Nā in prima proportiōe primæ pportionalitatis,  
cōparat primus ad secundū. In prima secūda primus ad  
tertium. Similiter in secūda pportione, primæ pportional-  
itatis, cōparatur tertius ad quartū: in secūda autē secūda,  
secundus ad quartū: & sic secūda primæ, fit tertius secu-  
da, & ecōtra, tertius primæ fit secundus secūda. Proportio-  
nalitatem em uoco duarū adinuicē proportionū cōpara-  
tionē. Proportio aut, est numeri ad numerū comparatio:  
cuius extrema siue termini sunt numeri q; adinuicē cōpa-  
rant & denominatiōe numerorum cetera ut magnitudi-  
nes, qualitates, & motus. **¶** Cōiugata, sunt abstractum  
& suū cōcretū, ut albus & albedo: calidus & caliditas.  
Est em caliditas denominās & substantiuum: calidū uerò  
denominatiuū & adiectiuum ab eo formatū. Casus aut,  
sunt aduerbia à coniugatis formata: ut à fortis fortiter,

à liberalis liberaliter, à iustus iuste. ¶ Diuisio, hic eodẽ modo sumitur ut in arte diuisionum diuisio logicalis dis̄ finita est, quare ex eo loco: istius diffinitionis intelligentia & reliquorum membrorum diffinitiones quærendæ sunt: ut hic est diuisio, Animalium, aliud sanum, aliud ægrum. Corporum, aliud album, aliud nigrũ, aliud medio colore coloratum: quare isti termini, diuisio, distributio, & partitio hic logicè sumunt. ¶ Loci aut edialectici omnes, sumũt nomen & denominationem à termino inferente, & non à termino illato, ut cum diffinitio est terminus inferens: uocatur locus à diffinitione. Cum uerò diffinitum est terminus inferens: uocatur locus à diffinito. Ita cum genus ponitur in antecedente, dicitur argumentum à toto uniuersali ad suam partem: cum uerò pars ponitur in antecedente: uocatur argumentatio à parte subiectiua ad suum totum. Locus autem dicitur teneri constructiue, quando argumentationis consequens est constructiuum & affirmatiuum, siue antecedens sit affirmatiuum ut animal rationale est natum ad uirtutes, ergo homo est natus ad uirtutes: siue negatiuum, ut homo non est sanus, ergo homo est æger. Destructiue uerò dicitur teneri locus, quando argumentum concludit negatiue siue antecedens est affirmatiuum, ut homo est sanus, ergo non est æger. Siue negatiuum, ut nullum animal est insensibile, ergo homo non est insensibilis. ¶ Sequens autem regula, intelligitur de argumentis quorumcunq; locorum dialecticorum siue intrinsecorum, siue extrinsecorum, siue mediorum, ut non rectè argumentum fit hoc modo. Animal rationale est oratio, ergo homo est oratio. Animal rationale est diffinitio, ergo homo est diffinitio. homo est imcomplexum, ergo animal rationale est imcomplexum. homo est species specialissima, ergo animal rationale est species specialissima: quia terminus inferens & terminus illatus tenentur materialiter. Potest tamen terminus communicans materialiter poni: ut homo est species, ergo homo est prædicabile. terminus homo communicans materialiter accipitur: sed terminus inferens & terminus illatus significatiue.

Maximæ

## Maximæ Locorum.

FABER.

¶ Quicquid conuenit, aut disconuenit diffinitioni, descriptioni, aut interpretationi: consimiliter conuenit, aut disconuenit diffinito, descripto, aut interpretato, & eodẽ. Conuenire alicui, est subiuciendo, vel predicando de alio quo affirmatiue verificari. Disconuenire alicui, est subiuciendo, aut predicando de aliquo uerè negari. Conuenire & attribui, idem. Synonymum & æquiualeus sub interpretatione continetur. Hos tres locos autores sepe confundunt: eiusmodi argumenta omnia à diffinitione nominantes.

## CLICHTOVS.

¶ Prima maximarum, respondet loco à diffinitione, descriptione, & interpretatione. Item loco, à diffinito, à descripto, ab interpretato: quare ex ea sex maxime speciales deduci possunt: & penes unamquãq; fieri duo argumenta, unum subiuciendo terminũ inferentẽ & illatũ: alterũ predicando: quare uniuscuiusq; loci erunt quatuor argumenta, duo affirmatiua, & duo negatiua. Trium ergo locorum, erunt duodecim argumenta, & ipsorum etiam conuersorum totidem. Erũt igitur uigintiquatuor arguendi rationes per hanc maximam sumptæ. Pro loco à diffinitione, primum argumentum affirmatiue subiuciendo. Corpus animatum sensibile est tangens: ergo animal est tangens. Maxima. Quicquid uerificatur de diffinitione: & de diffinito. ¶ Secundũ affirmatiue prædicando. Cõcha, est corpus animatum sensibile: ergo cõcha est aial. Maxima. De quocunq; uerificatur diffinitio: & diffinitũ. Maxima generalis ad prædicta duo argumenta. Quicquid conuenit diffinitioni: & diffinito. ¶ Tertium negatiue subiuciendo. Corpus animatũ sensibile nõ est inanimatũ, ergo aial nõ est inanimatũ. Maxima. Quicquid remouet à diffinitione, & à diffinito. ¶ Quartũ negatiue prædicando. Mundus

nō est corpus animatū sensibile: ergo mūdus nō est aīal, Maxima. A quocūq; remouet diffinitio: & diffinitū. Maxima gñalis ad duo postrema argumēta. Quicqd dīfōne nit diffinitioni: & diffinito. ¶ Similiter in loco à descriptione sumuntur quatuor argumēta. Primū affirmatiuē subijciēdo. Aīal susceptiuū disciplinæ intelligit, ergo hō intelligit. Maxima. Quicqd uerificatur de descriptione: & de descripto. Secundū affirmatiuē prædicādo. Quicqd habet intellectuū est susceptiuū disciplinæ, ergo quicqd habet intellectuū, est hō. Maxima. De quocūq; uerificatur de scriptio, & descriptū. Maxima cōmunis. Quicqd cōuenit descriptioni: & descripto. Tertium negatiuē subijciēdo. animal susceptiuū disciplinæ nō est irrationale: ergo hō non est irrationalis. Maxima. Quicqd remouetur à descriptione: & à descripto. Quartum negatiuē prædicādo. Brutū non est aīal susceptiuū disciplinæ: ergo brutum non est hō. Maxima. A quocūq; remouetur descriptio, & descriptū. Maxima cōmunis. Quicquid disconuenit descriptioni: & descripto. ¶ Quatuor itidem in loco ab interpretatiōe sunt argumēta. Primum affirmatiuē subijciendo, ut amator sapientiæ est studiosus: ergo philosophus est studiosus. Maxima. Quicquid uerificatur de interpretatione: & de interpretato. Secundū. Affirmatiuē prædicādo, ut Aristoteles est amator sapientiæ, ergo Aristoteles est philosophus. Maxima. De quocūq; uerificatur interpretatio, & interpretatum. Maxima cōmunis. Quicquid cōuenit interpretationi: & interpretato. Tertium. Negatiuē subijciendo: ut amator sapientiæ nō est inuidus, ergo philosophus non est inuidus. Maxima. Quicquid remouetur ab interpretatione: & ab interpretato. Quartum negatiuē prædicādo: ut ignauus non est amator sapientiæ, ergo ignauus nō est philosophus. Maxima. A quocūq; remouetur interpretatio, & interpretatum. ¶ In loco autē à diffinito ad diffinitionē, quatuor similiter argumenta sūt. Primū affirmatiuē subijciēdo, ut aīal est tangēs: ergo corpus animatū sensibile est tāgens. Maxima. Quicqd uerificatur de diffinito: & de diffinitōe. Secundū affirmatiuē prædicādo: ut concha est aīal, ergo

concha est corpus animatū sensibile. Maxima. De quocūq; uerificatur diffinitū: de eodem & diffinitio. Maxima communis. Quicquid cōuenit diffinito, & diffinitioni. Tertium negatiuē subijciendo: ut aīal nō est inanimatū, ergo corpus animatū sensibile nō est inanimatū. Maxima. Quicquid remouet à diffinito: & diffinitione. Quartum negatiuē prædicādo: ut mundus nō est aīal, ergo mundus non est corpus animatū sensibile. Maxima. A quocūq; remouetur diffinitū & diffinitio. Maxima cōmunis. Quicqd disconuenit diffinito, & diffinitioni. ¶ Totidem in loco à descripto ad descriptionem, & similiter totidē in loco ab interpretato ad interpretationē sumuntur argumēta: quæ facile locis à descriptione & interpretatione sumuntur mutādo terminū inferentē in terminū illatū & ecōtra: & maximas idētidē cōuertendo. ¶ Unde cōuenire alicui, est de aliquo affirmatiuē uerificari, uel alteri uerē & affirmatiuē subijci: ut animal rationale habet intellectuū: uel econtra, habens intellectuū est aīal rationale: & extremū, habens intellectuū conuenit huic diffinitioni, animal rationale. Sic cōuenire diffinitioni, est de diffinitione uerē & affirmatiuē prædicari, aut ei uerē & affirmatiuē subijci. Ita conuenire diffinito, est de diffinito uerē & affirmatiuē prædicari, aut ipsi diffinito uerē & affirmatiuē subijci. Et ita de ceteris per analogiam. ¶ Disconuenire autem alicui, est de aliquo uerē & negatiuē prædicari, aut alicui uerē & negatiuē subijci: ut nullum aīal rationale est rationis expertus, aut ecōtra, nihil rationis expertus est animal rationale: dicibile rationis expertus disconuenit huic diffinitioni aīal rationale. Sic disconuenire diffinitioni, est de diffinitione uerē & negatiuē prædicari, aut ei uerē & negatiuē subijci. Et disconuenire diffinito, est de diffinito uerē & negatiuē prædicari, aut eidem uerē & negatiuē subijci. Et ita de ceteris per analogiam ex uniuersali diffinitione particularē colligendo, conuenire quidem & attribui, idem sunt: & denotare prædicationem affirmatiuam, ex opposito: disconuenire & remoueri idem sunt & denotare prædicationem negatiuam. ¶ Locus autem à synonymis sub loco ab interpretatiōe cōiunctur: ut ensis est acutus, ergo

gladius est acutus. Maxima. Quicquid uerificat de uno synonymorum: & de reliquo. Similiter miles habet enssem, ergo habet gladium. Maxima. De quocumque uerificat unum synonymum, & reliquum. Maxima communis. Quicquid attribuit uni synonymorum, & alteri synonymorum attribuetur. Negatiue uero sic, ensis non est lapis, ergo gladius non est lapis. Maxima. Quicquid negatur de uno synonymorum, & de altero negabitur. Et ita de reliquis arguendi modis formando maximas speciales de synonymis. Nam synonymorum unum interdum est notius, & est ut interpretatio: alterum uero minus notum, & est ut interpretatum. Sic æquiualentium unum interdum clarius est, & est ut interpretatio: alterum minus clarum, & est ut interpretatum. Quare etiam locus ab æquiualetibz (q ad probandum in disciplinis accommodatissimus est) comprehenditur sub loco ab interpretatio: ut equus est hinnibilis, ergo quidam equus est hinnibilis. Maxima. De æquivalentibus idem est iudicium. Item homo est brutum sunt animalia, ergo homo est animal, & brutum est animal. Similiter equus & asinus sentiunt, ergo utrumque ipsorum animalium sentit. Et ita de cæteris æquiualetibz in consequendo que sunt propositiones eiusdem ueritatis & falsitatis se mutuo consequentes. Nam de formaliter æquiualentibus, in arte enuntiationum determinatum est. Lo cum autem a diffinitione, descriptione, & interpretatione autores permiscue interdum nominant & non distincte ponunt; sed uocant illorum trium locorum argumenta a diffinitione; quia descriptio, a diffinitione haud multum differt. Interpretatio itidem uim diffinitionis in disciplinis obtinet, & conuenienter ad quaestiuum quid respondet: & ad aperiendam dictionis acceptionem sicut diffinitio & descriptio apte accommodat: ut quod uniuersale: conuenienter respondetur, est terminus communis, siue est prædicabile.

## FABER.

Quicquid attribuitur, aut remouetur a toto in quantitate: similiter attribuitur, aut remouetur a qualibet eius parte.

Quicquid attribuitur, aut remouetur a partibus totius

in quantitate simul sumptis, & ipsi toti attribuitur, aut ab eo remouetur.

Argumentum a partibus in quantitate simul sumptis, & inductio, idem. Argumentari a pluribus determinatis ad unam determinatam, impedit inductionem: & hoc intellige interdum de confusa tatum: ut quando inducitur ex parte prædicati.

Quicquid remouetur a toto uniuersali, & a qualibet eius parte. Remoueri, est uere & uniuersaliter negari.

Quicumque attribuitur pars totius uniuersalis, & eius totum, & a quo cum constantia eius remouetur pars, & particulariter eius totum.

Pars sumitur cum constantia eius, quando sumitur cum propositione de est secundo adiacente, in qua subiicitur aut in æquiualenti. & hæc constantia in uulgare propositionum requiritur consequentibus: non autem in iis que discipline sunt.

Magis commune sub toto uniuersali, & minus commune sub eius parte continetur.

## CLICHTOVS.

Pro loco a toto in quantitate, quatuor sunt arguendi formæ. Primo affirmatiue subiuciendo: ut omne animal sentit, ergo concha sentit. Maxima. Quicquid uerificat de toto in quantitate, & de qualibet eius parte. Secundo affirmatiue prædicando, non quidem ut totum prædicatum. Nam uniuersale uniuersaliter in prædicato sumi non est uerum, sed partem prædicati: ut uisus percipit omnes colores, ergo percipit albedinem. Maxima. De quocumque uerificat totum in quantitate, & qualibet eius pars. Maxima generalis. Quicquid attribuitur toti in quantitate, & qualibet eius parti. Tertio negatiue subiuciendo: ut nullum animal est insensibile, ergo concha non est insensibilis. Maxima. Quicquid negatur de toto in quantitate, & de qualibet eius parte.

Quarto negatiuè prædicãdo, ut auditus nõ p̄cipit colorẽ: ergo nõ p̄cipit albedinẽ: nullum aial est quãtitas: ergo nullũ aial est magnitudo, Maxima. De quocũq; negatur totũ in quãtitate: & quælibet eius pars, Maxima cõmunis. Quicquid remouet̃ a toto in quãtitate: similiter remouet̃ à qualibet eius parte. Neq; affirmatiuè arguẽdo in disciplinis à toto in quãtitate ad suã partẽ, ponẽda est constantia partis: licet id in sophismatibus obseruare necesse sit: cũ in disciplinis copula absoluatur à tempore. ¶ Loqus à partibus in quantitate ad suũ totum conformiter quatuor habet argumenta, primo affirmatiuè subijciendo, ut albedo uisu p̄cipitur, & nigredo uisu p̄cipitur, itis dẽ & fuscado: ergo ois color uisu p̄cipit. Maxima. Quicquid uerificat̃ de partibus in quãtitate simul sumptis, & de toto uerificabit̃. Secundo affirmatiuè prædicando: ut uisus percipit albedinẽ, nigredinẽ, fuscadinẽ, & ita de cæteris: ergo uisus oẽm percipit colorem. Maxima. De quocũq; uerificantur partẽs in quãtitate simul sumptæ, de eodẽ uerificatur & totũ in quãtitate. Maxima cõmunis. Quicquid attribuit̃ partibus in quãtitate simul sumptis, & ipsi toti attribuitur. Tertio negatiuè subijciendo: ut albedo nõ percipit̃ auditũ, neq; nigredo, neq; fuscado: ergo nullũ color p̄cipit̃ auditũ. Maxima. Quicquid negat̃ de partibus in quantitate simul sumptis, & de ipso toto. Quarto negatiuè prædicãdo: ut auditus non p̄cipit albedinẽ, neq; nigredinẽ, neq; fuscadinẽ: ergo nullum p̄cipit colorẽ. Maxima. De quocũq; negant̃ partes in quãtitate simul sumptæ, de eodẽ & totum negabit̃. Maxima cõmunis. Quicquid remouet̃ à partibus totius in quãtitate simul sumptis: & ab ipso toto remouet̃. Et huiusmodi argumentum à partibus ad totũ in quantitate est inductio. Nã est à singularibus sufficĩter enumeratis ad suũ uniuersale p̄gressio, ut manifestũ est. ¶ Argumentari autẽ à pluribus determinatis ad unam determinatam, est argumẽtari à termino frequẽter & in pluribus p̄positionibus accepto determinate in antecedente, ad eundẽ terminũ sumptũ determinate in consequente: ut caput habet Sortes, & caput habet Plato, & caput habet Petrus, & ita

de cæteris: ergo caput habet ois homo: quæ quidẽ indus falsum nõ ualet, cum eius antecedẽs sit uerum & cõsequẽs falsum. ¶ Interdum etiã argumẽtari à pluribus confusis tm̄ ad unam cõfusam tm̄ impedit inductio: ut quĩ terminus sumptus confusẽ tm̄ ponitur à parte subiecti: & inductio fit à parte prædicati, ut singularia in antecedente & uniuersale in consequente ponant̃ a parte prædicati, ut nõ sequit̃: semp homo hoc aial nõ est, & semp homo istud aial non est, & semp homo illud animal nõ est: ergo semp homo omne aial nõ est: nã antecedens est uerum: & consequẽs falsum, cũ eius contradictoria sit uera, aliquãdo ois homo animal est. Si uerò à parte subiecti fiat inductio: & terminus acceptus cõfusẽ tm̄ sit in prædicato, nõ impedit inductio: ut bene sequit̃, semp hic homo aial nõ est, & semp iste homo aial non est, & semp ille homo aial non est: ergo semp ois homo aial non est: & sicut antecedens est uerum, ita & cõsequens: cũ eius contradictoriũ, aliquando aliquis homo omne aial est, sit falsum. Arguere etiam a pluribus determinatis ad confusam tantũ: non impedit inductio, ut Sortes est animal, & Plato est animal, & Petrus est animal, ergo omnis homo est animal. Sed hæc ad disciplinas nullum habent momentum: idcirco in transcurso duntaxat transigenda sunt. ¶ A toto uniuersali ad suam partem, sumuntur duo argumenta. Primo negatiuè subijciendo, ut nullum animal est insensibile: ergo equus non est insensibilis. Maxima. Quicquid negatur de toto uniuersali: & de qualibet eius parte. Secundo negatiuè prædicando, ut nulla naturalis potentia est habitus: ergo nulla naturalis potentia est uirtus. Terminus non est oratio: ergo non est propositio. Maxima. De quocũq; negatur totum uniuersale: de eodem & quælibet eius pars. Vnde patet hũc locum solum negatiuè ualere, & in eo totum uniuersale debere sumi uniuersaliter. Nam à superiori particulariter sumpto ad suum inferius, non ualet consequentia. Et licet in his exemplis etiam sit argumentum à toto in quãtitate ad suam partem: tamen propter aliam & aliam rationem id euenit. Nam animal ad hominem, equum,

& alia sua inferiora, est totum in quantitate & totū uniuersale, propter diuersas rationes. Siquidem totum in quantitate dicitur, quatenus uniuersaliter sumptum ad illa sub eo sumpta cōparat. Totū uerō uniuersale: quia superius est ad ea, quāuis etiā nō sumatur uniuersaliter.

**¶** A parte uerō totius uniuersalis, affirmatiuē duo fiunt argumenta. Primo, subijciēdo: ut homo est rationalis, ergo aliquod animal est ratiōale. Maxima. Quicquid uerificatur de parte totius uniuersalis: & de ipso toto. Secundo, prædicando ut homo ambulat, ergo loco mouetur. Maxima. De quocunq; uerificatur pars totius uniuersalis: de eodē uerificatur eius totum. Maxima communis. Quicunq; attribuitur pars totius uniuersalis: & eius totū. Et debet totū uniuersale in hoc loco particulariter sumi. Nam ab inferiori ad superius uniuersaliter sumptū, nō ualet cōsequētia. Negatiue autem in hoc loco etiā duo sumuntur argumenta. Primo ponendo partem & totum in subiecto: cū cōstantia tamen partis subiectiux, ut homo nō est irratiōalis & homo est: ergo aliquod animal nō est irratiōale. Maxima. Quicquid negat de parte totius uniuersalis cum eius constantia: etiā particulariter negatur de eius toto. Secūdo ponēdo partē & totū in prædicato: ut uisus sonum non percipit, & sonus est: ergo uisus non omne sensibile percipit. Maxima. De quocunq; negatur pars totius uniuersalis cū constantia sumpta: de eodē particulariter negatur & totum. Maxima cōmunis. A quocunq; cū cōstantia eius remouetur pars: & particulariter eius totū. Ex opposito autē cōsequētis arguēdo proceditur affirmatiuē à toto uniuersali uniuersaliter sumpto cū constantia partis ad eius partem: quod quidē argumētū prius in loco à toto in quantitate ad suā partē explicatum est. **¶** Pars autem subiectiua sumitur cū cōstantia: quādo sumitur cū propositione cōstantiæ. Est enim propositio cōstantiæ, propositio posita p cōiūctionē copulatiuā in antecedēte, in qua uerbū substantiuū secūdū adiacens affirmat de termino cui⁹ ponit cōstantia, ut hoc pacto arguēdo, equ⁹ nō ambulat, & equ⁹ est: ergo aliquod aīal nō ambulat; propositio, equus est, est propo-

sitio cōstantiæ, id est explicās cōstantiæ: & equus, est pars cuius ponitur cōstantia: hoc est eius significatū in præsentitēpore esse. Quare in cōsequētis doctrinalibus minime requiritur cōstantia: quia in eis copula absoluitur à tēpore, neq; opus est in illis ponere in præsentitēpore esse. Argumētādo igitur ab inferiori ad superius negatiuē, aut à superiori ad inferius affirmatiuē, sicut in loco à toto in quantitate ostēsum est: siue à negatiua ad affirmatiuā, nō debet unquā cōstantia in disciplinis poni. Aufert enim illa pulchritudinē & decorē argumētationi: ostēditq; lapsū mētis ad phantasiā tēporis: indicūq; est nō recte intelligentiæ circa disciplinas. In uulgariū autem propositionū cōsequētis requiritur cōstantia: quia in illis solū copula præsens pro tēpore præsentitē accipit, & termini secūdū suppositionē accidentālē. Modo cōstantia illa est accidentālīs suppositionis indicū atq; fulcimentū. Relinquitur ergo cōstantia sophismatib⁹, & disciplinis nō permisceatur. **¶** Magis cōmune, est quod plura significat, rationemq; habet generaliorē: quāuis etiā nō sit superius siue genus. Minus cōe, quod pauciora significat, & rōnem habet specialiorē: quāuis nō sit inferius recti lineū, ut nutriri, est magis cōe ad aīal, licet sit accidēs: & sentire ad hōiem: locus autē à magis cōmuni ad minus cōe, continē sub loco à toto uniuersali ad suā partē: ut cælū nō nutritur, ergo nō est aīal. Cōtra uerō, locus à minus cōmuni ad magis cōmune, cōtinetur sub loco à pte totius uniuersalis ad suū totū: ut ostrea sunt animalia: igitur ipsa nutritur. Cū autē in uulgariis propositionibus magis restrictū sit minus cōe: & minus restrictū magis cōmune: similiter nō amplū minus cōe & amplū magis cōe, argumētatiōes à minus restricto ad magis, & ab amplo ad nō amplum & ecōtra, fiunt per istum locum. In disciplinis autem, cū totum distinctum sit magis cōmune, & alterutra pars distincti minus cōmune: locus à parte distincti ad totum distinctum (qui doctrinalis est) comprehenditur sub loco à parte subiectiua ad suū totū, ut binarius est par: ergo est par uel impar: homo est rationalis: ergo est rationalis uel rationis expertus.

¶ **Q**uocumque remouetur totum in modo: & eius pars.

¶ **C**uiusque attribuitur pars in modo: & eius totum.

¶ **S**i est totum integrale: & pars principalis.

¶ **S**i non est pars principalis: neque est eius totum.

¶ **S**i non est causa necessaria: neque est eius effectus.

¶ **P**osito effectus: ponitur & eius causa necessaria.

¶ **P**osita causa sufficiente: ponitur & eius effectus.

¶ **S**i non est effectus, neque eius causa sufficiens.

¶ **P**osita causa sufficiente, effectus qui est, fuit, erit, aut potest esse respiciente: ponendus est eius effectus esse, fuisse, fore, aut posse esse.

¶ **C**uius finis bonus est: ipsum quoque bonum est.

Et cuius finis malus: & eius effectus malus est: & e contra.

Bonum est triplex. Vtlibet alicui ad utilitatem cedit: delectabile, quod efficit voluptatem atque delectationem: & honestum, quod est bonum animam perficiens.

## CLICHTOVEVS.

26 ¶ **T**otum in modo sequitur analogiam totius uniuersalis: & eodem modo sumuntur argumenta a toto in modo sicut a toto uniuersali. scilicet negatiue, & sumendo totum in modo uniuersaliter: primo quod subiicendo, ut nulla uox percipitur uisu: ergo nulla uox significatiua percipitur uisu. Maxima. Quicquid negatur de toto in modo: & de qua libet eius parte. Secundo predicando, ut mundus non est aial: ergo non est aial rationale. Maxima. De quocumque negatur totum in modo: & quolibet eius pars. Maxima generalis. A quocumque remouetur totum in modo: & eius pars. Sed pars in modo, sequitur naturam partis totius uniuersalis: & consimiliter utriusque sunt argumenta: scilicet a parte in modo affirmatiue, & sumendo particulariter totum: & id bifariam. primo subiicendo, ut aial rationale est susceptiuum disciplinarum, ergo & aial. Maxima. Quicquid uerificatur de parte in modo: & de eius toto, secundo predicando, ut homo est aial susceptiuum disciplinarum:

ergo est animal. Maxima. De quocumque uerificatur pars in modo, & eius totum. Etiam negatiue fit argumentum a parte in modo sumpta cum constantia ad eius totum particulariter sumptum, primo subiicendo, ut aial irrationale non suscipit disciplinam, & aial irrationale est: ergo aliquod aial non suscipit disciplinam. Maxima. Quicquid negatur de parte in modo sumpta cum constantia, negatur & de eius toto particulariter sumpto, secundo predicando, ut homo non est aial irrationale: non igitur homo omnino est aial. Maxima. De quocumque negatur pars in modo sumpta cum constantia: de eodem particulariter negatur & totum. Sed ubi doctrinaliter agitur, omittenda est constantia. Et ex opposito consequens arguendum est affirmatiue a toto in modo uniuersaliter sumpto ad eius partem, ut omne animal sentit, ergo omnino animal rationale sentit. Omnis propositio est oratio: ergo omnis propositio uera est oratio: quod quidem argumentum simile est argumento a toto in modo quantitate ad suam partem. Et si ipsum fiat in uulgaribus, accidentariis propositionibus: constantia partis, in antecedente exprimens da est. Si uero in doctrinalibus pretermittenda. ¶ **A** toto integrali ad suam partem integram principalem arguendum est affirmatiue in propositionibus de secundo adiacente, ut homo est, ergo caput hominis est: domus est, ergo fundamentum eius est. Maxima. Si est totum integrale & eius pars principalis: ad partem autem minus principalem non ualet arguendum. Ex opposito consequens a parte integrali principali ad eius totum, arguendum est negatiue: & in propositionibus etiam de secundo adiacente: ut non est caput hominis: ergo non est homo: non est fundamentum domus, ergo non est domus. A parte uero minus principali ita dem non ualet. Affirmatiue autem a parte principali ad suum totum non ualet consequentia, ut non sequitur, fundamentum domus est, ergo domus est: similiter negatiue a toto ad partem principalem non ualet, ut non sequitur: non est domus, ergo non est fundamentum domus. ¶ **A** causa necessaria siue materiali, siue formali, siue efficiente, siue finali ad suum effectum, arguendum est negatiue & in propositionibus de secundo adiacente, ut non est ferrum, ergo

nō est cultellus ferreus. Maxima, Si nō est causa necessaria, neq; eius effectus. Affirmatiuē aut nō sequitur: ferrū est, ergo cultellus ferreus est. Ex opposito consequentis ab effectu causæ necessariæ, arguendū est affirmatiuē, ut cultellus ferreus est, ergo ferrū est. Maxia. Posito effectu, ponit & ei<sup>9</sup> causa necessaria. Negatiuē aut nō ualet. Cultellus ferreus nō est, ergo ferrū nō est. ¶ A causa uerō sufficienti cuiuscūq; generis ad eius effectum affirmatiuē arguendū est, & in ppositiōibus de secūdo adiacēte, ut lux solis est, ergo lumē eius est. Maxia. Posita causa sufficiente: ponit & ei<sup>9</sup> effect<sup>9</sup>. Negatiuē aut nō semp ualet, ut nō sequitur, nō est iugulatio, ergo nō est interitus: q̄a potest aliunde esse interitus quā ex iugulatione. Ex opposito: ab effectu ad causam sufficientē negatiuē arguendū est, ut nō est lumē solis, ergo nō est lux solis. Maxima. Si nō est effectus: neq; eius causa sufficientis. Affirmatiuē aut nō ualet semp, ut nō sequit̄, est interitus, ergo est iugulatio: cū ex febre, aut morbo letali quisquā sine iugulatione interire possit. Et ex his maximis manifestū est quomodo arguendum est a causa necessaria & sufficiente ad suū effectū, & e contra. A causa necessaria nō sufficiente ad suū effectū & e contra. Et a causa sufficiente nō necessaria ad suū effectū & e contra: cōposita per simplicia cognoscēdo. ¶ Sequēs maxima, quatuor partes continet. Prima si ponat̄ causa sufficientis esse respiciens effectū qui est, ponendus est eius effectus esse, ut ignis, est: ergo calor ignis est, ergo hō est. secūda, si ponatur causa sufficientis esse respiciens effectū qui fuit: ponendus est eius effectus fuisse, ut felicitas est, igitur operatio secūdu uirtutē fuit: scientia est, ergo studiū sciētix fuit. tertia, si ponatur causa sufficientis esse respiciens effectum qui erit: ponendus est effectus fore, ut domificans est, ergo domus erit. Vapores eleuantur: ergo fient nubes. quarta, si ponatur causa sufficientis esse respiciens affectū qui pōt esse, ponēdus est eius effectus posse esse. Ut nubes sunt in aere: ergo potest esse pluuia. Domificator est, ergo domus potest esse. Et singulariū speciales maximæ ex hac generali trahuntur. Et cōsimiliter de esse

Et dicendum est per hanc maximam. Posito effectu causam necessariam quæ est, fuit, erit, uel potest esse respiciēte, ponenda est causa necessaria fuisse, esse, fore uel posse esse. ¶ In cæteris quidem causarum generibus, fit dūtaxat argumentum in propositionibus de secūdo adiacēte: in causa uerō finali, etiam fit in propositionibus de tertio adiacēte: penes ista prædicata bonum & malum: ut felicitas est bona, ergo uirtus est bona. similiter scientia est bona, ergo studium scientiæ est bonū. Maxima. Cuius finis bonus est: & ipsum quoq; bonum est. Et e contra, ab effectu ad causam. Similiter, homicidiū est malum: ergo insidix ad ipsum perpetrandum sunt mala. Adulterium est malum: ergo datio munerum ad illud cōmittendum, est mala. Maxima. Cuius finis malus est, ipsum quoq; malū est. Et nihil refert siue arguatur penes hunc locum in bono uili: quale est pecunia, domus, fundi, & cætera extreme bona, quæ possidentibus utilitatem afferunt, siue in delectabili, ut est pulchritudo hortorū, amicitias cāporum, formositas corporea & cætera quæ sensus demulcent & uoluptate afficiunt, siue in bono honesto, quod præcipuum est bonorum, quale est scientiā & cōtemplatio secundum eam: uirtus & secūdu uirtutem operatio, quæ animam perficiunt. Ex analogiā oppositi triplex est malum scilicet inutile, ut bonorum iactura: triste, ut agridudo: turpe, ut uitium.

## F A B E R.

- ¶ Cuius generatio bona est: & ipsum quoq; bonum est.  
 ¶ Quod non est bonum: neq; eius generatio bona est.  
 ¶ Cuius generatio est mala, & ipsum malum est.  
 ¶ Quod non est malum: neq; eius generatio mala.  
 ¶ Cuius corruptio est bona: ipsum est malum. Et cuius mala: ipsum est bonum.  
 ¶ Si corruptum non est malum: neq; eius corruptio bona.  
 Et si corruptum nō est bonum: neq; eius corruptio mala.  
 ¶ Cuius usus est bonus: & ipsum bonum est.  
 Et cuius usus malus: & ipsum malum.



¶ Quod non est bonum; neq; eius vsus bonus est.  
Et quod non est malum; neq; eius vsus malus.

¶ Communiter accidentium, posito posteriore, ponitur & prius; & remoto priore, remouetur & posterius.

## CLICHTOVBVS.

- 31 ¶ In loco à generatione, corruptione & usu, fit dītaxat argumentum penes ista prædicata bonum & malum, cōsimiliter capta in antecedente & consequēte. In loco quidem à generatione sic, assuefactio ad uirtutem est bona, ergo uirtus est bona. Maxima. Cuius generatio bona est: & ipsum quoq; bonū est. Ex opposito autem consequētis: uitium non est bonum, ergo assuefactio ad uitium nō est bona. Maxima. Quod non est bonum, neq; eius generatio bona est. In altero prædicato sic, assuefactio ad uitium est mala, ergo uitium est malum. Maxima. Cuius generatio est mala; & ipsum est malum. Ex opposito: uirtus non est mala, ergo assuefactio ad uirtutem non est mala. Maxima. Quod non est malū, neq; eius generatio mala. Sic à genito ad generationem affirmatiuē: & ex opposito negatiuē arguendo, quatuor sumuntur argumenta. Primum, uirtus est bona, ergo assuefactio ad uirtutē est bona. Maxima. Quod est bonū, & eius generatio bona. Secundum ex opposito: assuefactio ad uitium non est bona; ergo uitium non est bonum. Maxima. Cuius generatio non est bona; neq; genitum est bonum. Tertium. Vitium est malum, ergo assuefactio ad uitium est mala. Maxima. Quod est malum, & eius generatio mala. Quartū. Assuefactio ad uirtutem non est mala, ergo uirtus nō est mala. Maxima. Cuius generatio non est mala, & ipsum quoq; non est malum. ¶ In loco à corruptione antecedens & consequens prædicata habent opposita: & quatuor sumuntur argumenta à corruptione ad corruptum affirmatiuē & ex opposito negatiuē. Primum. Desuefactio à uitio est bona, ergo uitium est malum. Maxima. Cuius corruptio est bona, & ipsum est malum. Secundum ex opposito: uirtus non est mala, ergo desuefactio à uirtute

non est bona. Maxima. Si corruptum nō est malū, neq; eius corruptio bona. Tertium. Desuefactio à uirtute est mala, ergo uirtus est bona. Maxima. Cuius corruptio est mala, ipsum est bonū. Quartū ex opposito, uitium non est bonum, ergo desuefactio à uitio non est mala. Maxima. Si corruptum nō est bonum, neq; eius corruptio bona. Præter literā possent etiam sumi adhuc quatuor modi à corrupto ad corruptionē affirmatiuē, & ex opposito negatiuē, sicut in loco à generatione. ¶ In loco autē ab usu 32 simile est prædicatū in antecedente & consequēte sicut in loco à generatione. Et arguendo ab usu ad usitatū affirmatiuē, & ex opposito negatiuē, eius quatuor sūt argumenta. Primum. Studium scientiæ est bonū, ergo libri sunt boni. Maxima. Cuius usus est bonus, & ipsum est bonū. Secundū ex opposito: uenerum non est bonū, ergo uenerum nō est bonum; Maxima. Quod non est bonū, neq; eius usus bonus est. Tertium. Veneficiū est malum, ergo nenenū est malū. Maxima. Cuius usus malus est, & ipm malū est. Quartū ex opposito, ut libri nō sunt mali, ergo studium scientiæ nō est malū. Maxima. Quod nō est malum, neq; eius usus malus est. Similiter sumantur quatuor argumenta extra literam ab usitato ad usum affirmatiuē ex opposito negatiuē, ut in loco à generatione. ¶ In loco à cōmuniter accidentibus duo sunt argumenta. Primum. Arbor profert fructum, ergo floruit. Nubes sunt in aere; ergo uapores sunt eleuati. Maxima. Cōmuniter accidentium, posito posteriori, ponitur & prius. Contrā uerō non ualet. Nam posito priori, non est necesse poni posterius. Secundum ex opposito. Arbor non floruit, ergo nō profert fructum. Non sunt uapores eleuati, ergo nō sunt nubes. Maxima. Communiter accidentium remoto priore, remouetur & posterius, contrā autem non oportet remoto posteriore prius remoueri.

## F A B E R.

¶ Relatiua posita se ponunt, & perempta se perimunt.

¶ Relatiua dicuntur ad conuertentiam.

¶ Si alicui conuenit unum relatiuē oppositorum, simul

eidem & eodem modo non conuenit reliquum.

¶ Conueniret simul eidem & eodem modo: si verificaretur simul de eodem respectu eiusdem & in eodem genere cause. Esse in eodem simul, de eodē singulari verificari.

¶ Impossibile est priuatiua, contraria aut contradictoria simul esse in eodem.

¶ Cuicumque conuenit vnum priuatiue, contrarie, aut contradictorie oppositorum: non simul eidem conuenit & reliquum.

¶ A quocumq; remouetur vnum contrariorum immediatorum aut contradictoriorum cum constantia sui susceptibilis: eidem attribuitur & reliquum.

¶ Susceptibile contrariorum immediatorum, est ipsorum subiectum de quo disunctum ex ipsis vniuersaliter verificatur.

¶ Cuicumque conuenit vnum repugnantium, ab eodem remouetur & reliquum.

## CLICHTOVS.

33 ¶ Prima relatiuorum maxima, ex quarta eorū proprietate in prædicamentis sumpta est: cuius sensus est. Posito uno relatiuorum, ponitur reliquum: ut pater est, ergo filius est: & filius est, ergo pater est. Et negato uno relatiuorum, negatur & reliquum: ut non est pater, ergo non est filius. Et contrā, non est filius, ergo non est pater. ¶ Secunda maxima ex tertia relatiuorum proprietate pendet in prædicamentis explicata: secundum quam tale sumitur argumentum. duplum est dimidiū duplum, igitur dimidium est dupli dimidium. uel potius comparando relatiua ad subiecta, sic, quatuor sunt duplum ad duo, igitur duo sunt dimidium ad quatuor. linea decupedalis est maior bipedali, igitur bipedalis est minor decupedali. & etiam negatiue. ¶ Tertia maxima est ad arguendum ab affirmatione unius relatiue oppositi de subiecto singulari ad negationem alterius de eodem: ut duo sunt dimidiū ad quatuor,

ad quatuor, igitur duo non sunt dupli ad quatuor. Similiter quatuor sunt dupli ad duo, igitur quatuor non sunt dimidium ad duo. Si enim unū relatiue oppositorū affirmatur de aliquo singulari, alterū non affirmatur de eodē pro eodē tpe, & respectu eiusdē, & in eodē genere cause. Dicitur est respectu eiusdē, quia possunt relatiue opposita verificari de eodē respectu diuersorum: ut aīal est species substantiæ, & genus hoīs. Similiter possunt relatiue opposita verificari de eodē respectu eiusdē, sed diuerso genere cause: ut ambulatio est causa efficiens sanitatis: quia ab ambulatione post cibū fit sanitas; & tñ est effectus causæ finalis: nam fit gratia sanitatis, ambulatio. ¶ Sequens maxima de tribus alijs oppositorū generibus datur, & tria cōplectitur. Primū est. Impossibile est priuatiue opposita esse in eodem: ut Ioannes nō simul est uidēs & cæcus, audiens & surdus. Secundū. Impossibile est cōtraria simul esse in eodem, siue simul verificari de eodem singulari: ut Sortes non simul est albus & niger, sanus & æger. Tertiū est. Impossibile est contradictoria dicibilia simul esse in eodem: ut Sortes non simul est sedens & non sedens, albus & non albus. Et ergo adiuuante ea regula quæ sequitur, arguendum est in huiusmodi oppositis ab affirmatione unius de aliquo subiecto singulari ad negationem alterius de eodem, ut Sortes est uidens, ergo non est cæcus. Maxima cuicumq; conuenit unū priuatiue oppositorum, nō simul eidem cōuenit & reliquū. Similiter Ioannes est sanus, ergo non est æger. Maxima. Cuicumq; cōuenit unum contrarie oppositorū: nō simul eidem cōuenit reliquum. Similiter Ioannes est sedens, ergo nō est non sedens: & contrā, Ioannes est non sedens, ergo non est sedens. Maxima. Cuicumq; conuenit unū contradictorie oppositorum, non simul eidem conuenit & reliquū. ¶ Affirmatiue autem siue constructiue arguitur à remotione unius contrariorum immediatorum cum constantia sui susceptibilis ad affirmationem alterius: ut Sortes non est æger, & Sortes est, ergo Sortes est sanus. similiter nullum animal est ægrum, & animal est: ergo omne animal est sanum. Maxima. A quocumq; remouetur unū

contrariorum immediatorum cum constantia sui susceptibilis: eidem attribuitur & reliquum. Est enim aial susceptibile contrariorum immediatorum, cum omne animal sit sanum uel ægrum. Sic à negatione unius contradictoriorum cum constantia subiecti sui ad affirmationem alterius, ut Sortes non est sedens, & Sortes est, ergo Sortes est non sedens, similiter Sortes non est non sedens, & Sortes est, ergo Sortes est sedens. Maxima. A quocunq; remouetur unum contradictoriorum cū constantia sui subiecti: eidem attribuitur & reliquum. Per locum autem à repugnantibus solum negatiue arguendum est ab affirmatione unius ad negationem alterius de eodē, ut binarius est par, ergo non est impar; homo est animal, ergo homo non est lapis. Maxima. Cuicunq; conuenit unum repugnantium, ab eodem remouetur & reliquum.

## F A B E R.

¶ Si quod magis uidetur esse non est, neq; id quod minus.

¶ Si quod minus uidetur esse est, & illud quod magis.

¶ De similibus idem est iudicium. Quando in loco à simili argumentamur cum particula, sicut se habet; uocatur argumentum à proportionē.

## ¶ Maxima.

¶ Proportionabilium idem est iudicium.

¶ Vnicuiq; experto in sua scientia credendum est.

¶ Quicquid alicui conuenit sub nomine proprio; conuenit eidem sub sua metaphora atq; e contra.

¶ Si sicut primum ad secundum, tertium se habet ad quartum; ita sicut primum ad tertium, sese etiam habebit secundum ad quartum.

¶ Si cōcretum de concreto essentialiter prædicatur; & abstractum de abstracto.

¶ Si principale de principali; & casus de casu verificatur.

¶ Si diuisum de aliquo verificetur à quo omnia (excepto

uno) diuidentia remoueantur; & ipsum diuidentium reliquum de eodem verificabitur.

## CLICHTOVEVS.

¶ Per locum à maiori, negatiue arguitur solū, ut Sortes 35 non potest portare decē pondera, ergo non potest portare uiginti, uel uir non potest portare decem pondera, ergo nec puer. Similiter uir non potest ferre decem pondera, ergo puer non potest ferre uiginti; qui quidem tertius arguendi modus de primo ad ultimum sequitur ad secundum & primum. Maxima. Si quod magis uidetur esse, non est; neq; quod minus. ¶ Ex opposito, locus à minore solum tenet constructiue, uel comparando prædicatū unū ad duo subiecta, ut puer potest portare uiginti pondera, ergo & uir, uel duo prædicata ad unum subiectū, ut uir potest portare uiginti pondera; ergo & decem, uel comparando duo prædicata ad duo subiecta, ut puer potest portare uiginti pondera; ergo uir potest portare decem pondera. Et hic tertius modus, sequitur ad primum & secundum de primo ad ultimum. Maxima. Si quod minus uidetur esse, est; & illud quod magis. ¶ Locus à simili, tenet constructiue & destructiue, Constructiue, ut hō est corruptibilis; ergo equus est corruptibilis; utriq; enim est animal. Destructiue; homo non est immortalis, ergo nec equus, cum utrunq; sit animal. Et ita argumentatio est exemplaris, disciplinis apprimē utilis & accomodatissima, ut ab albedine res est alba; ergo à magnitudine res est magna. Maxima. De similibus, idem est iudicium. ¶ Locus à proportionē quædam est particula loci à simili, cum scilicet in antecedente argumenti ponitur particula sicut se habet, exprimens unius ad alterum similem proportionē. Et tenet cōstructiue & destructiue. Cōstructiue qdē, ut sicut uisus in oculo; ita disciplina in anima; uisus autē perficit oculum, ergo disciplina aiam. Similiter ut cæcitas se habet ad oculū, ita ignorantia ad intellectū; sed cæcitas est malū oculi; igitur & ignorantia intellectus. Destructiue uerò, ut sicut sanitas ad corpus; ita uirtus ad animā, sanitas autē nō cōsistit in abundantia neq;

defectu humorū, sed medio temperamēto; ergo uirtus nō in exuperatiōe cōsistit aut defectu, sed mediocritate. Maxima. Proportionabiliū idē est iudiciū. Et hic locus est dignissimus, p̄ quē analogie explicant̄ q̄ ad docendum & ueritatem inuestigandā sunt accommodatissimæ. ¶ Locus ab autoritate, solū tenet cōstructiue, ut Porphyrius asserit quōq; esse prædicabilia; sunt igit̄ quinque prædicabilia. Philosophus ponit decē esse prædicamēta; ergo sunt decē. Maxima. Vnicuiq; experto in sua sciētia credendū est. ¶ Locus à trāsumptiōe, tenet cōstructiue, ut logica ad oēm sciētiā est necessaria, ergo ad oēm methodum est necessaria. Vbi arguit̄ à nomine proprio posito in antecedēte, ad nomē metaphoricum in consequēte. Contrā uerō, logica ad oēm methodum habet uia; ergo ad omnē sciētiā habet uia;. Ibi arguit̄ à nomine mataphorico posito in antecedēte, ad nomē proprium positū in consequēte. Destructiue sic. Geometria non habet uiam ad oēm disciplinā; ergo neq; ad oēm methodum. Maxima. Quicquid non cōuenit alicui sub noīe proprio: nō conuenit eidem sub noīe mataphorico. Contrā uerō, Geometria non habet uiam ad oēm methodum; ergo neq; ad oēm disciplinā. Maxima. Quicquid nō cōuenit alicui sub noīe mataphorico, neq; cōuenit eidem sub noīe proprio. ¶ Locus à trāsmutata proportione, cōstructiue tenet hoc modo. Sicut 8 ad 4, ita 6 ad 3; cū utriq; sit p̄portio dupla; ergo sicut 8 ad 6, primū ad tertiu; ita 4 ad 3, secundum ad quartū. nā utrobicq; est p̄portio sesquitertia. Cōtinet em̄ 9, ipsum 6, & præterea binariū, qui est tertia pars senarij. Similiter sicut se habet 12 ad 6, ita 10 ad 5 (est em̄ hic 12, primū, 6 scđm, 10 tertiu;, & 3, quartū) quia utrobicq; p̄portio dupla, ergo sicut se habet 12 ad 10, primū ad tertiu; ita 6 ad 5, secundum ad quartū. quia utrobicq; p̄portio est sesquiquinta. ¶ Locus à coniugatis, cōstituēdus est ex propositionibus de prædicatione essentiali, in quibus superius de suo inferiori prædicat̄. Et tenet constructiue & destructiue. Constructiue, ut iustus est bonus; ergo iustitia est bonitas. Maxima. Si concretū de concreto essentialiter prædicat̄; & abstractū de abstracto, Con-

trā, ab abstracto ad concretum, ut iustitia est uirtus; ergo iustus est studiosus. Maxima. Si abstractum de abstracto essentialiter prædicat̄; & concretū de concreto, Destructiue ex opposito consequētis. ¶ Locus similiter à casibus, tenet cōstructiue & destructiue. Constructiue quidē, ut iustus est bonus; ergo quod iuste fit, bene fit. Maxima. Si principale de principali uerificatur; & casus de casu. Edī uerō, quod iuste fit, bñ fit; ergo iustus est bonū. Maxima. Si casus de casu uerificat̄; & principale de principali. Destructiue uerō ex opposito consequētis. ¶ In argumēto uerō p̄ locū à diuisione, primo in antecedēte sumenda est p̄positio, in qua diuisum uerificat̄ de aliquo subiecto. Secundo, sumendæ sunt p̄positiones in quibus oīa mēbra diuidentia, excepto uno, negantur de eodē subiecto. Desinde debet concludi p̄positio in qua reliquū membrū diuidēs quod nō erat sumptū in antecedente; uerificat̄ de eodē subiecto. ut albū est prædicabile hominis; & nō est genus hoīs, neq; species eius, neq; differētia, nā non prædicatur essentialiter de hoīe, neq; propriū quia nō prædicatur de eo cōuertibiliter, ergo est accidēs hoīs. Similiter coruus est coloratus, at neq; est albus neq; medio colore participās, ergo est niger. Consimiliter lac est sapidū, sed non est amarū neq; medio sapore sapidū; ergo est dulce. Et ita de quacūque diuisione. Siquidē necesse est de quocūq; uerificat̄ diuisum; de eodē aliq; membrorū diuidentiu uerificari. Et de quo diuisum de eodem sub diuisiōne oīa membra diuidentia uerificant̄, cū diuisum & diuisiunctum ex membris diuidentibus adinuicem conuertantur, quare si omnia per copulationē, excepto uno, deo negantur; necesse est reliquū de eodem affirmari. Aequiualentem enim arguitur à tota diuisiōne, cū destructiue in unius partis, ad positionem alterius.

## Ars Fallaciarum.

## DIVISIONES.

¶ Fallacia,  
In dictione.

Extra dictionem.  
¶ Fallacia in dictione.

Æquiuocationis.	Accidentis.
Amphibologie.	Secundum quid ad sine
Compositionis.	pliciter.
Diuisionis.	Ignorantia elenchi.
Accentus.	Petitionis principij cons
Figure dictionis.	sequentis.
¶ Fallacia extra dictionē,	Non cause vt cause.

Secundum plures interrogationes vt vnam.

## CLICHTOVEVS.

¶ Fallacia, quod primū est & supremū huius artis, pri-  
mo deducitur in fallaciā in dictione & extra dictionem.  
Fallacia in dictione, deinde in sex species: fallaciā æquiuo-  
cationis, amphibologix, & ita de cæteris ponēdo diui-  
sum ad mēbra diuidentia. Fallacia autem extra dictionē  
in septem species: fallaciam accidentis, fallaciam secundū  
quid ad simpliciter, & ita de reliquis. Vnaquæq; autem  
specierum posset adhuc diuidi in species magis particula-  
res: ut fallacia æquiuocationis in fallaciam æquiuocatio-  
nis primi modi, secundi modi & tertij modi, sed non des-  
cendunt autores hac arte usq; ad species indiuiduas: sed  
sistunt in speciebus diuiduis & subalternis.

## F A B E R.

¶ Fallacia, argumentatio sophistica.

¶ Argumentatio sophistica, est argumentatio apparēs  
& non existens: aut existens, sed non conueniēs rei.

¶ Non est conueniēs rei, quando antecedens non, pro-  
bat consequens.

¶ Fallacia in dictione, est fallacia quæ sine consideratione  
dictionis prouenire non potest.

¶ Dictio, signum ad placitum significans. Dictionū, quæ-  
dam est simplex, & est dictio incomplexa: & alia compo-  
sita, & est dictio complexa.

¶ Multiplex: actuale, potentiale, phantasticum.

¶ Multiplex actuale, est dictio eadem secundum materiam  
& formam diuersa significans.

¶ Materia, sunt literæ, syllabe & dictiones.

¶ Pertinentia ad formam, sunt: idem accentus, quan-  
titas syllabarum, aspiratio vel non aspiratio, pause &  
puncta.

¶ Multiplex potentiale, est dictio eadem secundum mate-  
riam, & diuersa secundum formam, plura significans.

¶ Multiplex phantasticū, est dictio quæ propter alterius  
similitudinem videtur aliquid habere, quod non habet.

## CLICHTOVEVS.



¶ Fallacia, non hic pro arte siue cautela fallendi  
sumitur, quo pacto uulgo dicitur, Fallacia alia  
aliam trudit: sed pro argumentatione sophistica  
ca, quæ est instrumentum decipiendi ipsū res-  
spondentem. Duplex autem est argumentatio sophistica:  
quædam est peccans in forma, quæ uidetur rectē inferre  
consequens ex antecedente, & tamen non infert, sed pec-  
cat contra rectam illationem: ut sunt paralogismi om-  
nium fallaciarum in dictione, & extra dictionem, ex-  
cepta fallacia petitionis principij: ut animal est homo,  
& omnis equus est animal: ergo equus est homo: ubi  
uidetur esse syllogismus, & tamen non est, sed est fal-  
lacia accidentis. Et hæc innuitur per primam diffinitio-  
nis particulam. Alia est argumentatio sophistica pec-  
cans in materia: cuius quidem antecedens infert, sed non  
probat consequens: ut paralogismi fallaciæ petitionis prin-  
cipij: cuiusmodi est iste, omne animal est lapis, & ois ho-  
mo est animal: ergo ois homo est lapis: q bonus est syllogis-  
mus, sed antecedēs, cū sit falsum nō probat consequens.  
Et ista tangitur per secundā diffinitionis particulā: quod  
scilicet est existens, sed non conueniēs rei. Et hæc minus  
habet uitij quā altera, cum sit bona consequentia. ¶ Fal-  
lacia autem dicitur in dictione, non quia ex dictionibus

cōstituitur, nā fallacia accidentis & cetera extra dictio-  
nem fallacia, itidem ex dictionib⁹ cōponuntur: sed quia  
sumit causam apparentiā ex parte dictionis, & fit ratioe  
alicui⁹ proprietatis cōuenientis dictioni, ut significatio-  
nis, paufationis, accentus, terminatiōis finalis: quæ solū  
dictioni ad placitū significati cōueniūt. Dictio autē, non  
hic sumitur p̄ dicibili incomplexo ut ante: sed pro signo  
(siue dicibile sit siue oratio) ad placitū, & ex impositio-  
ne significāte. Quare aliquid in libro prædicabilū & præ-  
dicamentorū est dictio, quod nō est hic dictio, ut termi-  
nus mentalis ultimat⁹. Similiter aliquid in proposito  
est dictio, & non est illic, ut oratio uocalis, canis currit.  
Quare dictionū, quædā est simplex siue incomplexa, ut  
uox homo, ei⁹ scriptura & terminus mentalis nō ultima-  
tus incomplexus: alia uerō est cōplexa siue cōposita, quæ  
cōponitur ex dictionibus simplicibus, ut oratio uocalis,  
scripta, & mentalis nō ultimata. Magis tamen ad uocē  
3 & scripturā dictio refertur. ¶ Fallaciā uerō in dictione,  
quædā peccat penes multiplex actuale: ut æqui-uocatio  
& amphibologia: æqui-uocatio quidē penes multiplex  
actuale dictionis, & amphibologia orationis. Quædam  
penes multiplex potētiāle: ut fallacia cōpositionis, & di-  
uisionis, & accētus. Accētus quidē penes multiplex po-  
tentiāle dictionis. Cōpositionis uerō & diuisionis penes  
multiplex potentiāle orationis. Et quædā penes multi-  
4 plex phantasticum: ut fallacia figuræ dictionis. ¶ Multi-  
plex actuale, est dictio siue simplex, siue cōposita: eadem  
secūdū materiā, hoc est secūdū literas, syllabas & dictione-  
nes, quæ sunt materia ex qua, dictionis. Et eadē secūdū  
formā, hoc est habēs in diuersis significatis eandē accen-  
tū, eandē quātitatē syllabarū, similitudinem quo ad aspi-  
rationē uel nō aspirationē, eandē paufas in uoce, & eadē  
puncta in scriptura, quæ pertinet ad formā dictionis, di-  
uerfa significās: ut dictio canis, cū canem domesticū signi-  
ficat, & marinū & caelestem, est dictio eadē secūdū mate-  
riā: nam ex eisdem literis & syllabis componitur: eadem  
secūdū formā, nā eundē semper habet accentum, eandē  
syllabarum quātitatē, & nō aspiratur, & diuerfa signi-

ficat. Similiter oratio, liber Aristotelis: cū librū ab Ari-  
stotele possessum, & itidē ab Aristotele æditū significat,  
est multiplex actuale: nā est dictio eadem secūdū mate-  
riā: nā ex eisdem literis, syllabis & dictionibus cōponi-  
tur. eadem etiā secūdū formā: nam idem manet accent⁹,  
eadem syllabarum quantitas, eadem nō aspirationis con-  
uenientia, eadem paufas, & puncta: & diuerfa significat.  
¶ Multiplex potentiāle, est dictio siue simplex, siue cō-  
posita, eadem secūdum materiam, diuerfa tamen secun-  
dum formā: hoc est uel nō habens eundem accentū, aut ean-  
dem syllabarum quantitatē, aut non eandem aspiratio-  
nem uel nō aspirationem, aut non eandem paufas, aut nō  
eadem puncta, ut malū cū prauū significat & pomum, est  
multiplex potentiāle. nā est dictio manens eadem secun-  
dum materiam, diuerfa tamē secūdū formā. Nam primo  
primā breuē, & secūdo primā longā habet: quare nō ma-  
net eadem syllabarum quantitas & diuerfa significat. Si-  
militer oratio quicquid uiuit semper est: est multiplex po-  
tentiāle, nā est dictio eadē secūdum materiā, diuerfa tamē  
secūdum formā, nā nō eadem manent paufas neq; puncta,  
sic enim primo paufatur. Quicquid uiuit semper: est, se-  
cundo sic, quicquid uiuit: semper est (sunt enim puncta  
in scriptura: notæ paufarū in uoce) & diuerfa significat.  
in sensu enim composito uera est, & in sensu diuiso falsa.  
¶ Multiplex phantasticum, est dictio siue simplex siue  
cōposita, quæ propter similitudinem alterius dictionis  
cum qua in aliquo cōuenit: uidetur aliquid habere quod  
non habet, uel genus, uel significationem, ut poeta uidet  
habere genus femininum propter similitudinem in ter-  
minatione cum dictione musa. Et hæc consequentia, ima-  
go est homo pictus, ergo imago est homo, uidetur habere  
bonitatem consequentiā quā ista tamen non habet, pro-  
pter similitudinem quā habet cū iama bona, imago Hercu-  
lis est imago picta, ergo est imago.

## F A B E R.

¶ *Æqui-uocum*, est dictio simplex eadem secūdum mate-  
riam & formam, diuerfa significans. *Æqui-uocum à casu*,

æquiuocum analogum, æquiuocum compositum.

¶ **Æquiuocū à casu, est æquiuocum æquè principaliter plura significans.**

¶ **Æquiuocum analogum, æquiuocū à consilio: & est æquiuocum principaliter unum, & alterum minus principaliter significans.**

¶ **Fallacia æquiuocationis, est fallacia in dictione ratione æquiuoci proueniens.**

¶ **Amphibologia, est dictio composita eadem secundum materiam & formam plura significans: Amphibologia à casu analogæ, composita.**

¶ **Fallacia amphibologie, est fallacia in dictione ex parte amphibologie proueniens.**

¶ **Propositio composita, est propositio secundum suarum partium situm magis debitum accepta. Modus, determinatio, determinabile.**

¶ **Situs magis debitus, is est quem idiomatis peritus iudicat magis esse accommodum.**

¶ **Fallacia compositionis, est fallacia in dictione qua argumentatur à propositione diuisa ad compositam.**

¶ **Fallacia diuisionis, est fallacia in dictione qua argumentatur à propositione composita ad diuisam.**

¶ **Argumentari, sophisticè argumentari.**

## CLICHTOVS.

¶ **Æquiuocum hoc in loco strictiorem habet rationem, quam in libro prædicamentorum: nam illic siue dictio sit eadè rectè formā siue non, dummodo diuersa significet, æquiuoca dicitur, ut populus, manus, malū: hic uerò est dictio simplex ad amphibologie exclusionem, eadem secundum materiam & formam ad accentus seclusionem diuersa significans: & est triplex scilicet æquiuocum à casu, æquiuocum analogum, & æquiuocum compositum,**

De æquiuoco à casu exēplū, ut manus: nā æquè principaliter partē brachij humani significat, & hominū multitudinē: nō em̄ significat unum propter similitudinem alterius. De æquiuoco à consilio siue analogo, ut aial quod principaliter significat aial uiuū, & min⁹ principaliter siue secundario aial pictum, propter similitudinem figuræ cū animali uiuo. Æquiuocū autem compositum, est dictio quæ per se sumpta unum significat, alteri tamen ad iuncta significat plura, ut mortale significat potens mori, immortale uerò primo significat potens nō mori: secūdo nō potēs mori. Fallacia autē æquiuocationis, est fallacia in dictione ratione æquiuoci in ipsa argumentatione positi proueniens. ¶ Cuius tres sunt modi. Primus, quā do fallacia prouenit ratione æquiuoci à casu, ut oīs manus est pars brachij, & hominū multitudo est man⁹: ergo hominum multitudo est pars brachij. Maior & minor sunt distinguendæ: quia in eis ponitur æquiuocum, ratione cuius prouenit fallacia. Secundus quando huiusmodi fallacia prouenit ratione æquiuoci à consilio, ut omnis homo est rationalis, at imago hominis depicta est homo, ergo est rationalis. Maior & minor distinguendæ sunt: quia homo in eis æquiuocè sumitur. Tertius, quando fallacia prouenit ex parte æquiuoci compositi, ut omne immortale est perpetuū, sed omne potens non mori est immortale: ergo omne potens non mori est perpetuū. Maior & minor distinguendæ sunt: quia in eis immortale æquiuocè capitur. ¶ Amphibologia uerò, sic fit in oratione sicut æquiuocatio in dictione, ut hæc oratio, liber meus est liber Aristotelis, est amphibologia. nam est dictio composita eadem secundum materiam & formā diuersa significās, primo enim significat, q̄ liber me⁹ possidetur ab Aristotele: & hic sensus falsus est. Secūdo, quod liber meus sit compositus ab Aristotele, & hic sensus est uer⁹. ¶ Et est triplex amphibologia, scilicet à casu, ut prædicta oratio; nam æquè principaliter plura significat. A consilio, ut perdens operam, arat litus, nam principaliter arare litus, est prædicare litus aratro: minus autem principaliter & secūdario, laborem perdere.

Et amphibologia cōposita, quæ est quādo aliqua oratio per se sumpta unū significat, adiūcta tamen ei aliqua dictione significat multa, ut uellē accipere pugnantēs, unū cum habet sensum: sed uellē me accipere pugnantēs: duplicem. nā primo significat uellē quōd ego accipere pugnantēs. secundo uerō, uellem quōd pugnantēs acciperēt me. Quare amphibologia, tres sunt modi. Primus, quando fallacia prouenit ex parte amphibologiæ à casu, ut omnis liber Aristotelis possidetur ab Aristotele, & liber meus est liber Aristotelis: ergo liber meus possidetur ab Aristotele. Maior & minor sunt distinguendū. ¶ Secundus, quā fallacia prouenit ratione amphibologiæ à consilio. ut, quisquis arat litus, curuo litus, profcindit aratro, sed perdens operam & laborem, arat litus: ergo perdens operam & laborem, curuo litus profcindit aratro. Maior & minor distinguendū sunt: quia arare litus est multiplex. Terti⁹, quando prouenit ratione amphibologiæ compositæ, ut quoscunq; uellem me accipere, uellem quōd acciperent me, sed hostes uellem me accipere: ergo uellem quōd hostes acciperent me. Maior est distinguenda, quia si me, ante accipere construitur, falsa est, si post, uera. E diuerso si in minore accusatiuus me, ante accipere construitur, uera: si post, falsa. quare prædicta argumentatio intercedete suarum præmissarū multiplicitate, minime est syllogismus: quamuis syllogismi formā præ se ferat. ¶ Propositio cōposita, est propositio habens sensum compositū. Sensus autem compositus: est cum in oratione partes secundum situm magis debitum accipiuntur. Sic propositio diuisa, est propositio habēs sensum diuisum. Sensus autem diuisus, est cū in oratione partes secundū situm minus debitū accipiuntur. Sensus autē magis debitus in aliquo sermone, ille est quē illius sermonis peritus, iudicat magis esse aptum: & minus debitus, quē idiomatici peritus, iudicat minus esse aptū, ut situs magis debitus apud latinos, est quem latini sermonis peritus, iudicat esse aptiorem, ut in situ magis debito, aut min⁹, potius stādū sit cuius quāmpertiti iudicio quā regulis: quia grammatici est sitū magis debitū à minus debito discernere. Hic tñ tribus uocatur

bullis scilicet modus, determinatio, determinabile, innuatur in arte tres regulæ hoc in loco poni solitæ, ad situm magis debitum & minus debitum dignoscendum. ¶ Prima, si modus sit subiectum aut prædicatum propositiōis: situs est magis debitus & sensus compositus, ut possibile est hominem ambulare, uel, hominem ambulare est possibile: si uerō modus determinet copulam, situs est minus debitus & sensus diuisus, ut hominem possibile est ambulare. ¶ Secunda. Si determinatio inter duo determinabilia ponitur, utriq; æquè propinqua, si determinet præcedens, situs est magis debitus, si sequens minus, ut quod quid uiuit semper, est: sensus compositus. At quicquid uiuit, semper est: sensus diuisus, si uerō determinatio alteri determinabili propinquior fuerit, si determinet determinabile propinquius: est situs magis debitus & sensus cōpositus, si uerō remotius, situs minus debitus & sensus diuisus, ut quicumq; scit literas, nūc didicit illas: sensus est compositus. At quicumq; scit literas nunc, didicit illas: est sensus diuisus. ¶ Tertia regula, si determinabile inter duas determinationes æquè propinquas ponitur: si ordinatur cum præcedenti, situs est magis debitus, si cū sequenti: est minus debitus, ut uidi imaginem auream, uestem habentem: est sensus compositus. Sed uidi imaginē, aureā uestē habētē: sensus est diuisus. Similiter malus artifex, bonus est, est sensus compositus: sed malus, artifex bonus est, est sensus diuisus. Si uerō determinabile alteri determinatiōi propinquius fuerit: & ordinatur cū propinquiori, situs est magis debitus, ut uidi imaginem hominis, auream uestem habentem. Malus: interdum artifex bonus est. Si autem cum remotiori: situs est minus debitus, ut uidi imaginem hominis auream: uestem habentem. Malus interdum artifex: bonus est. ¶ Fallacia autē compositionis, est fallacia in dictione: qua malè arguendo proceditur à sensu diuiso in antecedente ad compositum in consequente: à quo nomen sortitur. Cuius quidem tres sunt modi. ¶ Primus, quando fallacia prouenit ratione modi, ut album possibile est esse nigrum: ergo possibile est album esse nigrum. Sedentem possibile est esse



bulare: ergo possibile est sedentem ambulare. ¶ **Secundus**, quando prouenit ratione determinationis, ut quis cunq; scit literas nunc didicit illas, at grammatice peritus scit literas, ergo grammatice peritus nunc didicit illas. Maior est distinguenda, nam diuisa uera est, & composita falsa: conclusio tamen in sensu composito infertur.

¶ **Tertius**, quando fallacia prouenit ratione determinabilis, ut sit prauus artis mechanicæ peritus; & nullus artis imperitus, sit bonus. Malus: artifex bonus est, ergo malus artifex est bonus. Nam antecedens est uerum, & consequens falsum.

¶ **Fallacia** autem diuisionis, est qua arguitur à sensu composito in antecedente, ad diuisionem in consequente à quo ipsa fallacia nomen habet. Cuius similitudo tres sunt modi.

¶ **Primus**, cum fallacia ex parte modi prouenit: ut impossibile est ambulans esse quiescens: ergo ambulans impossibile est esse quiescens. Et hic in disciplinis frequens est: in quibus modales sunt compositæ. Sophistæ autem trahunt eas ad modales diuisiones & à disciplinis reiectas, ut consequentia bona est: cuius antecedens esse uerum consequente existente falso est impossibile; & ceteræ propositiones in disciplinis sensum habent compositum.

¶ **Secundus**, quando prouenit ratione continuationis copulatiuæ, aut disiunctiuæ, prius copulantis inter terminos & deinde inter propositiones, ut quinque sunt duo & tria: ergo quinque sunt duo & quinque sunt tria. Omne animal est rationale uel irrationale, sed non omne animal est rationale, ergo omne animal est irrationale.

¶ **Tertius**, quando fallacia prouenit ratione determinationis aut determinabilis, ut quocunq; uidisti hunc percussum, hic percussus est: sed uidisti oculo hunc percussum: ergo oculo hic percussus est. Ablatiuus oculo, si ponitur cum uidisti: sensus est compositus & uerus. si cum participio percussus: diuisus est falsus. Similiter fit aliquis probus, artis imperitus: & omnis prauus, artis etiam imperitus: non sequitur. Malus artifex, est bonus: ergo malus, artifex est bonus. Antecedens uerum & consequens falsum: in antecedente quidem sensus est compositus, nam artifex determinabile ordinatur cum

propinquiori; in consequente uerò sensus est diuisus, quia determinabile ponitur cum remotiori.

## FABER.

- ¶ **Accentus**, est extensio, remissio uel syllabarum quadam moderatio secundum prolatæ dictionis euphoniã.
- ¶ **Accentus acutus**, grauis, circumflexus, longus, breuis, in differens, aspiratus, non aspiratus.
- ¶ **Accentus acutus**, est extensio syllabæ.
- ¶ **Accentus grauis**, est syllabæ remissio.
- ¶ **Circumflexus**, est medio modo se habens.
- ¶ **Dictio monosyllaba naturaliter longa circumflebitur**, aliàs acuitur.
- ¶ **Omnis uox dissyllaba, cuius prima est naturaliter longa, & secunda breuis primam circumflebit, aliàs quomodo documq; acuit.**
- ¶ **Omnis polysyllaba, cuius penultima breuis est, tertia ante finem acuitur.**
- ¶ **Si penultima longa est natura & ultima breuis, penultima circumflebitur: & si ultima breuis non fuerit, acuitur.**
- ¶ **Ceteræ syllabæ, quæ non acuitur, aut circumflebitur modo qui dictus est, grauantur.**
- ¶ **Fallacia accentus, est fallacia in dictione ex parte accentus proueniens.**
- ¶ **Fallacia accētus acuti, est fallacia accentus non acuti in acutum conuersi, grauis, & circumflexi, & reliquorum similiter.**
- ¶ **Fallacia figuræ dictionis, est fallacia in dictione ex parte multiplicis phantastici proueniens.**
- ¶ **Finis, prædicamentum, significatio, oratio.**
- CLICHTOVS.
- ¶ **Accētus**, est debita syllabarū scdm extensionē aut res

missionē prolatio, scdm prolatis dictionis euphonia, sonoritatem siue uocalitatem. Et is apud Græcos exactissime seruatur. Apud primos etiā linguæ latinæ autores olim seruabatur. qui accentuum notas & signa in scripturis seruanda tradiderunt, quemadmodum Græci obseruauerunt: sed illorum obseruatio iam ab usu latinorum exoleuit. Quo fit, ut apud Latinos non seruetur accentus nisi in penultima aut antepenultima syllaba, & in cætu certis modulationibus, quæ oino à Græcorum accentu & priscorum latinorum aliena sunt. ¶ Diuiditur autem accentus in accentum grauem, acutum, & circumflexum, longum, breuem, indifferentem, aspiratum, non aspiratum. Accentus acutus, est syllabæ extensio: hoc est uehementiore, protractorieque spiritu prolatio. Accentus grauis, est syllabæ remissio, id est leuioe contractioque spiritu prolatio. Accentus circumflexus, est syllabæ inter extensionem & remissionem moderata prolatio. Accentus longus, est syllabæ longæ prolatio. Breuis, est syllabæ breuis prolatio. Indifferens, est syllabæ communis & ancipitis (quæ interdum longa est, & interdum breuis) prolatio. Accentus aspiratus, est syllabæ aspiratæ prolatio. Non aspiratus, est syllabæ non aspiratæ prolatio. ¶ Ponuntur deinde regulæ accentus, quæ à Fracisco nigro in suæ grammaticæ æditione itidem tractantur. ¶ Primæ regulæ exemplum: ut flos, res, dicitio est longa naturaliter: quare accentum habet circumflexum. Longa autem positio: ut post, trans: aut breuis, ut ab, in: habet accentum acutum. ¶ Secundæ exemplum: ut gramen, musa, flumen, primam habent naturaliter longam, & secundam breuem: quare in prima habent accentum circumflexum. Si autem primam habeant longam positione, aut primam breuem & secundam longam, aut ambas longas, aut ambas breues, ut iustus, ferox, rupes, bene: habent in prima accentum acutum. ¶ Tertie regulæ exemplum, ut scribere, uox est polysyllaba: habet enim plures syllabas quam duas: cuius penultima est breuis: ergo antepenultima habet accentum acutum. ¶ Exemplum quartæ, ut ridere penultimam habet longam naturaliter & ultimam breuem: quare eius penultima circumflectitur: dicitio autem clamare habet penultimam naturaliter longam,

liter longam, & ultimam etiā longam: ergo eius penultima acuitur. Cæteræ autem syllabæ, quæ non habent accentum acutum, aut circumflexum, sicut nunc dictum est, habent accentum grauem. ¶ Fallacia accentus, est quæ prouenit ex mutatione unius accentus in alium: & sumit nomen speciale ab accentu, in quem alius mutatur; ut si non acutus in acutum mutetur, uocatur fallacia accentus acuti: si non longus in longum conuertatur, fallacia accentus longi: si non aspiratus in aspiratum mutetur, erit fallacia accentus aspirati. ¶ Et assignantur fallaciæ accentus tres modi. Primus, quoniam syllaba longa in breuem mutatur, & ediuerso; ut omne malum est fugiendum, & pomum est malum: ergo pomum est fugiendum. Malum uariatur secundum accentum longum & breuem: & modo prauum modo pomum significat. Secundus, quoniam uariatur aspiratio: ut quicquid ab eo, ab aliquo loco recedo, at cum quid possideo, illud habeo: ergo cum quid possideo ab aliquo loco recedo. A eo enim sine aspiratione significat discedo, cum aspiratione uero possideo. Tertius modus est, quoniam una dicitio in duas diuiditur; ut quicquid fit in uitate, fit coactum: at uinum fit in uitate: ergo uinum quid coactum. In uitate enim una dicitio, aduerbiū est, & significat non sponte. Cum autem duæ sunt dictiones, scilicet præpositio in, & ablatiuus nominatiui uitis, significat in uinea. ¶ Fallacia figuræ dicitio nis fit ex eo quod propter aliquam similitudinem dictionis cum dictione, dicitio creditur in aliquo cum altera conuenire in quo tamen discouenit. Et eius sunt quatuor modi per quatuor uocabula artis denotati. ¶ Primus modus, quoniam propter conuenientiam in finali terminatione dicitio creditur aliquid habere quod non habet: ut dolus & olus eodem modo terminantur, sed dolus est generis masculini & secundæ declinationis, ergo & olus. ¶ Secundus, quando sub distributio unius predicamenti sumitur dicitio alterius: ut quicquid heri uidisti, hodie uides: sed uidisti heri album, ergo album hodie uides. Non recte sub distributio substantiæ sumitur qualitas. ¶ Tertius, quoniam propter conuenientiam dictionis cum dictione in aliquo: etiam dicitio putatur conuenire in significatione: ut uides & docere eiusdem sunt generis apud grammaticos, ut

pote actiui, at docere, actionē significat: ergo & uidere. Si militer operari & secari, cōsimiliter terminantur, at secari, passiuē significat: ergo & operari. ¶ Quartus, quādo propter similitudinem oratiōis cū oratione putatur oratio habere aliquid, ut oppositiōnē, conuersionem, a quibz pollentiam, qualitātē, quantitatem, aut consequentiam, & tamen nō habet; ut quia hęc duæ sunt contrariæ, omne animal est substantia, & nullū animal est substantia: si putentur hęc duæ etiam esse contrariæ, omne animal fuit in arca Noe, & omne animal non fuit in arca Noe: quando animal distribuitur pro generibus singulorum solum. Et si hic modus est periculosissimus, & secundum quem etiā periti decipiuntur: nescientes discernere inter similitudinem & dissimilitudinem.

## FABER.

- ¶ Fallacia extra dictionem, est fallacia que sine consideratione dictionis provenire potest.
- ¶ Fallacia accidentis, est fallacia extra dictionem proveniens, eo quod quicquā videtur esse syllogismus, & nō est.
- ¶ Attributum, accidens, res subiecta, antecedens, cōclusio. Attributum, maior extremitas. Accidens, minor extremitas. Res subiecta, medium.
- ¶ Fallacia secundum quid ad simpliciter, est fallacia extra dictionem: eo proveniens, quod quicquā videtur esse enthymema totius in modo aut suæ partis & non est.
- ¶ Dictum simpliciter, est terminus ad seipsum cū determinatione cum qua prius nō sumebatur sumptū, cōparatus.
- ¶ Dictum secundum quid, est aggregatum ex dicto simpliciter & determinatione constitutum.
- ¶ Per fallaciā à dicto secundū quid ad dictum simpliciter cognoscitur fallacia à diffinitione ad diffinitum: à descriptione, interpretatione, à toto in quantitate, à toto uniuersali & cetera similes, ad eamqz reducuntur: vt enim acci-

dens, syllogismum apparentem ita hæc fallacia, apprensū enthymemā communiter continet.

- ¶ Fallacia ignorantie elenchi, est fallacia extra dictionem ex omissione alicuius quatuor particularum, ad idem, secundum idem, similiter, & in eodem tempore, proveniens.
- ¶ Fallacia petitionis principij, est fallacia extra dictionem, cuius antecedens non probat consequens. Falsum, ignotum, magis ignotum, equè ignotum.

## CLICHTOEVVS.

¶ Fallacia nō dicitur extra dictionem, quia non constituitur ex dictionibus: id em falsum est, cum æquē ex dictionibus componatur paralogismi fallaciarum extra dictionem, sicut in dictione: sed quia nō sumit suā causam apparentiæ ex parte dictionis, neqz alicuius cōpetentis signo ad placitū significanti: & sine illius consideratione provenire potest: ut in argumentationibus mentalibus ultimatis. Et ergo per fallacias extra dictionem potius decipitur quis apud se cōsiderādo. Per fallacias uerō in dictione: cū alio disputādo. Prima fallaciarū extra dictionem, est fallacia accidētis, quæ est qñ aliqua argumentatio uidetur esse syllogismus, & tñ non est. Cuius modi inuuant per uocabula artis subiuncta. ¶ Primus, quando defectus syllogismi est ex maiore extremitate, ut omne animal substantia non est, & omnis homo est animal: ergo nullus homo est substantia. Maior extremitas substantia, sumitur particulare in maiore, & uniuersaliter in conclusione. ¶ Secundus quando defectus syllogismi est ex parte minoris extremitatis: ut nullū dextrū est sinistrum, & cuiuslibet hominis oculus est sinister: ergo nulli hominis oculus est dexter: ibi oculus, pars minoris extremitatis, particulariter sumitur in minore: & uniuersaliter in conclusione. ¶ Tertius modus, quando defectus syllogismi est ex parte mediij: ut cuiuslibet contradictionis altera pars est uera, & homo est asinus est contradictionis altera pars: ¶

igitur homo est asinus est uera. Ibi cū terminus cōtradictio, solū uniuersaliter sumat in maiore, debet esse totum mediū in minore p̄ quintam regulā artis syllogismorum prius dictā: & non hoc aggregatū, cōtradictionis altera pars. ¶ Quartus modus, quādo defectus syllogismi p̄uenit ex parte antecedētis, non debitā, aut qualitātē, aut quantitātē seruātis: ut aīal est homo, & oīs equus est animal, ergo equus est homo. Ibi arguitur maiore particula ri in prima figura directē. ¶ Quintus modus, quādo defectus syllogismi prouenit ex parte cōclusionis, non seruātis debitā aut qualitātē, aut quantitātē: ut omnis homo est rationalis, & oīs homo est aīal: ergo omne aīal est rationale. Ibi concluditur uniuersaliter in tertia figura.

- 17 ¶ Fallacia secundū quid ad simpliciter committit̄, quādo aliqua argumentatiō uidet̄ esse à toto in modo ad suū partē: aut à parte in modo ad suū totū, & tñ non est. Dicitur em̄ simpliciter, est terminus sumptus sine determinatione, in cōparatione ad seipsum sumptū cum determinatione qualicūq̄, siue diminūctē, siue non diminūctē. Contrā uerò, dicit̄ secundū quid, est terminus sumptus cū determinatione qualicūq̄, in cōparatione ad seipsum sumptū sine illa determinatione. ut homo est dicit̄ simpliciter: non enim ei addit̄ aliqua determinatio sed homo mortuus, homo pictus, homo sanus, unumquodq̄ eorū est dicit̄ secundū quid, quia est aggregatū ex dicto simpliciter scilicet homo, & determinatione mortuus, pictus, sanus, constitutū. Hinc constat omne totū in modo esse dicit̄ simpliciter, non tñ ediuerso: & omnem partem in modo esse dicit̄ secundum quid, non tñ contrā: quia in parte in modo, determinatio debet esse non diminūctē: hoc uerò non requiritur in dicto secundum quid. ¶ Huius autem fallaciæ quinq̄ sunt modi. Primus est, quādo arguit̄ à toto in modo particulariter sumpto ad eius partē, ut æthiops est homo, ergo est homo albus. Secundus, quādo arguit̄ à parte in modo ad suum totū uniuersaliter sumptū: ut æthiops nō est homo albus, ergo æthiops nō est homo. Tertius, quādo determinatio est ampliās, ut Adā est homo mortuus, ergo est homo, & similiter ex

opposito consequētis. Quartus, quādo determinatio est distrahēs, ut imago est homo pictus: ergo est homo. Argumētatio sophistica, est argumētatio apparens, ergo est argumentatio. Quintus, quādo determinatio est diminūctē, secundum partē integrale, locum aut tēpus, ut æthiops est albus secundū dentes, ergo est albus. Bonū est interficere patrem apud Tribalos, ergo bonum est interficere patrem, bonum est proijcere merces in mare imminēte naufragio: ergo bonum est proijcere merces in mare. Et sub hac fallacia comprehendunt̄ omnes malæ argumentationes enthymematicæ, quæ uident̄ esse scđm aliquem locum dialecticum, & tñ non sunt: ut quādo non rectē arguit̄ per locum à diffinitione ad diffinitum: à superiori ad inferius, aut e contra: sicut oēs syllogismi apparentes continent̄ sub fallacia accidentis, & peccāt penes eam. ¶ Fallacia aut̄ ignorantix elenchi fit, quādo omittitur aliqua istarum quatuor particularū, ad idem, secundum idē, similiter, & in eodē tempore, positā in diffinitione elenchi: & ad rectā contradictionē requisitarum. Cuius quatuor sunt modi. Primus, quādo omittit̄ particula ad idē. Vt duo sunt duplū ad unum, & non sunt duplum ad tria: ergo duo sunt duplū & non duplum. Secundus, quādo omittit̄ particula secundum idē: ut sit corpus a bipedale secundū longitudinē & latitudinē, & corpus b bipedale secundū longitudinē, sed pedale tantum secundū latitudinē: a est æquale b secundum longitudinē, & a non est æquale b secundum latitudinē: ergo a est æquale b & non æquale. Tertius, quādo omittit̄ particula similiter, ut cognosco Ioannē, & nō cognosco Ioannē uenientē: ergo cognosco Ioannē & nō cognosco Ioannē. Quartus, quādo omittitur particula in eodem tempore, ut sit a tempus prolationis primæ propositionis, & b tempus secundæ: manus mea est clausa in a, & nō est clausa in b, igitur manus mea est clausa & non clausa. Nō sequitur: quia copula non accipit̄ pro eodē tēpore. ¶ Fallacia petitionis principij committit̄, quādo in bona cōsequētia antecedens uidet̄ probare consequens, & tamē non probat, cum non sit notius, necq̄ in ueritate manifestus

sius conſequentē . Cuius quatuor ſunt modi. Primus; quādo antecedēs eſt falſum, ut homo eſt aſinus: ergo homo eſt aial. Secundus, quādo antecedens eſt ignotū ſiue dubium: ut equus regis ambulat, ergo equus ambulat. Tertius, quādo antecedēs eſt magis ignotum conſequentē; ut rex ſedet, ergo aliquis homo ſedet. Eſt em̄ conſequeas ex ſenſu cognitum, antecedēs aut̄ minimē: quare antecedeas eſt ignotius cōſequentē. Quartus, quādo antecedēs eſt x que ignotū ſicut conſequeas . ut aliq̄s homo nauigat in ſequana, ergo aial rationale nauigat in ſequana . Qui em̄ dubitat antecedēs; dubitat & conſequeas . Et hęc fallacia peccat contra probationem in diſciplinis: ubi quicquā demonſtratiuē, uel dialecticē ſuſcipit̄ probandū ſum mopere uitanda, nam oēm probationem reddit infirmā.

## F A B E R.

¶ Fallacia conſequentis , eſt fallacia extra dictionem , eo quod conſequentia uidetur conuerti & non conuertitur, proueniens.

¶ Poſitio conſequentis, deſtructio antecedentis.

¶ Fallacia non cauſe ut cauſe, eſt fallacia extra dictionem ex interemptione præmiſſe ſuperflue ſyllogiſmi ad im̄poſſibile proueniens.

¶ Syllogiſmus ad im̄poſſibile, eſt ſyllogiſmus procedens ex contradic̄torio propoſitionis negat̄e cum vno manifeſtē uero, ad inferendum vnum manifeſtē falſum: ob cuius falſitatem fit reſreſſus ad falſitatem præmiſſe falſe, ex cuius falſitate per principium contradic̄toriorum concluditur ueritas propoſiti.

¶ Præmiſſa ſuperflua ſyllogiſmi ad im̄poſſibile, eſt præmiſſa qua poſita, uel remota nihilominus remanet ſyllogiſmus ad im̄poſſibile: & illa eadem præmiſſa, non cauſa dicitur.

¶ Fallacia ſecundum plures interrogaciones ut vnam, eſt

fallacia extra dictionem ex eo quidem proueniēs, quod ex vna reſponſione ad interrogaciones plures data, non bene concluditur.

¶ Interrogaciones plures ut vna, ſunt cum plura de vno, aut vnum de pluribus, aut plura de pluribus interrogantur. Singulare, plurale.

¶ Interrogamus plura, cum interrogamus copulatum, aut copulato æquiualeas.

## CLICHT OVEVS.

¶ Fallacia conſequentis fit, quando aliqua conſequentia uidetur conuerti & econtra ualere: & tamen non conuertitur. Tunc autem conuertitur conſequentia, quādo ſicut ad antecedens ſequitur conſequeas: ita edio uerſo ad conſequeas ſequitur antecedens. ut ſicut bene ſequitur, homo eſt animal, ergo animal eſt homo: ita econtra, animal eſt homo, ergo homo eſt animal. Vbi antecedens prim̄x eſt conſequeas ſecund̄x, & conſequeas prim̄x antecedens ſecund̄x: per analogiam conuerſionis propoſitionum categoricarum. Tunc autem non conuertitur, quando ad antecedens quidem ſequitur conſequeas, ſed non econtra: ut bene ſequitur, homo ſedet, ergo animal ſedet: ſed non contra ſequitur, animal ſedet, ergo homo ſedet. Et in huiuſmodi conſequeas fit hęc fallacia, & non in primis. ¶ Huius autem fallacię duo ſunt modi. Primus, quando in conſequeas, quę non conuertitur, arguitur à poſitione conſequentis ad poſitionem antecedentis: ut ſi homo eſt, animal eſt: ergo ſi animal eſt, homo eſt. In conſequeas autem quę conuertitur rectē, fit argumentatio à poſitione conſequentis ad poſitionem antecedentis, & ſine fallacia, ut ſi homo eſt, rationale eſt: ergo ſi rationale eſt, homo eſt. Secundus, quando in conſequeas, quę nō conuertitur, arguitur à deſtructione antecedentis ad deſtructionem conſequentis, ut ſi homo eſt, animal eſt: ergo ſi nullus homo eſt, nullum animal eſt. In cōſequeas uerō quę conuertitur rectē, fit argumentatio à deſtructione.

antecedentis ad destructionem consequentis: ut si hō est, rationale est: ergo si nullus homo est, nullū rationale est: neq; in tali cōmittitur hęc fallacia. ¶ Fallacia nō causę ut causę fit, quando syllogismo ad impossibile additur præmissa superflua & nihil faciens ad integritatem, compositionemq; syllogismi: & propter falsitatem conclusionis interimitur huiusmodi præmissa superflua ac si esset causa falsitatis cōclusionis, cū tamen nō sit causa: quando quidem ea remota, & nulla alia eius loco posita: æquę bene sequitur falsum sicut ipsa posita, ut in hac argumentatione, omne animal est sensibile, & omne animal est equus, & omnis homo est animal: ergo omnis homo est equus. Conclusio est falsa, ergo aliqua præmissarum, & nō ista: oīs homo est animal, ergo ista, omne animal est sensibile: est falsa. Hic dato syllogismo ad impossibile oē animal est equus, & omnis homo est animal: ergo omnis homo est equus, additur hęc præmissa, omne animal est sensibile, quæ est superflua. nā ipsa remota, & nulla alia eius loco posita, remanet syllogismus ad impossibile integer æquę sicut ipsa posita: & illa præmissa interimitur ac si esset causa falsitatis conclusionis, cum tamen non sit causa: quandoquidem ipsa remota, æquę sequitur falsum sicut adiuncta: & ergo eadem uocatur præmissa non causa ut causa. debet autem præmissa superflua conuenire cum syllogismo ad impossibile in aliquo termino.

23 ¶ Et sic tres sunt istius fallacię modi. Primus quando huiusmodi præmissa conuenit cum syllogismo in medio, ut in prædicto exemplo, animal, est medium syllogismi, & subiectū præmissę superflue. Secundus, quando huiusmodi præmissa conuenit cum syllogismo in maiore extremitate, ut si dato syllogismo addatur præmissa omne hinnibile est equus, cuius prædicatū equus, est syllogismi maior extremitas. Tertius, quando huiusmodi præmissa conuenit cum syllogismo in minore extremitate, ut si dato syllogismo adiugatur præmissa superflua, omnis hō est risibilis: cuius subiectū hō, est syllogismi minor extremitas. Et habet hęc fallacia cōuenientiā cum secūdo peccato cōtra syllogismos: sicut fallacia peti

tionis principij cum primo. ¶ Fallacia secūdam plures interrogationes ut unam, fit, quando ad interrogationē plures, datur una responsio: ex qua nō recte data, falsum & inconueniens cōcluditur, ut demonstrato uno stāte, & altero sedente: sūntne hi stantes, uel sedentes? si quis responderit, nō sunt stātes: ex data responsione una, nō bñ cōcluditur: ergo hic (demonstrato sedente) non stat: si responderit nō sedentes: nō recte etiā cōcluditur: ergo (demonstrato sedente) nō sedet: & quis nō recte cōcluditur: apparenter tamē cōcluditur, eo quōd datur unica responsio, si enim dux darentur respondendo, hic stat & iste sedet, siue iste non stat monstrato sedente, & hic non sedet, monstrato stāte: nō haberet sophista quod appareret colligeret. ¶ Interrogationes autem plures ut una, tripliciter fiunt. Primo quando plura prædicata interrogantur de uno subiecto, ut demonstrato scuto pro media parte albo, & pro media nigro, estne hoc albū uel nigrū? Et de monstratis uno cæco & uno uidete, sūntne hi uidentes uel cæci? Secūdo, quādo unū prædicatum interrogatur de pluribus subiectis, ut demonstrato uno albo & altero nigro, estne hoc & hoc albū. Similiter monstratis duobus cæcis & duobus uidetibus: sūntne hi & hi uidetes? Tertio, quando plura prædicata interrogantur de pluribus subiectis: ut demonstratis uno albo & altero nigro: estne hoc & hoc album uel nigrū? Sic demonstratis duobus cæcis & duobus uidentibus: sūntne isti & illi uidentes uel cæci? Et unusquisq; trium modorum adhuc dupliciter fit. Primo, quando interrogatio plures, fit in singulari numero. Secundo, quando eadem fit in plurali numero: ut superius adducta declarant exempla. ¶ Et secūdū 24 hoc sunt duo huius fallacię modi, qui inuēiuntur per uocabula artis: singulare, plurale. Primus est, quādo ad interrogationem plures, in singulari numero factam, male datur una responsio. Ut demonstrato scuto pro media parte albo, & pro reliqua nigro, si queratur, estne hoc albū uel nigrum? Si quis responderit album: ergo quod media parte nigrum est, est album. Et consimili ratione dicendū est nigrum: cum tantundem habeat unius coloris quan-

tum alterius: ergo nigrum est album, quod est inconueniens. Si uero respondeatur totum esse nigrum: ergo media parte album est nigrum, & eadem quoque ratione dicendum esset album: quare album est nigrum, quod iterum est inconueniens. Fuit itaque respondendum: totum esse partim quidem album, & partim nigrum. ¶ Secundus modus est, quando ad interrogationem plures, in plurali numero factam inconuenienter datur una responsio. Vt demonstrato uno cæco & uno uidente: si queratur, sicut hi cæci uel uidentes? Si respondeatur eos esse cæcos: ergo hic uidens est cæcus. Sin uidentes responsum fuerit, protinus subinfertur, ergo hic cæcus est uidens. Non ita sanè respondendum erat: sed ut interrogatio erat plures: ita & responsio esse debuerat hoc patet: hic est uidens, & hic est cæcus. ¶ Interrogantur autem plura in proposito, quando interrogatur copulatum: hoc est, ex diuersis dictionibus per coniunctionem complexum, ut sunt ne hic & hic uidentes? aut quando interrogatur copulato æquiualens: cuiusmodi est terminus pluralis includens coniunctionem copulantem suam singulare geminatum, ut utrum hic (demonstrato uno uidente & uno cæco) sunt uidentes? Vbi subiectum æquiualeat huic copulato: hic & hic. ¶ Vnde si demonstrentur unus uidens & unus cæcus, ista est falsa, isti sunt uidentes, si pronomen isti includat coniunctionem copulatiuam diuisiue sumptam, & geminet suum singulare respectu eiusdem prædicati in propositione copulatiua. Nam sensus est, iste est uidens, demonstrato primo, & iste est uidens demonstrato secundo. Quæ quidem copulatiua, gratia alterius partis falsæ, est falsa. Etiam ista est falsa, isti non sunt uidentes, capièdo pronomen eodem modo quo prius. Nam sensus est, iste non est uidens, & iste non est uidens: quæ quidem copulatiua etiam gratia alterius partis falsæ, est falsa. Neque dux propositiones contradicunt: quin potius sunt adinuicem contrariæ. Nam coniunctio copulatiua diuisiue sumpta, æquipollet signo uniuersali: & copulatum per eam, resoluitur & explicatur per signum uniuersale;

quare propositio isti sunt uidentes æquipollet huic, uterque istorum est uidens. Et hæc, isti non sunt uidetes: huic, uterque istorum non est uidens: cum dictio includens coniunctionem copulatiuam, ex quo negationem præcedit, non per eam mutatur à priori acceptione. At propositiones, uterque istorum est uidens, & uterque istorum non est uidens, sunt contrariæ per definitionem: ergo & suæ æquiuales: isti sunt uidentes, & isti non sunt uidentes, sunt contrariæ. Nā de æquiualeantibus idè est iudiciū. Contrarium cum cuilibet propositioni assignanda sit contradictoria: huius, isti sunt uidentes, contradictoria est hæc, non isti sunt uidentes. Vt enim manente eodem signo in contradictorijs negatio debet præponi signo: sic manente illo quod idem includit signum: negatio illi debet præponi. At subiectum isti (ut ostensum est) includit signum uniuersale, & reddit propositionem uniuersalem: igitur ad dandam datæ propositionis contradictoriam debet negatio præponi subiecto, & ea impedit coniunctionem copulatiuam, mutatque eam in coniunctionem disiunctiuam diuisiue sumptam, quare hæc: non isti sunt uidentes, sic explicatur: iste non est uidens, uel iste non est uidens: quæ disiunctiua gratia alterius partis est uera: igitur & hæc enim æquiualens non isti sunt uidentes, etiam est uera. Sic contradictoria huius, isti non sunt uidetes: est hæc, non isti non sunt uidentes: cum uniuersalis modus dandi contradictionem, est toti propositioni præponendo aut præpositam auferendo negationem. Et illa explicatur per disiunctiuam, iste est uidens, uel iste est uidens, gratia alterius partis ueram: quare & eius æquiualens, scilicet propositio explicata est uera. Vnde hæc: non isti non sunt uidentes, est particularis affirmatiua: sicut sua æquiualens, alter istorum est uidens. Et hæc: non isti sunt uidentes particularis negatiua: sicut & sua æquiualens, alter istorum non est uidens. Nempe utriusque de extremis pluralibus propositionis subiectum, includit coniunctionem disiunctiuam suam singulare geminatum connectentem. Quare ut hæc quatuor propositiones, uterque istorum est uidens,

& uterq; istorum non est uidens, alter istorum est uidēs,  
 & alter istorum nō est uidens, inter se habēt quatuor opo-  
 sitionum species: sic & hæc quatuor eis ostensæ æquiu-  
 ualentes, isti sunt uidentes, isti non sunt uidentes, non  
 isti non sunt uidentes, nō isti sunt uidentes, inter se qua-  
 drifariam opponuntur. Verum si in prima data ppositio-  
 ne, isti sunt uidentes, demonstratis per subiectum uno ui-  
 dente & altero cæco, pronomen includit coniunctionē  
 copulatiuam collectiue sumptam, & quæ geminet suum  
 singulare collectim acceptū: ipsa est falsa. Nā sensus est:  
 isti simul sunt plures uidentes: quod non est uerum, cum  
 sit solum unus uidens, & est singularis affirmatiua. Pro-  
 nomina enī primitiua & pluralia coniunctim accepta in-  
 cludentiaq; coniunctionem collectim sumptam, sunt ter-  
 mini singulares: & loco subiecti posita, reddunt propo-  
 sitionē singularem. Eius autē contradictoria est, isti nō sunt  
 uidentes, sumendo pronomen isti, collectim: ut in altera  
 sumebatur. Et hæc singularis, est negatiua uera. cum sensus  
 sit, isti omnes simul nō sunt uidentes: quod uerū est,  
 cum per hypothēsī sit unus non uidens. Etiam datæ p-  
 positionis contradictoria est hæc, non isti sunt uidentes,  
 capiēdo pronomen isti, collectim, cū æquipolleat prio-  
 ri singulari negatiuæ, isti non sunt uidētes: quandoquidē  
 nullum sit discrimen an negatio termino singulari præpo-  
 natur an postponatur. Et negatio præposita pronomini  
 collectim sumpto, nō demutat ipsum à pristina acceptio-  
 ne, neq; facit sumi disiunctim: cum negatio cadens in ter-  
 minum singularem, nullam in ipsam agendi uim habeat,  
 sed intactum, intransmutatūq; relinquat. Neq; ex dictis  
 sequitur duas istas propositiones: isti sunt uidentes, ca-  
 piēdo subiectum diuisiue in una, & in altera collectiue,  
 æquipollere: quia eandem habeant contradictoriam, nō  
 isti sunt uidentes. Nam hæc negatiua non est eadem secū-  
 dum nomen & rem, cum utriq; contradicit. Ut enim con-  
 tradictoria primæ, est particularis negatiua, includens  
 coniunctionem disiunctiuam diuisim sumptam. Ut uerò  
 contradictoria secundæ: est singularis negatiua includēs  
 coniunctionem copulatiuam collectiue sumptam. Neq;

sequitur: isti non sunt uidentes, capiēdo subiectum col-  
 lectim, ergo iste non est uidēs: quāuis sequatur subiecto  
 diuisim sumpto: cum demonstrato per subiectū consequē-  
 tis uidente, & seruata hypothēsī præposita, antecedens  
 est uerum & consequens falsum. Nā quāuis à copulato  
 diuisim sumpto, sicut & à tota copulatiua cui æquipol-  
 let ad partem copulati ualeat consequentia: non tñ à cop-  
 ulato cōiunctim sumpto, cū ad ipsum nō sequatur cop-  
 ulatiua. Ut nō sequitur: isti trahunt nauē, demonstratis  
 quatuor simul trahētibus, ergo iste, demonstrato uno, tra-  
 hit nauē: sumendo in antecedēte subiectū collectiue. Imò  
 si essent nouē uidētes & unus cæcus, illis decē demostra-  
 tis, uerū est dicere, isti non sunt uidētes, & quòd plures  
 sunt nō uidentes quā uidentes: nā decē sunt non uiden-  
 tes, & solum nouem uidentes. Et summam quādo plu-  
 ra diuerso & opposito modo se habentia demonstrantur:  
 de illis collectim sumptis uerē negatur terminus plura-  
 lis alterum illorum designans: imò utrunq; relatiuē, pri-  
 uatiuē, aut contrariē oppositorum, aut repugnantium de  
 illis uerē negatur. Ut si sit unus stans & alter sedens, hæc  
 est uera, isti non sunt stantes. Et etiam hæc, isti non sunt  
 sedentes. Sic de duobus quorum unum est album & al-  
 terum nigrum uerē dicitur: hæc non sunt alba, similiter  
 hæc non sunt nigra. In prædicatis autem contradictoriē  
 oppositis secus euenit: quorum si terminus pluralis fini-  
 tur de aliquo quod est, negatur: eius terminus infinitus  
 de eodem affirmabitur: cum non possint ambo dicibilia  
 contradictoria simul de eo quod est, negari. Sed his am-  
 plius quā par fuerit immoratum est: cum solum ad so-  
 phismata applicationem habeant.

## F A B E R.

¶ *Recta solutio, est defectus vel defectuum malæ argumen-  
 tationis manifestatio.*

¶ *In paralogismis, omne multiplex indistinctum parit cō-  
 fusionem.*

¶ *Omnis propositio argumentationis sophisticæ in qua est*



multiplex, ratioe cuius provenit fallacia, est distinguenda.  
 ¶ Fallacia æquiocationis, amphibologie, compositionis, divisionis & accentus, soluitur multiplex distinguendo, & defectum aut defectus manifestando, item & consequentiam distinguendo.

¶ Fallacia figuræ dictionis soluitur, consequentiam negando & defectum similitudinis manifestando.

¶ Hæc fallaciarum periculosissima est, & multe impietatis sedes.

¶ Fallacia accidentis, à secundū quid ad simpliciter, ignorantia elenchi, consequentis, non cause vt cause, secundum plures interrogationes vt vnā, soluitur consequentiam negando, & defectum aut defectus manifestando.

¶ Fallacia petitionis principij soluitur, aut antecedens negando, aut dubitando, aut defectum manifestando.

## CLICHTOVEVS.

- 26 ¶ Nō minoris est artis rectè paralogismos soluere, quàm eos componere: idcirco dato quocunq; paralogismo solvendo: respiciendum est an unum solum habeat defectum contra rectam argumentationem, quem manifestado datur recta solutio, ut paralogismi omnis canis est currēs ( intelligendo de cane domestico ) & sidus cæleste est canis: ergo sidus cæleste est currēs: recta solutio est ostendēdo medium æquiuoce sumi in maiore & minore: & idcirco argumentationem esse malam. Vel utrum datus paralogismus plures uno habeat defectus: quos iterum omnes manifestando datur recta solutio, ut animal est homo, & omnis equus est animal: ergo omnis equus est homo. Cuius recta quidem solutio est non ualere paralogismū, primo, quia maior est particularis in prima figura, secūdo, quia ex præmissa particulari syllogizatur conclusio uniuersalis. ¶ At quia multorū paralogismorum & argumētationum sophisticarū defectus contingunt ratione multiplici, siue propositionis plures sensus habentis: ideo

consequenter ponitur regula quod in argumētationibus sophisticis propositio multiplex nō distincta in diuersos sensus quos habet, facit fluctuationem intellectus, ambiguitate, & incertitudinem. Est enim multiplicitas, ut tenebræ aliquē locum occupantes, quæ ambulāt in ipsis faciūt errorem & ignorantia, ut nesciat oīno quod uadat. ita multiplici non distincto, intellectus quid uerum & quid falsum sit, discernere nequit. Proinde omne multiplex, quamuis etiā in omni sensu sit uerum, est distinguendum, ut canis est substantia. Tollit enim distinctio confusionē sicut lumen illatū depellit tenebras. Quod per se quentē regulā apertius docet, quæ dicit, quod oīs propositio siue posita in antecedente argumētationis sophisticæ siue in consequente, in qua quidē propositione ponit multiplex ratione cuius uenit fallacia, est distinguenda, ut si multiplex ponatur solum in maiore, sola maior est distinguenda. Si solum in minore, distinguenda est minor. Si in conclusione: conclusio. Si in maiore & minore: maior & minor distinguendæ sunt, & sic de alijs. ¶ Sequentis uerō regulæ quinque sunt partes. Prima, Fallacia æquiocationis, soluitur multiplex distinguendo, & defectū aut defectus manifestando, ut omne sanum est animal, & urina est sana: ergo urina est animal. Sanum æquiuocum est. Primo quod habet sanitatem, & sic maior est uera & minor falsa. Secundo: quod significat sanitatem, & sic maior est falsa & minor uera. & utroq; modo ex altera præmissarum falsa, sequitur conclusio falsa. Si uerō in maiore primo modo & in minore secundo modo accipiat: ex præmissis ueris sequitur conclusio falsa: sed committitur fallacia æquiocationis propter medium æquiuoce acceptum. ¶ Secunda pars est. Fallacia amphibologie soluitur multiplex distinguendo, & defectum aut defectus manifestando: ut omnis liber Aristotelis possidetur ab Aristotele, sed logica Sortis est liber Aristotelis: ergo logica Sortis possidetur ab Aristotele. Oratio, liber Aristotelis, est multiplex. Primo denotat habitudinem causæ efficientis, & significat idem quod liber compositus ab Aristotele; & sic maior

est falsa & minor uera. Secūdo denotat habitudinē possēssionis & significat idē quōd liber possessus ab Aristotele, & sic ediuerso maior est uera, & minor falsa. Et utroque modo ex altera præmissarū falsa, sequitur conclusio falsa. Si uerō in maiore secundo modo & in minore primo modo capiat: utraq; præmissarū uera est & conclusio falsa, sed ob fallaciā amphibologiæ quæ tūc cōmittitur.

¶ Tertia pars. Fallacia compositionis, soluit distinguendo multiplex & defectū manifestādo, ut quicūq; scit literas nunc, didicit illas, atq; grāmaticæ peritus scit literas: ergo nūc didicit illas. Oratio, quicūq; scit literas, nunc didicit illas, est multiplex. Primo cōposita, ut ad uerbū nunc, determinat uerbū didicit: & in eo sensu falsa est, ea eq; rectē sequitur conclusio falsa. Secundo est diuisa, ut in ea aduerbium determinat uerbum præcedēs scit, & in eo sensu est uera, sed non rectē sequitur cōclusio ob mutationē sensus diuisi in compositum.

¶ Quarta pars. Fallacia diuisionis, soluit distinguendo multiplex: & defectum, aut defectus manifestādo, ut quicquid uiuit semper, est. Sortes autem uiuit, ergo Sortes semper est. maior est duplex. Vel cōposita, ut aduerbium semper, determinat uerbum præcedens, & sic uera est; sed non rectē datam inferens conclusionem ob translationem determinatiōis ad aliud uerbum. Vel diuisa, ut in ea aduerbium determinat uerbum sequens, & sic est falsa, & rectē inferens conclusionem falsam.

¶ Quinta pars. Fallacia accentus, soluit distinguendo multiplex, & defectum manifestādo. Ut omne malum est fugiendum, pomum autem est malū: ergo pomum est fugiendum. malum penes accētum, uariū est. Primo in priore syllaba accentum habet breuē; & sic maior est uera & minor falsa. Secundo in eadem syllaba accentum habet longum, & sic maior est falsa & minor uera, & utroq; modo bene sequitur conclusio. Si autem in maiore accentum habeat breuem & in minore longum, ex utraq; præmissarum uera, infertur quidem cōclusio falsa, sed non rectē ob accētus mutationem.

¶ Sextæ regulæ de solutione paralogismorum fallaciæ figuræ dictionis exemplum, ut dolus & olus in eandem

exerunt

exerunt terminationem: sed dolus est masculini generis & secundæ declinationis, ergo & olus. Cuius admissa maiore & minore: negandum est consequens & consequentia. quia etsi data nomina in terminatione cōueniunt; nō tamen oportet ipsa idcirco in genere & declinatione conuenire.

¶ Hæc autem fallaciā periculosissima dicitur, quia opponitur loco dialēctico efficacissimo ad quidpiā probādum, scilicet loco à simili, qui innititur analogijs, quod sanè docendi genus facillimum est & scientijs accōmodatissimum. Et sicut argumentando in his, penes quæ est similitudo, peruenitur ad dignissimas cognitiones: ita contrā argumentando in ijs in quibus est dissimilitudo (quod fit per fallaciā figuræ dictionis præ se ferentem speciem loci à simili, sed ab eo longè declinante) quis desuoluitur in errorem & ignorantiam, hinc multa impietatis sedes dicitur.

¶ Subiūcta autem regula docet omnes fallacias extra dictionem (excepta fallacia petitiōis principij) eodem modo soluendas esse, scilicet negando cōsequentiā, & defectum manifestando.

¶ De fallacia accidentis exemplum, ut cuiuslibet contradictionis altera pars est uera, at propositio, homo est asinus, est contradictio altera pars: ergo propositio hō est asinus, est uera. Cuius cōcessa maiore & minore, negādū est cōsequens & cōsequentiā, quia in eo plus sumit pro medio in prædicatione minoris, quā fuerit distributum in subiecto maioris quod est contra naturam syllogismi.

¶ De fallacia secundæ quid ad simpliciter exemplum, ut Adam est ens intelligibile, ergo Adam est ens, Cuius admissio antecedente, negetur consequens & consequentiā, quia in eo fit argumentatio à parte in modo ad suum totum cum determinatione ampliante, quod est contra illius loci reſtitutionem.

¶ De fallacia ignorantie elenchi: ut quatuor sunt duplum ad duo, & non sunt duplum ad tria: ergo quatuor sunt duplum & non sunt duplum. Cuius utraq; antecedentis parte admissa, negādum est consequens & cōsequentiā: quia omittitur particula, ad idem, requisita ad contradictionem.

¶ Fallaciæ consequentis exemplum. Ut si pluit, terra est madida; ergo si terra est madida, pluit.

H

Cuius concessio antecedente, negandum est consequens & consequentia: quia in data consequentia, quæ non cõueritur, non rectè ex consequente sequitur antecedens. ¶ Fallaciæ non causæ ut causæ exemplum; ut omne animal est substantia, & omne animal est irrationale, omnis autem homo est animal: ergo omnis homo est irrationale: his. Conclusio est falsa, igitur & aliqua præmissarum; & non hæc, omnis homo est animal, igitur ista, omne animal est substantia. Cuius admissio toto assumpto, negandum est consequens & consequentia: quia male interimitur est consequens superflua, omne animal est substantia, cum nõ sit causa falsitatis cõclusionis: sed fuerat interimenda præmissa falsa, omne animal est irrationale. ¶ De fallacia secundum plures interrotationes, ut unam, exemplum, uno demonstrato ut cæco, & uno uidente, sũntne hi uidentes uel cæci? Si dixeris nõ uidentes; ergo hic (demonstrato uidente) non uidet, si respõderis non cæci; ergo hic (demonstrato cæco) non est cæcus, negatur consequentia: quia ex illa responsione una data, non bene concluditur, antecedens enim uerum & consequens falsum, ne tamen sophista in talibus interrotationibus apparenter cõcludat: dandæ sunt plures respõsiones: ut hic uidet & hic cæcus est. ¶ In fallacia deniq; petitiõis principij (ut ulimã docet regula) si antecedens est falsum: soluitur paralogismus, negando ipsum antecedens: ut omne animal est lapis, ergo omnis homo est lapis. Cuius cum falsum sit antecedens: minimè probat conclusionem. Si uerò antecedens fuerit dubium, æquè ignotum uel magis ignotum quã consequens, soluitur paralogismus dubitando antecedens: ut æthiops est ambulans, ergo aliquis homo est ambulans. Cuius dubitandum est antecedens, cũ nequaquam constet eius ueritas. Similiter homines habitâtes in India sedens, ergo homines sedent. Antecedens cum ignotus sit conclusione, dubitandum est.

Ars Obligationum.

DIVISIONES.

¶ Obligatio.

Positio.

Depositio.	Particularis negatiua.
Positio dubitationis.	Particularis affirmatiua.
Positio distinctionis.	tiua.
¶ Positio,	Singularis affirmatiua.
Categorica.	Singularis negatiua.
Hypothetica.	¶ Hypothetica,
¶ Categorica,	Conditionalis.
Vniuersalis affirmatiua.	Copulatiua.
Vniuersalis negatiua.	Disiunctiua.

CLICHTOUEVS.

¶ Diuiditur primum obligatio in quatuor species ordinè suppositas. Quarum quælibet subdiuiditur sicut enuntiatio siue propositio: ut positio, in positionem categoricam & hypotheticam. Positio categorica, in positionem uniuersalem affirmatiuam uniuersalem negatiuam, particularem affirmatiuam, particularem negatiuam, sub qua & indefinita continetur, singularem affirmatiuam singularem negatiuam. Positio hypothetica diuiditur in positionem conditionalem, copulatiuam & disiunctiuam. Aliæ tres obligationis species consimiliter diuidantur. ¶ Deinde ponitur obligationis diffinitio, in qua deuinctio, generis locum obtinet, idem significans quod ligatio, astrictio, siue coartatio qua opponens astringit respondentem ad aliquid propositum, hoc est propositionem ostendendam; secundum aliquem respondendi modum, scilicet uel concedendo, uel negando, uel dubitando, uel distinguendo. Secundum quos quidem quatuor respondendi modos, sumuntur quatuor species obligationis.

FABER.

Obligatio, est ad aliquod propositum ostendendum, secundum aliquem respondendi modum deuinctio. Deuinctio, ligatio.

¶ Modi respondendi, sunt concedere, negare, dubitare, distinguere. Propositio, propositum, enuntiatio, enuntiabile;

**P**ositio, est ad aliquod propositum concedendum obligatio.

**D**epositio, est ad aliquod propositum negandum obligatio.

**D**epositio dubitationis, est obligatio ad aliquod propositum dubitandum. Positio distinctionis, est obligatio ad aliquod propositum distinguendum.

**P**ositio categorica, est ad propositionem categoricam concedendam obligatio.

**P**ositio vniuersalis affirmatiua, est ad vniuersalem affirmatiuam concedendam obligatio. Et cetera per analogiam.

## CLICHTOVEVS.



Mnis aut obligatio, ex nota obligationis constat & obligato. Nota obligationis est uerbum quo opponens obligationem respondendi inueniat: ut pono tibi istam, est nota positionis depono tibi istam: nota depositionis. dubie pono tibi istam: dubie positionis. pono tibi istam distinguendam: nota est positio nis distinctionis. Obligatum aut, est propositio in obligatione cum nota obligationis sumpta: ut pono tibi istam ois homo est dormiens. propositio, ois homo est dormiens, est obligatum. Obligatio uero, est aggregatum ex nota obligationis & obligato. **P**ropositum aut hoc in loco, est propositio per obligationem proposita & ostendenda. Et uocatur interdum propositio, interdum enuntiatio, interdum enuntiabile: que quidem quatuor hic idem significat. **D**einceps obligationis species diffiniuntur: quarum prima scilicet positio, est obligatio ad concedendam propositionem propositam: ut pono tibi istam, ois homo est uigilans, hoc est, obligo te ut eam concedas. Depositio uero, est obligatio ad negandum propositionem propositam: ut depono tibi istam: aliquis homo non est uigilans, hoc est, obligo te ut eam neges. Positio dubitationis, est obligatio ad dubitandum propositionem propositam, ut dubie pono tibi istam

omnis homo habitans in India dormit: hoc est, obligo te ut eam dubites. Positio distinctionis, est obligatio ad propositionem propositam distinguendam: ut pono tibi hanc distinguendam, omnis canis est animal, hoc est, obligo te ut eam distinguas. Positio categorica, est ad propositionem categoricam concedendam positio, & hypothetica ad hypotheticam. & ita de alijs speciebus: ut speciale nomen positum ad diffinitum, etiam ponatur in diffinitione, quod per analogiam facile factum.

## Regulæ Obligationum.

F A B E R.

- 1 **N**unquam due adinuicem contradictorie sunt simul concedende aut negande.
- 2 **I**mpossibile nunquam concedendum est: aut necessarium negandum.
- 3 **Q**uoties positum infra tempus obligationis tibi propositum fuerit: ipsum est concedendum.  
**P**ositum, est propositio per positionem concessa.
- T**empus obligationis, est tempus totius disputationis aut quousque ad repugnans opponens obliget respondentem.
- 4 **O**mnne sequens exposito, infra tempus obligationis concedendum, & repugnans negandum est. Consequens sequens, & pertinens sequens, idem.

## CLICHTOVEVS.

- 1 **P**rima regula obligationum, intelligitur de duobus contradictorijs nunquam simul quod in eadem obligatione aut concedendis aut negandis: quia in diuersis obligationibus nihil prohibet utraque contradictoriarum concedere aut negare: cum diuersæ obligationes ab eodem fiant pro diuersis temporibus: quare illarum propositionum in diuersis obligationibus propositarum copulæ non accipiuntur pro eodem tempore: & ergo reuera non sunt contradictoria. **S**i quis igitur unam contradictoriarum in obligat

tionē concesserit: non debet durante tempore illius obligationis etiam in altera temporis particula alteram concedere. Quoniam omnium propositionum infra tempus obligationis propositarum, copulæ pro eodem tempore accipiuntur & ita cōcedendæ aut negandæ sunt propositiones ac si omnes in eadem temporis parte essent positæ. Vt si ista sit concessa per obligationem, omnis homo dormit; deinde interiecto aliquanto tempore & inter ea alijs propositionibus propositis, proponatur in eadem obligatione ista, aliquis homo non dormit, non est ipsa concedenda: quoniam si concederetur, admitteretur esse uera pro eodem penitus tpe pro quo sua contradictoria fuerat cōcessa: quare duæ cōtradicoriæ essent simul ueræ. Similiter si fuerit hæc negata, ois homo uigilat: non est sua contradictoria etiã post interpositam temporis moram neganda. Alioqui duæ contradictoriæ admitterent esse simul falsæ. ¶ In secunda regula, impossibile idem est quod propositio impossibilis, que nunquã in obligatiōe est concedenda, cum per diffinitionem sit semper falsa, ut omnis homo est lapis. Necessarium uerò, idem est quod propositio necessaria, quæ in obligatione nunquam est neganda cum per diffinitionem sit semper uera, ut ois homo est animal. ¶ Propositio autem possibilis: cū primo loco proposita fuerit, semper est concedenda, quamuis etiam sit falsa, ut si primo ponatur ista, omnis homo est ambulans; tamen sit falsa sit, tamen est concedenda. Deinde cæteræ propositiones que subinde proponentur secundum habitudinem ad primo positam propositionem, aut concedendæ sunt aut negandæ; euitandumq; est ut quamuis fuerit concessum falsum; quia tamen possibile est, ex eo non concedatur, neq; permittat sequi impossibile. ¶ Tertia regulæ exemplum. Vt pono tibi istam, omnis homo dormit, concedatur, quia possibile est, deinde propono tibi istam, tu es homo, concedatur, quia est impertinens uera. Deinceps propono hanc, tu dormis; concedat quia sequitur exposito & concessio, deinde propono hanc, tu scribis, negetur; quia est repugnans concessio. Iterum propono tibi istam, omnis homo dormit; concedatur, quia

est propositio prius per obligationem concessa. Deinde propono hanc, nullus homo uigilat; cōcedatur, quia sequitur ad positum per locum à repugnantibus. Postea propono istam, tu non uigilas; concedatur, quia sequitur ex concessio per locum à toto in quantitate. deinde, propono hanc, tu uides; negetur, quia repugnat concessio. Postea hæc, tu respondes ad positum; negetur. Inde hanc; tu disputas per obligationem negetur, quia repugnans concessio. Deniq; propono propositione primo, positã ois homo dormit; iterum ea concedat. Et si deinde interuallo tēporis facta, alijsq; propositis propositionibus eadem denuo proponatur, est concedenda quotiescunq; etiã id fiat. ¶ Quonia si prius per positione concessa postea in eadem obligatione negaretur; idem simul cōcederetur & negaretur, quod est contra primã regulam: cū tunc simul concederent, aut negarent duæ propositiones contradictoriæ. Tempus autē obligationis, est totū tēpus quo opponens, per obligationem factã, disputat cum respondente; aut quousq; ex consensu opponentis finit obligatio prior, & opponens obligat respondentē alia obligatione ad aliud propositum. Quod cū facit opponens, dicit respondenti cedat tēpus obligationis: quo quidē admisso, incipit noua obligatio & nouum obligationis tempus. ¶ Quarta regula, duas habet partes. Prima, omne sequens exposito infra tēpus obligationis, est concedendum. Sequens exposito, est propositio q̄ sequitur ad positum. Vt si ponat ista, omnis homo est Romæ; admittatur, quia possibile. Deinde proponatur ista, nullus homo est Parisij; concedatur, quia sequitur ad positum, ois homo est Romæ, per locū à repugnantibus. Similiter si ponatur ista, ois homo est mortuus, admittatur: quia possibile. Deinde proponat ista, nullus homo est uiuens; est concedenda, quia sequitur ad positum, per locū à repugnantibus. ¶ Vnde constat aliter in obligatione respondendum esse, quam extra obligationem. Nam aliqua propositio in obligatione est concedenda: que extra obligatione esset neganda: ut in priore exemplo propositio, nullus homo est Parisij, est cōcedenda, quia sequens exposito, extra tñ obligatione esset neganda, quia falsa, Verū

in obligatione non tã ueritatis, aut falsitatis propositio-  
 num habetur ratio, quã habitudinis earũ ad propositio-  
 nem positam, aut propositiones prius propositas. Con-  
 siderandũ est enim utrũ propositiones posterius propo-  
 sitæ sunt cõsequentes, repugnãtes, aut impertinentes ad  
 propositiones ante propositas: & secũdũ illius exigẽtiã  
 6 sunt cõcedendæ, aut negãdæ. ¶ Ad quod faciliẽ & prom-  
 ptẽ cognoscendũ, opus est prõptitudine & exercitatiõẽ  
 in locis dialecticis & cãteris argumentationum formis.  
 Ad quas perspiciendas si quis tardiusculus fuerit: faciliẽ  
 ab acri opponente ducetur ad incõueniens. Similiter ali-  
 qua propositio in obligatiõẽ est neganda, quæ extra obli-  
 gationẽ esset cõcedẽda, ut cũ hæc fuerit posita ois homo  
 est Romæ, & admittitur: proponatur ista, aliquis homo est  
 Parisij, est negãda, quia repugnãs posito, & tamen extra  
 obligationẽ esset cõcedẽda, quia uera. ¶ Secũda pars est,  
 Omne repugnans posito infra tẽpus obligationis est neg-  
 gandũ. Repugnans posito, est propositio quæ nõ potest  
 simul esse uera cũ posito, ut posita hac propositione, ois  
 hõ est Romæ, & admittitur, quia possibilis: pponatur  
 hæc, aliquis homo est Parisij: neganda est, quia repugnãs  
 posito. Nõ enim possunt hæc duæ simul esse ueræ, omnis  
 7 homo est Romæ, & aliquis homo est Parisij. ¶ Quo fit  
 ut multũ interfit quo ordine & loco quæq; propositio  
 in obligatione proponatur: nã aliqua propositio in obli-  
 gatione primo loco posita, est concedenda: quæ si secũdo  
 loco proponeretur esset neganda. Et propositio secũdo  
 loco posita est neganda: quæ si primo loco proponer-  
 retur, esset concedenda, ut si ista ponatur primo, omnis  
 homo est Romæ, est concedenda: & deinde proponatur  
 ista secũdo loco, aliquis homo est Parisij: est neganda  
 quia repugnãs posito. si cõtrã, primo loco ponatur ista,  
 aliquis hõ est Parisij: est cõcedẽda, quia possibilis. & se-  
 cundo loco subinde posita ista: omnis homo est Ro-  
 mæ: est neganda, quia repugnans posito. Et huius ratio  
 est, quia uariatio ordinis & loci propositionis proponẽ-  
 dæ mutat habitudinem eius ad alias propositiones, ut in  
 prima obligatiõẽ prima propositio, omnis homo est Ro-

mæ, quia primo loco posita, non est repugnans posito.  
 In secũda uerò obligatione & cõuerfa, ipsa secundo loco  
 posita: est repugnans posito. Et in prima obligatione,  
 secũda propositio, aliquis homo est Parisij, est repugnãs  
 propositioni prius posita: ideoq; neganda. In secunda ue-  
 rò, est propositio primo posita & possibilis: ergo admit-  
 tenda. Quare multum refert, quo ordine propositiones  
 disponentur.

## F A B E R.

- 5 ¶ Ad impertinens, infra tempus obligationis & extra si-  
 militer est respondendum.
- ¶ Impertinens alicuius, est quod ad ipsum nec sequitur,  
 nec repugnat.
- 6 ¶ Omnis propositio sequens à te concesso, est concedenda.  
 & eius opposita, aut repugnans infra tempus obligatio-  
 nis est neganda.
- 7 ¶ Quicquid sequitur ex posito, aut concesso cum opposito  
 bene negati, infra tempus obligationis est concedendum.
- 8 ¶ Repugnans posito & opposito bene negati, infra tẽpus  
 obligationis est negandum.

## C L I C H T O V E V S.

- 5 ¶ Quinta regula docet ad impertinens siue positi, siue  
 concessi, ad cuiuscunq; alterius in obligatione proposi-  
 ti: eodem modo respondendum esse infra tempus obliga-  
 tionis sicut extra, & ac si nulla facta esset obligatio, nam  
 si impertinens est uerum: ipsum est concedendum, si uerò  
 falsum: negandum, ut si ponatur ista, omnis homo est  
 dormiens, & admittatur, deinde proponatur ista, tu es  
 homo: est concedenda, quia est impertinens posito & ue-  
 ra, non enim sequitur ad positum, omnis homo est dor-  
 miens neq; ei repugnat, cum possent ambæ simul esse ue-  
 ræ. Similiter si ponatur ista, omnis homo est Romæ, &  
 admittatur, quia possibilis, deinde proponatur ista, tu  
 es Romæ (demonstrato eo qui est Parisij) est neganda.

quia est impertinens posito & falsa, neq; enim ista, tu es Romæ, sequitur ad hanc, omnis homo est Romæ, neq; ei repugnat, nam potest simul cum illa stare in ueritate. Quod non sequatur, patet, quia non bene sequitur, ois homo est Romæ, ergo tu es Romæ, cum possibile sit antecedens esse uerum, consequente existente falso, posita scilicet hypothesi, quod tu nō sis. Quod si quis obijciat ibi esse argumentationem à toto in quantitate ad suā partem: respondendum est huiusmodi argumentationem esse inualidam, quia per prædictum locū affirmatiuē arguendo, debet in antecedente poni constantia partis in quantitate, in uulgaribus saltem propositionibus quales sunt

8 hæ in quibus fiunt obligationes. ¶ Nam in propositionibus ad disciplinas pertinentibus: minime obligatio faciēda est. Sunt enim hæ ad dignas contemplationes & æternas ueritates cognoscendas ordinandæ: nō ad legē hanc doctrinam & nullius momenti artem accommodandæ. In data autem argumentatione constante ex propositionibus uulgaribus, huiusmodi cōstantia prætermittitur: quare nō est bona. ¶ Sexta regula duas habet partes. Prima, omnis propositio sequens à te concessa, est cōcedēda. Nec ab re quidem, nam concessa antecedente, & consequens concedere necesse est. ¶ Propositio sequens à te concessa, est propositio quæ sequitur ad propositionem à te in obligatione cōcessam, præsertim eam quæ non est posita, quia de posito intelligitur quarta regula, ut si ponat ista, omnis homo est uigilans & concedatur, quia possibilis: deinde proponatur ista, tu es uigilans (demonstrato uigilante) est concedenda (quia impertinens posita & uera) p̄ quintā regulā. Deinde proponatur ista, aliquis homo est uigilans: est concedenda, quia sequitur ad concessum, tu es uigilans: ab inferiori ad superius. Deinde proponatur ista, non omnis homo est dormiens, etiam est concedenda, quia sequitur ad concessum aliquis homo est uigilans, per locum à repugnantibus, deinde proponatur ista, non omne animal dormit: est concedenda, quia sequitur ex concessa cum hypothesi subiecti hoc modo, non omnis homo est dormiens, & aliquis homo est (quæ se

quitur ex concessa aliquis homo est uigilans) ergo non omne animal est dormiens: ab inferiori cum cōstantia subiecti antecedentis, ad superius particulariter sumptum.

¶ Secunda pars est. Oppositum, aut repugnans propositionis sequentis ad propositionem à te concessam, est negandum. Et merito, nam si una contradictorium, aut repugnantium conceditur uera: altera simul est neganda, ut in prædicto exemplo si post hanc propositionem, tu es uigilans & concessam proponat ista, nullus homo est uigilans est neganda: quia est opposita istius, aliquis homo est uigilans, quæ sequitur ad propositionem, tu es uigilans, à te concessam. Similiter si eodem loco & ordine proponatur ista, omnis homo est dormiens, est neganda, quia est opposita istius, aliquis homo est uigilans, quæ sequitur ad propositionem, tu es uigilans, à te concessam. ¶ Quod si quis post hanc concessam tu es uigilans, gratia exercitationis cōcedat istam, nullus homo est uigilans, sic argumētandū est, bene sequitur, tu es uigilans, ergo aliquis homo est uigilans, antecedens cōcessum est, est igitur concedendum & consequens. Et simul ista est concessa, nullus homo est uigilans, quæ est cōsequentis prædicti contradictoria, cōceduntur igitur duæ contradictoriæ, quod est contra primā regulam. Et insuper, si quis post istam concessam, tu es uigilans concesserit istam, omnis homo est dormiens, sic cōtra cum est argumentandum, tu es uigilans, ergo aliquis homo est uigilans, ab inferiori ad superius particulariter sumptum: antecedens autem est concessum; ergo & concedendum est consequens. Et ista simul est concessa, omnis homo est dormiens sua repugnans, quia non potest simul esse uera cum dato consequente: ergo duæ repugnantes sunt simul ueræ quod est contra diffinitionem repugnantium. ¶ Nam ex illo

10 sequitur duas contradictorias simul esse ueras. Cum enim hæ duæ sint repugnantes, omnis homo est dormiens, & aliquis homo est uigilans: ergo oppositum contradictoriū secundæ repugnantis, sequitur ad primum repugnans. Quoniam si duæ propositiones fuerint repugnantes: oppositum primi sequitur ad secundum, &

oppositum secundi ad primum identidem sequitur. Res est igitur hoc modo syllogizare licet, omnis homo est dormiens; ergo nullus homo est uigilans. Atqui concessum est antecedens uerum; ex quo consequens astringitur: & ista simul concessa est uera, aliquis homo est uigilans. Sunt igitur concessæ dux adinuicem contradictoriæ: quod est contra primam regulam. Quare si conceditur dux repugnantes, simul conceduntur dux contradictoriæ. ¶ Septima 7 regula etiam duas habet partes: ad quartam primam intelligendam, præmittitur hæc regula ex quarta & sexta composita. Omnis propositio sequens exposito & concessio infra tempus obligationis, est concedenda. Nam propositio sequens exposito, est concedenda per quartam: & propositio sequens ex concessio, etiam est concedenda per sextam; ergo propositio sequens exposito & concessio simul assumptis, est concedenda. Nempe huiusmodi copulatiua cuius prima pars est positum & secunda concessum, est copulatiua cuius utraq; pars est concessa, cum omne positum sit concessum, sed non ediuersio; ergo & tota copulatiua est concessum. At quicquid sequitur ex concessio, infra tempus obligationis est concedendum: igitur huiusmodi copulatiue consequitur exposito & concessio consequens est concedendum: ut si ponatur tibi ista: omnis homo est in India: & admittatur, quia possibilis. Deinde proponatur ista, tu es homo: concedenda est, quia impertinens uera. Deinde proponatur ista, tu es in India: concedenda est, quia sequitur exposito & concessio. Nam bene sequitur: omnis homo est in India, & tu es homo, igitur tu es in India. Quod si immediate post positum fuisset ista secundo proposita loco, tu es in India, fuisset neganda: quia impertinens falsa. Et deinde si tertio loco fuisset ista proposita, tu es homo, fuisset neganda, quia repugnans positum & opposito bene negati. Similiter si proponatur ista, nullum animal loquitur: admittenda est, quia possibilis. Deinde proponatur ista, omnis homo est animal: admittenda est, quia impertinens uera. Tertio proponatur ista, nullus homo loquitur concedenda est, quia sequitur exposito & concessio, sic in secundo primæ, nullum animal loquitur, & omnis homo

est animal, ergo nullus homo loquitur. Quarto proponatur ista, tu es homo. concedenda est, quia impertinens uera. Quinto proponatur ista, tu non loqueris, etiam est concedenda. sequitur enim ex duobus prius concessis sic, nullus homo loquitur, & tu es homo: ergo tu non loqueris. Si deinde proponatur ista, tu respondes ad propositio nem in obligatione tibi propositam: est neganda, nam ex ea sequitur oppositum concessio, nam recte sequitur, tu respondes, ergo tu loqueris. Similiter ergo aliquis homo loquitur, & etiam ergo aliquod animal loquitur, quarum oppositæ sunt concessæ. Si deinde proponatur ista, tu negas propositionem tibi propositam est neganda, quia ex ea sequitur oppositum concessio & positum. ¶ Modo 12 omnis propositio ex qua sequitur oppositum concessio aut positum, est neganda. Patet, quia repugnans positum aut concessio est negandum, ut prima regula satis declarat. At huiusmodi propositio ex qua sequitur oppositum positum aut concessio, repugnat positum & concessio: sicut & oppositum positum aut concessio: nam cuiuscumque repugnat consequens, eidem repugnat & antecedens: sicut quicquid repugnat consequenti repugnat & antecedenti. Est igitur propositio ex qua sequitur oppositum positum aut concessio sine neganda. Istis præsuppositis, prima septimæ regulæ pars est. Quicquid sequitur exposito cum opposito bene negati: infra tempus obligationis est concedendum. ¶ Oppositum bene negati, est propositio opposita alteri 15 propositionis prius bene negati. Patet: quia quicquid sequitur exposito cum concessio: infra tempus obligationis est concedendum. At quicquid sequitur exposito cum opposito bene negati: sequitur exposito cum concessio. Nam si aliqua propositio est bene negata: eius contradictoria est æquiualeter concessa: ergo quicquid sequitur exposito cum opposito bene negati: infra tempus obligationis est concedendum: ut ponatur ista: omnis homo est Romanus, & admittatur, quia possibilis. deinde proponatur ista, tu es Romanus, demonstrato eo qui est Parisius, est neganda, quia impertinens falsa. Deinde proponatur ista, tu non es homo, est concedenda: quia sequitur ex



posito & opposito bene negati, hoc modo, omnis homo est Romæ, & tu non es Romæ, ergo tu non es homo. Maior est positum, ergo & concessa. Minor est oppositum bene negati, & ergo etiam concessa: ergo & conclusio est concedenda. Contrà, si posita hac propositione, omnis homo est Romæ, proponatur ista, tu non es homo: ipsa est neganda, quia impertinens falsa. Deinde proponatur ista, tu es Romæ, est concedenda, quia sequitur exposito cum opposita bene negati hoc modo, omnis homo est Romæ, & tu es homo: ergo tu es Romæ. Maior est concessa, quia positum, & etiam minor, quia oppositum bene negati: ergo & conclusio est concedenda, & hoc secundum exemplum est consequens ad primum. ¶ **S**ecunda pars est. Quicquid sequitur ex concessio cum opposito bene negati: infra tempus obligationis est concedendum. Nam quod sequitur ex concessio cum opposito bene negati, sequitur ex concessio cum altero concessio sumptis: siue ex duobus concessis. At quod sequitur ex duobus concessis simul sumptis, est concedendum. Nam concessio antecedente & consequens concedere oportet: ergo quod sequitur ex concessio cum opposito bene negati est concedendum, ut si ponatur ista, nullum animal uigilat, admittatur, quia possibilis; deinde proponatur ista, omnis homo est animal: est concedenda, quia est impertinens uera. Rursum proponatur ista, nullus homo uigilat: est concedenda, quia sequens ad duo prius concessa: hoc modo. Nullum animal uigilat, & omnis homo est animal: ergo nullus homo uigilat. Deinceps proponatur ista, tu non es homo, est neganda, quia impertinens falsa. Denique proponatur ista, tu non uigilas: est concedenda, quia sequitur ex concessio cum opposito bene negati hoc modo. Nullus homo uigilat, & tu es homo: ergo tu non uigilas. Maior est concessa, similiter & minor, quia est oppositum bene negati tu non es homo: ergo & conclusio est concedenda. ¶ **O**ctaua regula dicit, quod propositio repugnans copulatiuæ constituta exposito, una ei<sup>9</sup> parte, & opposito bene negati altera eius

14

gnat copulatiuæ quando repugnat alterutri partium copulatiuæ, nam quicquid repugnat cōsequenti, repugnat & antecedenti: ut huic copulatiuæ, omne sedens est animal, & omnis homo est sedens, repugnat ista, aliquis homo est ambulans: quia ipsa repugnat secundæ parti copulatiuæ quæ sequitur ad totam copulatiuam. Aut quando ad illam categoricam sequitur oppositum siue repugnans alterius partis copulatiuæ, ut ad istam, aliquis homo est ambulans, sequitur ista, non omnis homo est sedens, quæ est opposita & repugnans secundæ parti copulatiuæ: ergo eidem secundæ parti repugnat datū antecedens, nam cuiuscumque repugnat consequens, eadem repugnat & antecedens. ¶ **T**ertio, si ad datam propositionem cum una parte copulatiuæ proposita sequitur oppositū alterius partis: illam copulatiuæ repugnare est necesse. Quæ sic ostenditur. Sit data copulatiua, omne animal est uigilans, & omnis homo est animal, & præter eam proposita propositio, quidam homo non est uigilans: ad quam cum secunda parte copulatiuæ datæ sequitur oppositum primæ partis in quinto tertiæ sic, quidam homo non est uigilans, & omnis homo est animal: ergo quoddam animal non est uigilans. Dico propositionem, quidam homo non est uigilans repugnare datæ copulatiuæ. Nam si non repugnet, stet igitur cum data copulatiua: poterit ergo simul esse uera cum ea, per definitionem simul stantium. Itaque ponatur simul esse uera, erit igitur data propositio uera simul & copulatiua uera, quare per definitionem utraq; pars copulatiuæ est uera, igitur prima eius pars, omne animal est uigilans est uera, similiter & secunda pars, omnis homo est animal. Tunc sic, bene sequitur per hypothesin, quidam homo non est uigilans, & omnis homo est animal, ergo aliquod animal non est uigilans. Maior concessa est uera, similiter & minor: ergo & conclusio est uera. Et simul eius contradictoria concessa est uera: sunt igitur duæ contradictoriæ simul ueræ, quod est impossibile. Similiter ostenditur eius conuersa, quod si data propositio copulatiuæ, repugnet: ad illam cum una parte copulatiuæ sequitur oppositum alter

rius partis. Vt propositio, quidam homo non est uigilās repugnet huic copulatiuæ, omne animal est uigilans, & omnis homo est animal. Dico ad datā propositionem cū secunda parte, omnis homo est animal: sequi oppositum primæ partis, & hic esse bonam consequentiam: quidam homo non est uigilans, & omnis homo est animal, ergo quoddam animal non est uigilans. Nam si non sequatur, fit gratia disciplinæ antecedens uerum & consequens falsum. Cum cōsequens sit falsum, eius cōtradicitorium, omne animal est uigilans, per principium contradictorium, est uerum. Et quia antecedens est uerum per hypothesein, & sit una copulatiua, eius utraq; pars est uera. Quare prima pars, quidā homo nō est uigilans, est uera: & etiā secunda omnis homo est animal. Tunc sic. Ista est uera, omnis homo est animal, & ista similiter, omne animal est uigilās, & omnis homo est animal, utraq; pars est uera: quare per diffinitionē tota copulatiua est uera, & simul ista ostensa est uera, quidam homo non est uigilans: quæ posita est repugnare copulatiuæ. Sunt igitur duæ propositiones repugnantes simul ueræ, quod est contra repugnantium diffinitionem. ¶ Itaq; illa propositio repugnat posito & opposito bene negati: cuius oppositum sequitur ad positum & oppositum bene negati. ¶ Nam si ad duarum propositionum primam sequitur cōtradicitorium secundæ: & ad secundam contradictorium primæ, illas inter se repugnare est necesse. Quod sic demonstrat. Sint datæ propositiones, nullum animal est uigilans, & aliquis homo est uigilās. Ad quarum primam sequitur contradictorium secundæ sic, nullum animal est uigilās, ergo nullus homo est uigilans: & e contra ad secundam sequatur cōtradicitorium primæ sic, aliquis homo est uigilans, ergo aliquod animal est uigilās (si enim ad duarū propositionum primam sequitur contradictorium secundæ, necesse est, & ad secundam sequi contradictorium primæ ex opposito consequentis.) dico datas propositiones inter se repugnare. Quod si quis dubitet: ponat gratia disciplinæ eas non repugnare: ergo per diffinitionem possunt

possunt simul esse ueræ. Ponantur itaq; ueræ in eodē tempore quod sit a. Per hypothesein bene sequitur, nullū animal est uigilans, ergo nullus homo est uigilans, ad primā scilicet contradictorium secundæ. Sed antecedens concessum est uerum, ergo & consequens. Et eius contradictoria aliquis homo est uigilans, etiam concessa est uera. Sūt igitur duæ contradictoriæ simul ueræ, quod est impossibile. Consimiliter ostenditur huius propositionis cōuersa quæ est: si duæ propositiones adinuicem repugnant: ad primam sequitur contradictorium secundæ, & ad secundam contradictorium primæ. Vt sint hæ propositiones, nullum animal est uigilans, & aliquis homo est uigilans adinuicem repugnantes. Dico bene sequi: nullum animal est uigilans, ergo nullus homo est uigilans, item & bene sequi, aliquis homo est uigilans, ergo aliquod animal est uigilans. Patet, quia si non sequatur primum: fit antecedens, nullum animal est uigilans uerum, & consequens nullus homo est uigilans falsum per diffinitionem malæ consequentiæ. Quia consequens est falsum per hypothesein, eius contradictorium, aliquis homo est uigilans est uerum, & ipsum est positū repugnans propositioni nullum animal est uigilans, etiam positæ ueræ. Sunt igitur duæ repugnantes simul ueræ quod est incōueniens: quare data consequentia erat bona. Secunda patet ex opposito consequentis primæ. ¶ Sed ad positam octauæ regulæ declarationem reuertendo, eius tale sumatur exemplum. Sit hæ posita nullus homo est Parisij, & concessa, quia possibilis. Deinde proponatur ista, tu non es homo, est neganda quia impertinens falsa. Postea proponatur hæc, tu es Parisij, ipsa est neganda, nam repugnat posito & opposito bene negati: cum eius oppositum tu non es Parisij, sequatur ad positum & oppositum bene negati hoc modo. Nullus homo est Parisij, & tu es homo, ergo tu non es Parisij. At ista, tu es Parisij, repugnat sequenti cum sit eius cōtradicoria, ergo etiam repugnat antecedenti: cuius prima pars est positū, & secūda oppositum bene negati. Similiter sit hæ posita, omnis homo dormit & concessa. Deinde proponatur ista, tu non es

homo: est neganda quia impertinens falsa. postremo pro  
ponatur ista, tu nō dormis: est neganda per hanc regulā.

## FABER.

- 9 ¶ *Depositum, infra tempus obligationis est negandum.*  
Depositum enim est propositio, quæ per depositionem est  
negata.
- 10 ¶ *Antecedens depositi est negandum: & eius oppositum  
infra tempus obligationis est concedendum.* Antecedens  
depositi, est propositio ad quam depositum sequitur.
- 11 ¶ *Positum dubitationis, infra tempus obligationis est dus  
bitandum.* Positum dubitationis, est propositio per pos  
itionem dubitationis dubitata.
- 12 ¶ *Antecedens dubiè positi, est aut dubitandum, aut negan  
dum.* Dubiè positum, positum dubitationis.
- 13 ¶ *Antecedens dubiè positi non est cōcedendum: neq; eius  
oppositum negandum est.*  
¶ *De positione verò distinctionis, non est alia difficultas  
in obligatione quàm extra obligationem: ideo de ea nihil  
meminerunt: nec de ea formandæ sunt regulæ.*
- 14 ¶ *In arte obligatoria, aliqua vniuersalis est concedenda, &  
quælibet eius singularis neganda.*
- 15 ¶ *Vniuersalis est neganda, cuius quælibet singularis est  
concedenda.*

## CLICHTOVEVS.

- 17 ¶ *Nona regula docet depositum infra tempus obligatio  
nis esse negandum. Nempe depositum & positum sunt  
opposita: quorum hoc in affirmatione, illud uerò in ne  
gatione est quare eorum eadem est per analogiam discipli  
na. Et sicut possibile (quãuis falsum) positum est admit  
tendum: ita possibile non necessarium, quãuis uerū, si des  
positum fuerit, est negandum. Vt: depono tibi istam, alij*

quod animal uigilat, id est propono eam tibi negandam.  
Et cum respondens admisit eius depositionem siue eā  
negauerit: tunc propositio, aliquod animal uigilat, est des  
positum: quia est propositio per depositionem negata. &  
infra tempus obligationis quotiescunq; proposita fuerit  
est neganda, & eius opposita concedenda: imò quicquid  
ad eius oppositū sequitur, est cōcedendum. ¶ *Decimæ re  
gulæ exemplū, ut deposita hac propositione, aliquod a  
nimal uigilat: si proponatur ista: aliquis homo uigilat, est  
neganda. nam est antecedens depositi, cum ad eam sequa  
tur depositum per locum ab inferiori ad superius. Quod  
quidem antecedens si concederetur, & consequens quod  
est hic depositum simul esset concedendū: quare eadē pro  
positio simul concederetur & negaretur, quod est incon  
ueniens. Opposita autem antecedentis depositi est conce  
denda, nam si unum oppositorum negat: alterū simul cō  
cedi est necesse. Per analogiam aut regularum depositio  
ne possent formari alix regulæ de depositione. ¶ *Vnde  
cimæ regulæ exemplum. Vt dubiè pono tibi istam. De  
narij in bursa mea sunt pares. Respondens ubi se dixerit  
dubitare: tunc propositio, denarij in bursa mea sunt par  
es, est positum dubitationis, quia est propositio per pos  
itionem dubitationis dubitata, & infra tempus obliga  
tionis est dubitanda. ¶ *Duodecimæ regulæ exemplum,  
ut si fuerit hæc dubiè posita, denarij in bursa mea sunt  
pares & dubitata, deinde proponatur ista, denarij in bur  
sa mea sunt sex: est dubitanda, cum non constet de eius ue  
ritate, aut falsitate: nam est antecedens dubiè positi. Simi  
liter dubiè posita ista & dubitata, rex non sedet: propona  
tur ista nullus homo sedet (cuius manifestè & per exper  
ientiam constet falsitas) est neganda. Quia est anteces  
dens dubiè positi. ¶ *Decimæ tertix regulæ exemplum,  
ut cum hæc, denarij in bursa mea sunt pares, fuerit  
dubiè posita, non est ista concedenda: denarij in bursa  
mea sunt sex, quæ est antecedens dubiè positi. Nam si  
concederetur prædictum antecedens: necesse esset etiam  
concedere consequens, denarij in bursa mea sunt par  
es: & ipsum est dubiè positum: eadem igitur propositio****

concederetur & dubitaretur, quod repugnat, neq; dicti antecedentis contradictorium est negandum; nā si negaretur, oporteret eius cōcedere contradictoriam quæ est antecedens dubiè positi, quod est inconueniēs. ¶ Ad positionem aut̄ distinctionis eodē modo respondendum est in obligatione & extra obligationem, scilicet distinguendo propositionem propositam in diuersos sensus. Vt si ponatur hæc distinguēda, millia hoīm sunt in manu mea. Multiplicitas dictionis millia (quod aut grana aut milia significet) ostendenda est; idcirco de ea nō ponitur regula. ¶ Decimæ quartæ regulæ exemplū, ut sint solum 14 tres hoies in mūdo, Sortes Plato & Cicerō, qui sint Parisij, Et ponatur ista, omnis homo est Romæ: ipsa est concedenda quia possibilis. Deinde proponatur ista, Sortes est Romæ: est negāda, quia ppositiōni uniuersali positæ est impertinēs & falsā. Ita proponatur ista Plato est Romæ: ipsa ob eandē causam est negāda. Demū proponatur ista, Cicerō est Romæ, pari ratione est negāda, quare oēs datæ uniuersalis singulares sunt negandæ; & uniuersalis, secundū regulas artis obligatorie, cōcedēda; igitur in arte obligatoria uniuersalis est cōcedenda: cuius quælibet singularis est neganda, quod est propositum. ¶ Decimæ quintæ regulæ exemplum, ut sint solum tres homines, Sortes Plato & Cicerō, qui sint Parisij. Et deponatur ista, omnis homo est Parisij, ipsa est neganda, quia nō est necessaria. Non necessariū autem per depositionem est negādam. Deinde proponatur ista, Sortes est Parisij: ipsa est concedenda per quintam regulam, quia uera & impertinens deposito. ¶ Singularis enim affirmatiua nō sequitur ad suam uniuersalem affirmatiuam, nisi posita constantia subiecti singularis: quare singularis affirmatiua sumpta sine constantia non sequitur ad suam uniuersalem, & eadem nō repugnat suæ uniuersali, ut notum est, cum possit simul esse uera cum ea: igitur est ei impertinēs. Deinde proponatur ista, Plato est Parisij: ipsa similiter est concedenda, quia impertinēs uera. Demum proponatur hæc, Cicerō est Parisij, ipsa eadē (qua cæteræ singulares) ratione est concedenda. Et istæ tres sunt omnes sin-

gulares uniuersalis negatæ per hypothesin: quarū quælibet est concedenda, igitur aliqua uniuersalis est neganda, cuius quælibet singularis est concedenda, quod est propositum. ¶ Et hæc duæ ultimæ regulæ solum intelliguntur de uniuersali affirmatiua, ex qua secundum se & solitariè sumpta non inferitur sua singularis, & nō de uniuersali negatiua: quia ad illam sine constantia bene sequitur sua singularis. Solum etiam applicandæ sunt hæc duæ regulæ ad artem obligatoriam & non disciplinam: quoniam in illis ad uniuersales tum affirmatiuas, tum negatiuas sequitur quælibet singularis etiam sine posita constantia singularis. Et ergo si uniuersalis ibi est concedenda, & quælibet singularium eius est neganda: ut omne animal est substantia, omne animal est irrationale.

## Ars Insolubilem.

### DIVISIONES.

¶ Insolubile,	Particulare.
Simile insolubili.	Vniuersale.
¶ Insolubile,	¶ Hypotheticum,
Categoricum.	Copulatiuum.
Hypotheticum.	Disiunctiuum.
¶ Categoricum,	Conditionale.
Singulare.	Exponibile.
Indefinitum.	

### CLICHTOVS.

¶ In arte insolubili, duo ppositiōnū genera potissimū determinantur, scilicet ppositio insolubilis, & ppositio similis insolubili: & quid inter ea intersit, diffinitōes ostēdent. Ppositio insolubilis diuiditur in eadē membra in quæ ppositio: ut pote in insolubile categoricum & hypotheticum. Insolubile categoricū in insolubile singulare, indefinitū, particulare, uniuersale. Hypotheticū uerò insolubile diuidit̄ in copulatiuū, disiunctiuū, conditionale, & exponibile: siue quod est ppositio exponibilis

lis. Simile insolubili per eadem penitus mēbra diuiditur;  
FABER.

**I**n solubile, est propositio que cum ex casu seipsam falsificat, cum falsa ponitur, videtur statim se ostendere verā: & cū vera, falsam. Et propositio insolubilis, est reflexiua. Propositio reflexiua, est cuius veritas aut falsitas de ipsamet intelligitur.

¶ Propositio similis insolubili, reflexiua non est, sed ex casu cum ponitur vera, se declarat debere esse falsam: & cū falsa debere esse veram.

¶ Insolubile categoricum, est propositio insolubilis: que propositio categorica est. Et reliqua intellectu sunt (ut suo consimili modo diffiniuntur) quā facillima.

## CLICHTOEVVS.

**I**n diffinitione insolubilis, propositio generis locū tenet. nā communiorē habet acceptionē, cū insolubile denotet propositionē pro qua accipit, habere soluēdi difficultatē: & insolubile dicat quasi difficile solubile; sicut incorruptibile quod difficile corrūpitur. ¶ Propositio autē seipsam falsificat, quā ex ipsa posita vera sequitur eā esse falsam, siue eius existētia repugnat suæ veritati: sic quod non potest esse in aliquo tpe & p eodē tpe esse vera; ut nulla propositio est negatiua, nulla propositio est vera: ex qua statim sequitur quod ipsamet non est vera: oīs propositio est falsa; ex illa em̄ (cum sit propositio) sequitur eā esse falsam. Neque possunt huiusmodi propositiones esse veræ pro eo tpe in quo sunt. Ex hoc tamē non sequitur quod non possint esse veræ. Nam huiusmodi argumētatio sophistica, est à parte in modo ad suū totū uniuersaliter sumptum. ¶ Neque admittendum est huiusmodi propositiones esse impossibiles secundum diffinitionem impossibilium in arte enuntiationum positā: sed possibiles, nam licet non possint esse veræ pro tempore in quo sunt, tamen possunt esse veræ pro tempore in quo non sunt, ex quo recte sequitur, quod possunt esse veræ per locū à parte in modo ad suū totū particulariter sumi

ptum: quare per locum à diffinitione sequitur eas esse possibiles. ¶ Ad quod clarius intelligendum, præcognoscere oportet, quod propositio dicitur esse vera in eo tpe in quo ipsa existit. Si enim non est propositio; ipsa non est vera. Sed dicitur propositio esse vera pro eo tpe pro quo eius copula accipitur: ut Ioānes ambulauit heri, est vera pro tempore hesterno: quia eius copula pro illo capitur: unde aliqua propositio est vera pro eo tempore in quo ipsa est, & est vera: ut si per totam horam presentē (quæ uocet a) Ioannes sedeat; ista propositio, Ioannes sedet in a, pronuntiata in hora presentē est vera pro tpe a; & vera in tpe a in quo ipsa per hypothēsin existit. ¶ Aliqua uerō propositio est vera pro eo tpe in quo ipsa non est, & in quo ipsa non est uera. Quod de propositionibus de præterito & futuro manifestum est; ut hæc hodie solū prolata, Ioānes ambulauit heri, est uera pro tpe hesterno, in quo tū non est, neque est uera. Similiter Ioannes ambulauit cras, hodie solum prolata est uera pro die crastino (in quo per hypothēsin Ioannes ambulaturus sit) & tamen non erit uera in die crastino: quia tunc per hypothēsin non erit. ¶ Etiam in propositionibus de presentē hoc uerum esse cognoscitur: ut istæ, ego taceo, ego nihil dico, ego bibo, sunt ueræ in tempore quo sunt; sed pro illo non sunt ueræ, contra sunt ueræ pro tempore quo non sunt, in quo tamen non sunt ueræ. Diuidatur enim tempus præsens a b in duas partes, priorem a, & posteriorem b: & in prima parte dicatur à me ista propositio ego taceo: cuius copula accipiatur pro tempore b in quo nihil loquar: propositio ego taceo est uera in tempore a, in quo est prolata: sed non est uera pro tempore a: quia pro illo copula non intelligitur accipi, est igitur uera in aliquo tempore pro quo non est uera. Eadē propositio ego taceo est uera pro tempore b; quia eius copula pro illo accipitur, in quo per hypothēsin non loquor, sed non est uera in tempore b: quia in illo non est per hypothēsin. Est igitur uera pro alio quo tpe in quo non est uera. ¶ Quod si quis contendat in omni propositione de presentē copula debere accipi pro tempore in quo propositio profertur & existit; sequeretur

aliquam propositionem cuius nō posset dari cōtradictōria: quod est oppositū principij logici. Quicquid contingit affirmare, cōtingit negare: & ecōtra: similiter omni affirmatio, est negatio opposita, & omni negationi affirmatio. Nā si quis proferat istā, Ioannes sedet: & alter uolens contradicere, subiungat, Ioannes nō sedet: copula affirmatiuæ ex hypothesi caperetur pro tempore in quo proferatur affirmatiua quōd sit a: & copula negatiuæ pro tempore in quo proferatur subsequenter negatiua quōd sit b. At illæ duæ nō eodē tempore proferūtur: sed affirmatiua prior & negatiua posterior. neq; possent eodē tempore simul proferri. Nā nō potest secundus primo cōtradicere, nisi cognouerit quod primus dixerit: & id solū cognoscit cū propositio primi est prolata: quare post formatio nē propositionis primi, secundus duntaxat suam potest formare propositionem, qua propositioni primi cōtradicit. Itaq; copulæ illarū duarū propositionū nō accipiuntur pro eodē tempore: ergo nō sunt cōtradictoriæ, cū in cōtradictorijs copula debeat pro eodē tempore capi. Neq; potest aliqua alia propositio esse contradictoria propositioni primi quam ista, Ioānes nō sedet, prolata à secundo, quæ (ut probatū est) nō esset eius contradictoria: igitur ista, Ioānes sedet pronūtiata à primo, nō haberet cōtradictoriā: quod est impossibile, tunc enim rediret opinio Antisthenis nō cōtingere cōtradicere. Satius est igitur concedere aliquam propositionem de præsentī esse ueram aut falsam p tempore in quo ipsa neq; est neq; est uera: & istā, Ioānes nō sedet prolata à secūdo esse uerā aut falsam pro tempore a, pro quo affirmatiua eius contradictoria est uera aut falsa: licet negatiua nō sit in tempore a: pro tempore autem b ipsam negatiuam ut affirmatiuæ contradictoriam neq; ueram neq; falsam esse: licet ipsa sit in tempore b. ¶ Hoc supposito, diuidatur tempus præsens in duas partes, priorem a, & posteriorem b: & in prima parte proferatur, ista, nulla propositio est uera: cuius tamen copula non accipiatur pro tempore a, sed pro tempore b: in quo solum sint istæ tres propositiones, homo non est animal, equus est asinus, homo est lapis. Data propo-

sitio, nulla propositio est uera, pro tempore b est uera: cū in illo per hypothesin solum sint propositiones falsæ: & ipsa significet nullam propositionem in tempore b esse uerā: & est uera in tempore a in quo præfertur. Est igitur prædicta propositio in aliquo tempore uera: ab inferiori ad superius particulariter sumptum: ergo ipsa potest esse uera per eundem locum: igitur ipsa est possibilis à diffinitione. Est enim propositio possibilis, propositio quæ potest esse uera. Et eodem modo dicendum est de istis, omnis propositio est negatiua, omnis propositio est singularis, nulla propositio est uniuersalis: quæ omnes sunt possibles, & possunt esse ueræ pro tempore in quo non sunt. ¶ Quare non sunt damnandæ neque reijciendæ diffinitiones propositionis possibilis, contingentis, impossibilis & necessariæ: superius secundum Aristotelis sententiam & per analogiam rerum datæ. Neq; loco illarum recipiendæ sunt aliæ diffinitiones à recentioribus positæ: quōd propositio possibilis sit, quæ qualitercūq; ipsa significat, ita possibile est esse, & cæteræ consimiles. Nam tametsi ueræ essent, non tamen sunt logicæ & ex proprijs logicæ terminis constitutæ: sed ex syncretorematibus ad nullam disciplinam pertinentibus. Qui tamen illas diffinitiones nouas excogitauerūt, per moti sunt argumento prædictarū propositionum seipsas falsificantium, prius datas secundum Aristotelem diffinitiones dicere esse falsas, & alias excudere: quod tamē argumentū nullius esse efficacis ostensum est. Sunt igitur diffinitiones Aristotelis loco principiorum habendæ & proculdubio ueræ esse cōcedendæ & defendendæ, cū nihil uerius sit principijs scientiarum, & nihil falsius oppositis eorum. ¶ Ad diffinitionem ergo insolubilis declarandam reuertamur. Duplex quidem est propositio seipsam falsificans: quædam non ex casu, quæ scilicet nullo casu posita se falsam reddit: ut omnis propositio est particularis: nulla propositio est categorica: & talis propositio se falsificans non est insolubilis: cum non habeat soluendi difficultatem. Alia est propositio se falsificans ex casu, quæ propter casum positum se falsam reddit: nullo

autem casu posito, aut casu immutato non se falsificat. ut ego dico falsum, posito casu quod solā illā dicā propositionem: se falsificat ex casu: nā uariato casu quod solū dicā istam, homo est lapis, nō amplius se falsificat: & prædicta propositio est insolubilis, nā si ponatur uera, uidetur se ostendere falsam: & si falsa, uerā. Si enim ista, ego dico falsum, ponatur uera: igitur ita est sicut per eam significatur. ita est ergo quoddā dicā propositionē falsam: sed nullā aliam dico quam istam, ego dico falsum: igitur ipsa est falsa. Si autem ipsa ponatur falsa: tūc ita est sicut per eā significatur. Per eam enim significatur quoddā dicā propositionem falsam: & ita est cū dicam istam ego dico falsum, quæ est posita falsa: ergo ipsa est uera. ¶ Omnis autem propositio insolubilis est reflexiua; nam ex casu habet reflexionē supra se: ut ego dico falsum, si illam solam proferam, hæc est falsa demonstrando seipsam: quia ex casu ueritas aut falsitas insolubilis de ipsamet intelligitur. Non tamē ecōtra omnis propositio reflexiua est insolubilis. Nā aliqua est reflexiua nō ex casu: ut nulla propositio est negatiua, omnis propositio est negatiua, quæ nullo casu posito est reflexiua: & tamen nō est insolubilis, cum si ponatur falsa nō uidetur se ostendere uerā, neq; ex casu se falsificat. ¶ De propositione reflexiua exemplum, ut omnis propositio est falsa, nulla propositio est uera, harū enim propositionum falsitas de ipsismet intelligitur, cum seipsas significant, propter aliquod earum extremū quod p̄ ipsis propositionibus accipitur. Similiter aliqua propositio est particularis, aliqua propositio nō est affirmatiua, aliqua propositio est affirmatiua, sunt propositiones reflexiua: cum earū ueritas de ipsismet intelligatur: nam seipsas significant & se uerificant. ¶ Quare aliqua est reflexiua, quæ neq; est insolubilis, neq; seipsam falsificans: ut propositio se uerificans quam pro tēpore in quo est, necesse est esse ueram. Et non est propositio seipsam uerificans necessaria: quia pōt p̄ tēpore in quo nō est, esse falsa: sicut neq; propositio se falsificans est impossibilis. ¶ Propositio autem similis insolubili, neq; suapte natura, neq; ex casu est reflexiua: sed ex casu cum uera ponitur, uide-

tur se ostendere falsam, & econtra, ut debeat Sortes Platoni pecuniam, & Plato ineat pactum cum Sorte, quod si Sortes in prima propositione quam protulerit dixerit uerum, Plato remitter ei debitum: si uerō dixerit falsum, non remitter. Et Sortes dicat Platoni, tu non remittes mihi debitum: illa est similis insolubili, quia non est reflexiua, quæ si ponatur uera: cum Sortes dixerit uerum, Plato ex pacto remissurus est debitum Sorti: ergo uidetur debere esse falsa. Si uerō dicat Platoni, si Sortes dicit falsum: quare Plato ex pacto non remitter debitum: propositio igitur Sortis erit uera. ¶ Membra uerō diuidentia insolubilis, diffiniuntur faciliē posito nomine speciali in diffinitione quod additur ad diffinitum: ut insolubile categoricum, est propositio insolubilis quæ est propositio categorica. Insolubile hypotheticum, quod est propositio hypothetica. Insolubile singulare, est insolubile categoricum quod est propositio singularis: & cetera: quorum omnium exempla postea subiunguntur.

## Regulæ Insolubilium.

F A B E R.

- 1 ¶ Insolubilia & insolubilium opposita, per suas equiuales lentes & suarum equiualentium oppositas, sunt cognoscende.
- 2 ¶ Omnis propositio sequitur ad seipsam.
- 3 ¶ Ad omnem propositionem sequitur ipsam esse ueram.
- 4 ¶ Si antecedens sequantur plura consequentia, ad ipsum sequitur copulatiua ex illis consequentibus constituta.
- 5 ¶ Omnis propositio æquiualeat copulatiua, in qua uerum de termino præcisè pro ea supponente affirmatur, constituta.
- 6 ¶ Æquiualentia sunt, quæ eiusdem ueritatis sunt aut falsitatis, & quæ se conuertibiliter consequuntur.

- 13 ¶ Prima regula duas habet partes. Prima. Insolubilia per suas æquiuales sunt cognoscenda. Nam insolubilia sunt obscura, & soluendi difficultatem habentia. Earum uerò æquiuales manifestiores & an ueræ sint aut falsæ, notiores. Debet ergo insolubilium ueritas, aut falsitas ex ueritate, aut falsitate suarum æquiualentium cognosci: sicut minus manifestum ex magis manifesto.
- ¶ Secunda pars est, quod insolubilium oppositæ & contradictoriæ per oppositas & contradictorias suarum æquiualentium sunt cognoscendæ. nam insolubilium oppositæ obscuriores sunt: sicut & insolubilia. Suarum autæ æquiualentium oppositæ manifestiores sicut & ipsæ æquiuales. Implicitum autem per explicans, & minus notum per magis notum manifestandum est: ergo ueritas, aut falsitas oppositarum insolubilium cognoscenda est per ueritatem, aut falsitatem contradictoriarum ipsarum æquiualentium. nam inter se æquiuales: & si æquiualentium una est uera, & altera: & ita de falsitate.
- 14 ¶ Secunda regula est, quod d omnis propositio sequitur ad seipsam, ut bene sequitur, homo currit, ergo homo currit. Si enim non sequatur: ponatur gratia disciplinæ antecedens esse uerum & consequens falsum. Cum consequens sit falsum: eius oppositum, nullus homo currit, est uerum. & ipsum itidem est antecedentis oppositum, quod antecedens positum est uerum. Sunt igitur duæ contradictoriæ simul ueræ, quod est impossibile. Aut breuius. Consequens est falsum & idem concessum est uerum prout est antecedens. igitur eadem propositio est simul uera & falsa. quod etiã
- 15 est impossibile. ¶ Tertia regula, Ad omnem propositionem sequitur ipsam esse ueram, ut bene sequitur: homo currit, ergo homo currit est uerum. Sit a, quæcunque propositio: si non sequatur a, ergo a est uerum, sit per definitionem malæ consequentiæ antecedens uerum, & consequens falsum. Cum cõsequens sit falsum, eius cõtrictorium a nõ est uerum, est uerum. At bene sequitur, a non est uerum, & a est propositio, igitur a est falsum per locum a cõtrictoris immediatis, sed maior est uera & etiã minor ex his

- prohest: ergo & conclusio. & a cũ sit antecedens, positum est uerum: igitur eadẽ propositio est simul uera & falsa: quod est impossibile. ¶ E diuerso; ad quãlibet propositionem esse ueram: ipsa eadem sequitur. ut bene sequitur, homo currit est uerum, ergo homo currit. Si enim non sequatur: sit gratia disciplinæ antecedens uerum & consequens falsum. Cõtrictorium igitur consequentis, nullus homo currit est uerum: & particularis affirmatiua homo currit in antecedente etiam concessa est uera: igitur duæ contradictoriæ sunt simul ueræ, quod est impossibile. Et hanc tertiam cũ sua conuersa innuit Philosophus in prædicamentis in quinto modo prioris: cum dicit quod rem esse & propositionem esse ueram cõuertuntur, & rem ipsam esse est causa, quare propositio significans est uera: & ergo res est prior ueritate, aut falsitate propositionum quinto modo prioris.
- 4 ¶ Quarta regula exemplum, ut ad hoc antecedens, homo currit, sequuntur seorsum & sigillatim plura consequentia: primo hoc consequens hõ mouetur, sic; homo currit, ergo hõ mouetur. Secundo alterum consequens: aial currit, hoc modo. homo currit, ergo aial currit. ad ipsum igitur idem antecedens homo currit, sequitur copulatiua, homo mouetur & animal currit: ex illis consequentibus cõstituta. ut rectè sequitur. homo currit, ergo homo mouetur & animal currit. Sit a, quod cũq; antecedens, & sequatur primo, a ergo b; secundo sequatur, a ergo c. dico quod bene sequitur, a ergo b & c. Quod si quis dubitet: ponat gratia disciplinæ antecedens esse uerum & consequens falsum. Cum cõsequens sit falsum, & sit una copulatiua, altera eius pars est falsa per definitionem. Sit igitur b prima eius pars falsa: cum bene sequatur per hypothèsin, a ergo b; & a antecedens sit uerum: b eius consequens etiã est uerum. Est igitur b eadẽ propositio simul uera & falsa: quod est impossibile. Et ita proceditur, si quis dixerit
- 5 c secundam partem copulatiuam esse falsam. ¶ Pro quinta 17 regula intelligenda cognoscere oportet, quod æquiuales siue propositiones æquiuales dicuntur quæ sunt eiusdem ueritatis, aut falsitatis: id est, quarum si una est uera, & altera; & si una falsa, & altera; & quæ se conuertunt



tibiler consequuntur, id est ad quarū primam sequitur secunda & ediuerso ad secundam prima, uocaturq; æquiualentia in consequendo, ut omnis homo est susceptiuus disciplinæ, & omne animal rationale est susceptiuum disciplinæ, hoc modo æquiualent; nam sunt eiusdem ueritatis, aut falsitatis. Est enim earum utraq; uera: & se conuertibiliter consequuntur, nam bene sequitur, omnis homo est susceptiuus disciplinæ, ergo omne animal rationale est susceptiuum disciplinæ, & e contra, omne animal rationale est susceptiuum disciplinæ; ergo omnis homo est susceptiuus disciplinæ. ¶ Dicitergo quinta regula quod omnis propositio æquiualeat in consequendo uni copulatiuæ: cuius ipsamet est una pars, altera autē pars est propositio categorica in qua prædicatum uerum affirmatur de termino præcisè pro illa data propositione supponente, ut ista propositio, homo currit, æquiualeat isti copulatiuæ, homo currit, & homo currit est uerum. Quæ sic ostenditur. Sit a, data quæcumq; propositio, dico quod a æquiualeat isti copulatiuæ, a & a est uerum. Patet, nam per secundam regulam bene sequitur, a, ergo a, & per tertiam bene sequitur, a, ergo a est uerum, ergo a, & per quartam bene sequitur, a, ergo a & a est uerum, ad datam propositionem huiusmodi copulatiua. Et e contra sequitur, a & a est uerū, ergo a; ad huiusmodi copulatiuam data propositio, nam ad datam copulatiuam de necessitate sequitur altera eius pars: igitur propositio data & copulatiua ex ea & propositione in qua uerum affirmatur de ea constituta, conuertibiliter se sequuntur. Quod autem sint eiusdem ueritatis, patet; quia si data propositio sit uera, necesse est copulatiuam esse ueram. Nam bene sequitur, a ergo a per secundam: sed antecedens est uerū, ergo & consequens; quod est prima copulatiuæ pars. Similiter bene sequitur, a ergo a est uerū per tertiam, sed antecedens est uerum, ergo & consequens, quod est secunda copulatiuæ pars, quare istius copulatiuæ, a & a est uerum, utraq; pars est uera, per diffinitionem: igitur tota copulatiua est uera. Aliter: ad illam datam propositionem sequitur illa copulatiua; ergo si antecedens est

uerum, & consequens. E contra si copulatiua est uera: data propositio est uera. Nam si copulatiua est uera, per diffinitionem utraq; pars eius est uera, At data propositio est una eius pars: igitur data propositio est uera, præterea ad copulatiuam sequitur data propositio, modo si antecedens est uerum, & consequens. Sunt igitur data propositio & copulatiua eiusdem ueritatis. Quod autem sint eiusdem falsitatis, patet. nam si data propositio est falsa: & copulatiua est falsa. Nam si data propositio est falsa, cum ipsa sit una pars copulatiuæ, una copulatiuæ pars est falsa, quare per diffinitionem & tota copulatiua. E diuerso si copulatiua est falsa, & data propositio est falsa; nam ad datam propositionem sequitur copulatiua, ut prius ostensum est: modo si consequens est falsum, & antecedens falsum esse est necesse. Sunt igitur data propositio & copulatiua secundum huius regulæ exigentiam constituta eiusdem ueritatis aut falsitatis: quare per diffinitionem sunt æquiualentis. ¶ Nec obstat quod pars æquiualeat suo toti, quia non est inconueniens quando pars æquiualeat separatim cuilibet parti totius, quod etiam æquiualeat toti: imò est necesse; ut ista propositio, homo sedet, æquiualeat huic, rationale sedet, etiam huic, risibile sedet: necesse est igitur quod ista, homo sedet, æquiualeat toti copulatiuæ, rationale sedet & risibile sedet. Alioquin eadem propositio simul esset uera & falsa: ut ex quarum regulæ ostensione consimiliter probari possit. ¶ Ex hac quinta regula constat quomodo cuiuslibet insolubilis sumenda sit æquiualeas: per quam ( ut prima dicitur regula ) insolubile cognoscendum est: ut posito casu quod dicam solū hanc, ego dico falsum, quæ uocetur a: tunc insolubile datum, ego dico falsum, æquiualeat huic copulatiuæ, ego dico falsum, & a est uerum constituta ex ipso eodem insolubili & propositione in qua prædicatum uerum affirmatur de a termino præcisè supponente pro dicto insolubili. Et ueritas aut falsitas insolubilis, est cognoscenda à ueritate aut falsitate huiusmodi copulatiuæ æquiualeas & manifestioris. Data em

copulatiua æquiualens est falsa, nã eius secunda pars est manifesta falsa, scilicet a est uerũ, quæ si ponat̃ uera cũ so- lum dicã a, dico igitur uerum: ergo nõ dico falsum, quod primæ partis est oppositũ, similiter ex prima parte, sequitur secũdæ partis oppositum, nã rectè sequitur, ego dico falsum & nihil dico nisi a per hypothesin, igitur a est falsum, illa igit̃ copulatiua ex partibus repugnantibus constituit̃, quare est falsa: ita & datũ insolubile est falsum. Et eodẽ modo cuiuslibet insolubilis probãda est aut ueritas, aut falsitas. ¶ Et quia copulatiuæ cõtradicit̃ disiuñctiua de partibus cõtradictibus: ut istĩ, Sortes currit & Plato disputat: hæc, Sortes nõ currit uel Plato nõ disputat, huiusmodi copulatiuæ æquiuales insolubili cõtradictoria est disiuñctiua de partibus illi copulatiuæ cõtradictibus, ut datæ copulatiuæ, ego dico falsum, & a est uerũ: hæc cõtradicit̃ disiuñctiua, ego nõ dico falsum uel a nõ est uerũ, p̃ quã quidẽ disiuñctiua opposita insolubilis dati nõ ego dico falsum est explicãda & cognoscẽda per primã regulã, nã ei æquiualeat. Si em̃ dux propositiones adinuicẽ æquiualeat, & earũ contradictoriæ adinuicẽ æquiualebũt, Et quia hmõi disiuñctiua est uera (nã cõtradictoria copulatiuæ falsæ) cõtradictoria insolubilis nõ ego dico falsum illi disiuñctiua æquiuales etiã est uera. Et hoc modo insolubiliũ opposita per disiuñctiua de partibus contradicẽtibus copulatiuæ cui æquale insolubile, sunt cognoscẽda.

### Insolubilia.

FABER.

- 1 Sortes dicit falsum. Casus. Sortes illam solam dicat propositionem.
- 2 Sortes dicit falsum, Plato dicit falsum. Casus. Sortes & Plato simul hæc alter de altero dicant.
- 3 Sortes dicit falsum, Plato dicit uerũ. Casus. Sortes & Plato de alterutro hæc dicant.
- 4 Hæc propositio est uera, Casus. Demonstretur contradictoria illius propositionis.

Clichtoueus.

CLICHTOUEVS.

- 1 ¶ Insolubilium singularium (quæ cæteris præponunt̃) 21  
primũ est: Sortes dicit falsum, posito casu quod Sortes illam solã dicat propositionem. Quod quidem si ponat̃ uerum: sic arguitur. Ista est uera, Sortes dicit falsum: ergo ita est sicut per eam significatur, scilicet quod Sortes dicat aliquã propositionem falsam: sed non dicit aliã quã istam, Sortes dicit falsum: ergo ista est falsa, Sortes dicit falsum. Si uerò ponatur falsa: sic arguitur. Propositio illa significat Sortem dicere propositionem falsam, & ita est, cum dicat istam, Sortes dicit falsum positam falsam: ergo sicut ipsa significat, ita est: igitur per diffinitionem ipsa est uera. ¶ Responso. Propositum insolubile est falsum: quæ ex casu seipsam falsificat, & casus repugnat suæ ueritati. Quod ex eo constat: nam æquiuales eius per quintã regulam sumpta quæ est, Sortes dicit falsum & a (quod sit nomen proprium insolubilis propositi) est uerum, est falsa: cum secunda eius pars sit falsa & repugnans primæ. Et disiuñctiua de partibus contradicẽtibus illi copulatiuæ, scilicet Sortes non dicit falsum, uel a nõ est uerum, est uera: cum eius secunda pars sit uera. Et hæc contradicẽt insolubili, Propositio autem similis prolata ab altero: ut si Plato dicat, Sortes dicit falsum, est uera, sed non est omnino eadem, necq̃ similis habitudinis cum dato insolubili, ut ostendetur in solutione paralogismorum quĩ sunt ad insolubilia. Vbi etiam patebit solutio rationis  
2 probantis ipsum insolubile esse uerum. ¶ Secundum insolubile. Dicat Sortes de Platone, Plato dicit falsum: & Plato de Sorte, Sortes dicit falsum. Si propositio Sortis ponatur uera, scilicet Plato dicit falsum: cum Plato dicat solũ hanc, Sortes dicit falsum: ista, Sortes dicit falsum est falsa. Quare prima posita uera, falsificat secundam. Si uerò propositio Platonis ponatur uera, scilicet, Sortes dicit falsum: cum Sortes solum dicat istam, Plato dicit falsum, igitur ista, Plato dicit falsum est falsa. Quare secunda posita uera falsificat primam. Sic prima posita falsa, ostendit secundam debere esse ueram, & secunda posita falsa, declarat primam debere esse ueram. Et quod una de alijs

K

vera ostendit: idem facit & de seipsa à simili ratione cum omnino sit eadem ueritatis, aut falsitatis causa unius & alterius. Quare utraq; earum uidetur debere esse uera & 22 falsa. ¶ Responsio. Tam propositio Sortis quam Platonis est falsa. Nam cum dux propositiones omnino similes habent causas ueritatis aut falsitatis, ut non sit propter aliquam causam una dicenda uera aut falsa; quin propter eandem & altera consimiliter ponenda sit. tunc si una est uera; & altera. & si una falsa; & altera. Data autem dux propositiones sunt huiusmodi. Nam non est assignanda ratio propter quam propositio Platonis sit falsa, quin propter eandem propositio Sortis sit falsa. Et econtrà, nulla danda est ratio propter quam propositio Sortis sit falsa; quin propter eandem & propositio Platonis sit falsa, igitur si una est falsa, & altera. At una, ut propositio Sortis est falsa, cum seipsam mediate falsificet, ergo & altera scilicet propositio Platonis; quare utraq; est falsa. Quod est propositum. ¶ Tertium insolubile. Dicat Plato de Sorte, Sortes dicit falsum, & Sortes de Platone, Plato dicit uerum. Si propositio Platonis est uera: ita est sicut significat. Sed ipsa significat Sortem dicere propositionem falsam, igitur Sortes dicit propositiorem falsam. Atqui Sortes nihil aliud dicit nisi quod Plato dicit uerum, igitur falsum est quod Plato uerum dicat, & per consequens propositio Platonis est falsa. Si autem propositio Platonis ponatur esse falsa; ergo propositio Sortis est uera scilicet Plato dicit uerum. Sed Plato non dicit nisi istam Sortes dicit falsum; igitur illa est uera quæ modo posita erat falsa. Ita ad utraq; partem de propositione Sortis argumentandum est. ¶ Responsio. Vtrunq; insolubile est falsum. Et neutrum eorum seipsum immediate falsificat: sed primum habet reflexionem in secundum, & secundum in primum. Quare se mutuo falsificant. Mediate uerò & ultimate etiam se ipsam falsificant. Earum æquiuales & opposita sumantur eo modo quo prius in quinta regula ostensum est. ¶ Quartum hæc propositio est uera: demonstrando per subiectum, ipsius insolubilis contradictoriū. Quod

quidem si ponatur esse uerum, ergo propositio demonstrata per subiectum etiam est uera, cum id significet propositio. Et illa per hypothesin est dati insolubilis contradictoria: igitur dux contradictoria sunt simul ueræ, quod est impossibile. Quod si insolubile ponatur falsum ergo suum contradictorium per principium contradictoriorum est uerum. Id autem significatur per propositum insolubile: ergo ita est sicut per ipsum significatur, & per consequens est uerum. ¶ Responsio. Propositum insolubile est falsum; quia ex casu seipsum falsificat, significando suum contradictorium esse uerum. Nam conputatiua, cui per quintam regulam æquipollet, scilicet hæc est uera, & a (quod sit præsentis insolubilis nome) est uerum, est falsa, & ex partibus repugnantibus constans, cum una pars inferat alterius oppositum. Recte enim sequitur, hæc est uera: ergo a non est uerum, similiter sequitur, a est uerum: ergo hæc non est uera, nam si una contradictoriarum sit uera, altera est falsa. ¶ Dati autem insolubilis contradictoria non est ista; hæc non est uera: quia uel in ea pronomen hæc demonstrat prædictam affirmatiuam: & tunc non caperetur uniuocè in utraq;. Quare non esset contradictio: sed utraq; alteram mutuo, & deinde seipsam falsificaret. Vel pronomen hæc demonstraret ipsammet negatiuam cuius est subiectum, & tunc ex casu seipsam falsificaret & esset insolubilis falsa sicut ista: hæc est falsa demonstrando per subiectum se ipsam, & altera scilicet affirmatiua etiam est falsa. Hæc igitur dux contradictoria simul falsæ quod est oppositum principij logici. Non enim minus est inconueniens in insolubilibus admittere duas contradictorias esse simul ueras aut falsas, quam in propositionibus quæ nõ sunt insolubiles. Sed sumitur eius contradictoria secundum exigentiam a qui pollentis dicto insolubili: quod si uocetur nomine proprio a, tunc eius æquipollens crit ista, hæc propositio est uera & a est uerum. Quare eius contradictoria est, hæc propositio non est uera, uel a non est uerum.

- 5 ¶ **P**ropositio scripta in pariete est falsa. Casus. Nihil aliud in pariete sit scriptum.
- 6 ¶ **A**liqua propositio est falsa. Casus. Sit illa sola propositio.
- 7 ¶ **O**mnis propositio est falsa. Casus. Sit illa sola propositio.
- 8 ¶ **N**ulla propositio est uera. Casus. Sint hec due sole propositiones, homo est asinus, nulla propositio est uera.

## CLICHTOVEVS.

- 24 ¶ **Q**uintum insolubile est indefinitum affirmatiuum, scilicet, propositio scripta in pariete est falsa, posito casu quod predicta propositio sola sit scripta in pariete. Quod si ponatur, uerum, ergo ita est sicut significat. Nulla autem propositio scripta est in pariete, quam dictum insolubile; ergo ipsum est falsum. At uero si contra ponatur falsum; tunc ita est sicut per ipsum significatur, ergo ipsum est uerum. Nam propositio uera dicitur quae ita significat ut res sese habet. ¶ **R**esponso. Insolubile propositum est falsum, quia ex casu seipsum falsificat; & casus repugnat suae ueritati. Et copulatiua per quintam regulam ei aequiualens est falsa; disiunctiua autem de partibus contradicentibus ei aequiualens est uera. Neque militat obiectio, qua probatur insolubile esse uerum, quia bene sequitur, haec propositio (demonstrato insolubili) scripta in pariete est falsa; ergo propositio scripta in pariete est falsa, per locum ab inferiori ad superius. At qui antecedens est uerum: ergo & consequens, quod est insolubile. Similiter bene sequitur; haec propositio (demonstrato insolubili) est falsa, & haec est propositio scripta in pariete, ergo propositio scripta in pariete est falsa per syllogismum expositorium affirmatiuum. Sed maior est uera & etiam minor, ergo & conclusio quae est insolubile. Si enim utriusque datarum argumentationem consequens sit insolubile propositum, negandum est ibi recte esse argumentationem, nam non reflexiuus in antecedente positus non sequitur consequens reflexiuum. Neque ibi seruetur similis forma ad formam argumentandi doctrinalem loci ab inferiori ad superius &

syllogismi expositorii; cum dissimilitudo penes reflexionem aut non reflexionem mutet formam. Si uero ambarum consequentiarum consequens non fuerit insolubile, sed propositio ab aliquo prolata similis insolubili; sic utraque consequentia concedenda est; & ex antecedente uero inferatur consequens uerum: quod non est reflexiuum ut neque antecedens. ¶ **S**extum insolubile quod est particulare affirmatiuum. Aliqua propositio est falsa; posito casu quod illa sola sit propositio. Quae si ponatur uera, ergo ita est sicut ipsa significat, scilicet quod aliqua propositio sit falsa. Sed nulla alia est pro casum quam ipsum insolubile: igitur ipsum est falsum. Si uero insolubile ponatur falsum, quia ipsum est propositio; igitur aliqua propositio est falsa, quare ita est ut per ipsam significatur, & per consequens est uerum. ¶ **R**esponso: datum insolubile (sicut & praecedens ei compositum simile) est falsum, quia falsificat seipsum ex casu qui suae repugnat ueritati. Sed mutato casu ut quod simul esset haec propositio, homo est lapis, proposita propositio esse uera & non insolubilis. Et eius aequiualens per quintam regulam est falsa, contradictoria autem eius uera. ¶ **N**on tamen possent huiusmodi aequiualens & contradictoria dari in ipse casus. Alioquin non sola esset propositio posita quod repugnat casui, Sed debent formari extra tempus casus, & earum copula accipi pro tempore casus; ut ad contrariam dictionem & aequiualentiam requiratur. ¶ **S**eptimum insolubile est uniuersale affirmatiuum. Omnis propositio est falsa, posito casu quod illa sola sit propositio. Quod sit ponatur uerum sic arguitur: bene sequitur, omnis propositio est falsa, & a quod sit proprium insolubilis nomen est propositio; ergo a est falsum. Maior est uera exposito, & etiam minor, ergo & conclusio. At quia est insolubile, igitur insolubile est falsum. E diuerso si ponatur esse falsum, cum per casum nulla sit alia propositio; pro quocumque supponit subiectum, supponit & praedicatum: ergo ipsum est uerum. Id enim requiritur & sufficit ad ueritatem uniuersalis affirmatiuae. ¶ **R**esponso. Insolubile propositum, est falsum quia seipsum ex casu falsificat; quo mutato non se falsificaret. Et copulatiua eius aequiuolens est falsa;

contradictoria autem utriusque uera. Prædictæ tamē propositiones aliæ ab insolubili non debent formari in tpe casus sed in alio: copulæ tamen earum debent accipi pro tpe casus. Vt tempus præcedens casum sit a, tempus casus b, & tempus sequens casum sit c, in tempore b non potest formari propositio casus, neque possunt fieri argumentationes: sed in tempore a aut c possunt quocumque propositiones formari, quarum copulæ accipiuntur pro tpe b. Si autem in tempore a formaretur ista propositio, ois propositio est falsa cuius copula acciperet pro tempore b, ipsa esset uera & non insolubilis, neque reflexiua neque se falsificans. ¶ Ad rationem autem probantem insolubile esse uerum responderetur, id quidem sufficere pro ueritate uniuersalis affirmatiuæ non habetis reflexionem supra se. Pro reflexiua autem ulterius requiritur quod in quinta regula dictum est. Et ferè quæcumque in logica dicuntur intelligenda sunt de non reflexiuis, aut non ex casu se falsificantibus. Quod si applicentur aut diffinitiones, aut regulæ logicæ ad reflexiuas, mala fit applicatio: quia sunt alterius generis ab alijs. Et hoc pacto rectè soluenda sunt ferè oia argumenta, quibus probantur insolubilia esse uera. ¶ Octauum insolubile quod est uniuersale negatiuum: nulla propositio est uera, propositio casus in tempore casus, quod sit b, sint solû istæ duæ propositiones, homo est asinus, & nulla propositio est uera quæ est insolubile. Quod si ponatur uerum: cum a, quod sit nomen insolubilis, sit propositio, a non est uera: quare a est falsa, & per consequens insolubile falsum. Si uerò ponatur insolubile falsum: cum a non sit uerum & propositio homo est asinus etiam non sit uera: ergo nulla propositio est uera pro sufficientem inductionem: sed antecedens est uerum, ergo & consequens. ¶ Responso, insolubile propositum est falsum, & ex casu se falsificans: qui tamē in tempore hypothesis non est formandus, sed alio, intelligendus tamen pro tpe hypothesis b. Neque in tempore b formandæ sunt argumentationes, neque danda æquiualens aut contradictoria insolubilis, cum hæc oia repugnent hypothesis. Sed formanda sunt illa in tempore c propinquo tempori b; & intelligenda est eorum cor-

pula accipi pro tempore b. Quod si in tempore c formetur hæc propositio, nulla propositio est uera, & intelligatur pro tempore b, ipsa non se falsificat neque est insolubilis imò uera. ¶ Quare ipsius insolubilis uniuersalis negatiuæ nulla propositio est uera existentis in tempore b, prædicatū uerò pro nullo supponit: cum solū accipi possit pro ueris in tempore b existentibus pro quo copula accipitur: eo autem tempore nulla est propositio uera. Quod sit, ut aliqua sit negatiua falsa: in qua est terminus pro nullo supponens, etiam in eo tempore pro quo propositio est falsa.

## FABER.

- 9 ¶ Plato est asinus, uel disiunctiua Sortis est falsa. Casus Sortes illam solam propositionem proponat Platoni.
- 10 ¶ Plato est animal, & copulatiua Sortis est falsa. Casus similis priori.
- 11 ¶ Si hæc conditionalis est uera: Plato est asinus. Casus hæc demonstret illam conditionalem.
- 12 ¶ Solus Plato dicit uerum. Casus. plato dicat homo est animal, & Sortes insolubile: & nullus alius aliquid dicat.

## CLICHTOEVVS.

- 9 ¶ Nonum insolubile quod est hypotheticum disiunctiuium. Plato est asinus uel disiunctiua Sortis est falsa: posito casu quod Sortes illam solam disiunctiuam proponat Platoni. Quod si ponatur uerum, ergo per diffinitionem altera pars eius est uera: sed non prima pars, ut manifestum est, ergo secunda est uera, scilicet quod disiunctiua Sortis est falsa. Sed disiunctiua Sortis, est dictum insolubile, ergo ipsum est falsum. Si uerò ponatur falsum, tunc ita est ut secunda eius pars significat, cum illa significet totam disiunctiuam esse falsam, igitur secunda pars disiunctiuæ insolubilis est uera: quare pro diffinitionem & tota disiunctiua est uera. ¶ Responso, Insolubile propositum, est falsum: quia seipsum ex casu falsificat, & reflexionem habet supra se gratia secundæ partis habentis immediate

reflexionem supra totā diſiunctiuā & mediatē supra ſe,  
 ipſam. Aequiualeſ eius & cōtradictoria eo modo quo  
 cæterorū inſolubiliū ſumēdæ ſunt: & rationes eius veri  
 tatem probantes, ſimiliter ſoluendæ. ¶ Decimū inſolubi  
 le quod eſt hypotheticū copulatiuū. Plato eſt animal &  
 copulatiua Sortis eſt falſa, poſito caſu quod Sortes illā  
 ſolā copulatiuā proponat Platoni. Quod ſi ponatur ue  
 rum: ergo per diſſinitionem copulatiuæ ueræ eius utraq;  
 pars eſt uera: quare & eius ſecunda pars ſcilicet copu  
 latiua Sortis eſt falſa, etiā eſt uera: igitur copulatiua Sor  
 tis eſt falſa. Nā ad omnem propoſitionem eſſe uerā: ſequi  
 tur ipſamet per cōuerſam tertix regulæ, ſed copulatiua  
 Sortis eſt datū inſolubile: igitur ipſum eſt falſum. Si ue  
 ro inſolubile ponatur falſum: ergo per diſſinitionē altera  
 pars eius eſt falſa: at nō prima (ut notum eſt) igitur ſecū  
 da, ſcilicet copulatiua Sortis eſt falſa, quare ſua contra  
 dictoria eſt uera, ſcilicet copulatiua Sortis nō eſt falſa,  
 igitur per locum à cōtrariis immediatis copulatiua Sor  
 tis eſt uera. At copulatiua Sortis eſt inſolubile: igitur  
 ipſum eſt uerum. ¶ Reſponſio. Datum inſolubile etiā  
 eſt falſum & ſe ex caſu falſificat gratia ſecundæ eius par  
 tis falſificantis, primo totam propoſitionē & deinde ſeip  
 ſam. Sed quælibet alia propoſitio ſimilis prædictæ pro  
 poſitioni & de ea intellecta, formata in eodem tempore  
 bene eſſet uera & non inſolubilis. Eius æquiualeſ &  
 29 contradictoria ut in cæteris ſumatur. ¶ Undecimū in  
 ſolubile quod eſt hypotheticum conditionale. Si hæc cō  
 ditiōalis eſt uera, Plato eſt aſinus: poſito caſu quod pro  
 nomen hæc, in prima parte poſitum demonſtret totam  
 cōditionalem. Quod ſi ponatur uerum, tunc eius antece  
 dens eſſet uerū, & cōſequens eſt impoſſibile: & ergo fal  
 ſum, igitur antecedens eius eſſet uerū & cōſequens fal  
 ſum, & per cōſequens datum inſolubile per diſſinitio  
 nē eſſet falſum. ſi uerò ponatur eſſe falſum: ergo per diſſi  
 nitionē poſſibile eſt antecedēs ei⁹ eſſe uerū & cōſequēs  
 falſum. Ponatur ergo eius antecedēs eſſe uerum, cū eius  
 ſubiectum demonſtret totam conditionalem: ergo tota  
 cōditiōalis eſt uera, & ipſa eſt inſolubile: ergo inſolubile

eſt uerum. ¶ Reſponſio. Propoſitū inſolubile eſt falſum  
 & ſeipſum falſificans gratia cōnexionis primæ partis cū  
 ſecunda, quæ ſunt diſſidentes. Et quamuis antecedens  
 nō poſſit eſſe uerū cōſequēte exiſtente falſo: hoc tamē nō  
 ſufficit ubi cōditionalis habet reflexionem ſupra ſe, & ſe  
 32 ipſam falſificat ſicut in propoſito. ¶ Duodecimum inſo  
 lubile quod eſt exponibile excluſiuum. Solus Plato di  
 cit uerum: poſito caſu quod Plato dicat iſtam propoſitio  
 nem, homo eſt animal, & Sortes dicat inſolubile propo  
 ſitum, & nullus alius aliquid dicat. Quod ſi ponatur ue  
 rum: tunc Sortes dicēs inſolubile dicit uerum, & Sortes  
 eſt alius à Platone: ergo nō ſolus Plato dicit uerū: quod  
 eſt oppoſitū inſolubilis. Si uerò ponatur falſum: tunc  
 Plato dicit uerū, & nullus alius à Platone dicit uerum:  
 ergo ſolus Plato dicit uerū: ab exponentibus ad expoſi  
 tā. Sed antecedēs eſt uerū, ergo & cōſequēs quod eſt in  
 ſolubile. ¶ Reſponſio. Propoſitū inſolubile eſt falſum,  
 & ex caſu & reflexiōe ſupra ſe, ſeipſum falſificās. ¶ Ad  
 rationē probantē ipſum eſſe uerū, reſpōdēdū eſt illas eſſe  
 ſufficiētes exponentes propoſitiōis excluſiuæ: ex parte  
 ſyncategorematis ſiue ſigni excluſiuī, & ergo ſufficiēter  
 explicant propoſitionē ſimilē propoſitioni Sortis, nō ha  
 bentē reflexionē ſupra ſe: nō tñ ſunt ſufficiētes exponē  
 tes ratione reflexionis eo modo quo alix propoſitiōes  
 inſolubiles prius ſolūtæ ſunt explicari per unam copula  
 tiuam, ut oſtendit quinta regula. Sed ſi propoſitio Sor  
 tis, nomine proprio uocetur a, ſic ſufficiēter explican  
 da eſt: Plato dicit uerum, & nullus alius à Platone dicit  
 uerū, & a eſt propoſitio uera: quarum partium duæ pri  
 mæ explicant excluſionem, tertia uerò reflexionē. Mo  
 do illa exponens eſt falſa, cum tertia eius pars ſit falſa,  
 igitur & ipſum inſolubile.

### Similia Inſolubilibus.

F A B E R.

¶ Tu proijcies me de ponte. Caſus. Plato cum forti cuſto  
 dia cuſtodit pontē, & iurauit ſe quemlibet dicentem uerū

permittere transire: & dicentem falsum, non. Sortes dicit prædictam propositionem.

- 2 ¶ Tu non dabis mihi denarium. Casus. Promisit Plato, ac iuravit cuilibet sibi dicenti verum: dare denarium. Sortes dicit illam propositionem.
- 3 ¶ Ego sum æger. Casus. Quilibet dicens verum sit sanus: & dicens falsum, æger. Sortes dicit propositionem.
- 4 ¶ Tu satis ieiunasti. Casus. Pœnitet Sortem sophismatum suorum, confitetur. sacerdos pœnitentiam iniungit Sorti, ieiunare quousq; inuenerit dicentem falsum. Plato ei obuians dicit propositionem.

## CLICHTOEVVS.

- 30 ¶ Propositionū similitū insolubilibus prima est, tu proijcies me de ponte: seruato casu explicato in litera. Quæ si ponatur uera: ergo Sortes dicit uerū: quare Plato secūdū promissum sinet ipsum transire & nō p̄iciet Sortem de ponte: & per cōsequens propositio Sortis est falsa, si autem ponatur falsa: ergo Plato secūdū pactū nō patietur Sortē transire, sed à pōte deturbabit in aquam, quare propositio Sortis erit uera. ¶ Responso. Cū propositio Sortis sit singularis de futuro cōtingenti, nō est determinate uera, aut determinate falsa: sed in potestate Platonis sitū est quod aut uera sit, aut falsa, si enim Plato p̄miserit Sortem transire, propositio Sortis est falsa: sin ponte deiecerit, est uera. Ceterū cū propositio promissiuā dicatur esse uera: quādo perfecta cōditioe promissi cōpletur promissum: ut propositio, si ueneris ad me, dabo tibi equū, est uera si tibi profecto ad me dederō equū, propositio Platonis nō potest esse uera simul cū casu, quia ipsa redditur falsa ex propositione Sortis, nā Sorte dicente illā propositionē, Plato nō potest satisficere promisso, nec debet. Neq; enim si permittat Sortē transire, seruabit promissum neq; si proijciat de ponte. Respondendū est itaq; nō esse admittendū casum, quia licet quælibet pars per se sit possibilis: ut promissio Platonis sine propositione Sortis;

- & propositio Sortis sine promisso Platonis, tamen totus casus est una copulatiua impossibilis. Quare Plato non debuit hoc pacto iurare sine restrictione, & eius iuramentū est irritū, sed erat explicanda cōditio, dummodo Sortes nō diceret propositionem propter quā ipse Plato nō posset tenere promissum, & iuramentū suū, siue propter quā sua pollicitatio redderetur falsa. ¶ Secundum simile insolubili est, Tu nō dabis mihi denarium. Quod si (supposito casu textus) ponatur uerū: ergo Sortes cum dicit uerū, Plato ex pacto debet Sorti dare denariū, quo quibdem posito, propositio Sortis est falsa, si autem ponatur falsum: ergo Plato secūdum promissum nō debet Sorti dare denariū. & si nō dederit: propositio Sortis est uera. ¶ Responso. Data propositio est singularis de futuro cōtingenti, cuius ueritas aut falsitas ex rei euentu solū pendet, nam si Plato dederit denarium, ipsa est falsa: si uerō non dederit, uera. Quicquid tamen fecerit Plato: non satisficit promisso, quia totus casus non est possibilis, neq; admittendus: cum partes eius sint in ueritate incōpossibiles. Promissio autē Platonis absoluta, non fuit recte facta, sed fuit adijcienda hæc cōditio, dummodo ueniens ad eum nō diceret propositionē propter quam nō posset exequi promissum, & sua fieret promissio falsa & irrita. ¶ Tertium. Ego sum æger. Quod si retento casu literæ ponatur uerum, ergo Sortes cum dicat uerum est sanus: ergo non est æger. Si uerō ponatur falsum: ergo Sortes cum dicat falsum est æger per casum: & per cōsequens propositum simile insolubili est uerum. ¶ Responso. Casus non est admittendus, quia licet quælibet eius pars seorsum sumpta sit possibilis: tamen partes adinuicē sunt impossibiles, quare & tota copulatiua ex illis composita, est impossibilis, sicut & ista copulatiua, oēs currrens est asinus, & omnis homo est currrens, impossibilis est: eius tñ ptes seorsum sumptæ sunt possibilis. ¶ Quartum simile insolubili, Tu satis ieiunasti. Quod si supposita hypothesi textus, ponatur uerū: cum Sortes nondū offenderit dicentem falsum, per pœnitentiam sibi iniungit debet adhuc ieiunare, ergo Plato dicens Sortē satis

ieiunasse dicit falsum: quare proposita propositio est falsa. Si uero ponatur falsum: ergo cum Sortes inuenerit dicentem falsum: secundum iniunctionem sacerdotis satis ieiunauit: igitur propositio Platonis id asserens est uera. ¶ Responso. Sortes non compleuit penitentiam, imò nec debet nec potest eam complere propter repugnantiam casus: ex cuius prima parte sequitur oppositum secundum, & ex secunda oppositum primum, neque sacerdos debuit eam talem penitentiam iniungere, nisi hac adiecta conditione, donec inueniret dicentem falsum, cuius propositio non obstaret completioni penitentiae.

## FABER,

- 5 ¶ Est Protagora & Euatli eius discipuli. Tu persolues debitum. Casus. Protagoras docet discipulum hac conditione, ut dimidium debiti persoluat: & residuum postea quam in iudicio primam obtinuerit causam.
- 6 ¶ Tu respondebis negatiue. Casus. Obligat Sortes Platonem ad primam propositionem: respondere & bene respondere sic, vel non. Sortes proponit propositionem.
- 7 ¶ Tu es a. Casus. a in qualibet propositione uera significet asinum: & in falsa hominem.

## CLICHTOUEVS.

- 34 ¶ Quintum simile insolubile ex Aulo Gellio autore probatissimo sumptum est: qui decimo capite quinti libri notitium Atticarum illud elegantissime explicat in hanc sententiam. Protagoras acerrimus sophista, docturus Euatium adolenscentem artem eloquentiae & causas orandi, hanc cum eo statuit conditionem: quod Euatius dimidium pacti praestitit in principio, antequam discere inciperet, ipsi Protagorae traderet, residuum uero persolueret, cum primam apud iudices causam egisset, & uicisset. Cum itaque longum praeterisset tempus quo Euatius Protagorae auditor fuerat, & in studio eloquentiae abunde profecisset: causam tamen aliquam agendam non susciperet: suspicatus Protagoras id Euatium agere, ne si causam in iudicio

obtinuisset, cogeretur reliquum mercedis dare: uocauit eum in iudicium, talemque in ipsum captionem comentus est. Quicquid (inquit) hodie iudices censuerint Euatle, mihi debitum persolues. Nam si contra te lata fuerit a iudicibus sententia: mihi merces debetur secundum eorum iudicium. Si uero pro te itidem mihi debetur ex pacto: quia in iudicio causam obtinueris. Verum Euatius acriter ingenio protinus argumētū Protagorae cofutauit, in eisque retorsit hoc modo. Eadem quoque ratione dicit Protagora inquit: quicquid iudices hodie faciendum decreuerint: non tibi debitum persoluam. Nam si pro me iudicauerint, nihil tibi ex eorum sententia debebo. Si uero contra me pronuntiauerint, nihil itidem tibi ex pacto debebo: quia nondum in iudicio causam obtinueris. Sic Euatius Protagoram suis (ut aiunt) armis confodit. Itaque supposito casu proponat Protagoras Euatlo hanc propositionem. Tu persolues debitum. Quae si ponatur uera: Euatius igitur non obtinebit causam in iudicio: quare ex pacto non persoluet debitum, & sic erit falsa. Si uero ponatur falsa: tunc Euatius consequitur in iudicio uictoria: igitur ex pacto persoluet debitum, & sic propositio erit uera. ¶ Responso. In Euatli potestate situm est aut soluendo, propositionem quod futurum est enuntiantem ueram reddere: aut non soluendo falsam. Casus tamen non est admittendus, cum partes eius sint incoppossibiles, neque pactio inter Protagoram & Euatium simpliciter est intelligenda: sed cum hac conditione quod Euatius persoluet reliquum debiti, dum in iudicio causam oras uicerit, cuius consecutio non impediatur persoluitionem debiti, huius autem causae quae agitata est obtentus, repugnat pacto & conditioni. ¶ Sextum simile insolubile. ¶ Tu respondebis negatiue supposito casu in litera explicato. Si Plato respondet, sic est, concedit se responsurum negatiue quod falsum est, nam respondet affirmatiue. Si uero Plato responderit, non sic est: negat se responsurum negatiue quod rursum falsum est, nam respondet negatiue. ¶ Responso. Si Plato non responderit: uel si responderit, quod sic est, propositio Sortis est falsa. Si uero responderit non sic est: tunc propositio Sortis est uera, sed respons



fitio Platonis falsa. Neq; potest Plato secundum illam obligationem bene respondere, neq; debet simpliciter eam respondere nisi cum hac conditione: dummodo Sortes non ponat ei propositio nem propter quam sua responsio quasi licentia fuerit reddatur falsa, quod in praedicto casu non est obseruatum. ¶ Septimum simile insolubili. Tu es a, 7 seruato casu posito in textu. Si propositio posita ponatur uera: ergo cum a in ea significet asinum, per positum ista uera est, tu es asinus. Sin falsa: ergo cum a in ipsa significet hominem, ista est falsa, tu es homo. Propositiones enim aequiuales sunt eiusdem ueritatis & falsitatis. ¶ Responsio. non est admittendus casus, cum sit impossibilis propter partes eius impossibiles. Nam ipsius casus prima pars, scilicet quod a in propositione uera significet asinum, & in falsa hominem, repugnat ueritati huius propositionis, tu es a proposita homini: cum si ponatur uera, statim casus cogit eam esse falsam: & si falsa, ueram.

## Paralogismi ad Insolubilia.

FABER.

- 1 ¶ Si insolubile falsum est, utcumq; significat, ita est.
- 2 ¶ Subiectum & praedicatum pro eodem accipiuntur.
- 3 ¶ Iste dicit falsum, & iste est Sortes.
- 4 ¶ Ea propositio prolata a Sorte, & ab alio quocumq; sunt synonymae.
- 5 ¶ Contradictoria insolubilis est falsa.

CLICHTOVEVS.

- 37 ¶ Ad probandum ueritate insolubilium, fieri solent plerumq; paralogismi: quorum quinque in litera ponuntur hoc modo soluendi. ¶ Primus, si insolubile ut exempli gratia Sortes dicit falsum, est falsum: ut cumq; significat, ita est, nempe significat Sortem dicere propositionem falsam, & ita est. At si utcumq; propositio significat, ita est: ipsa est uera per definitionem: ergo dictum insolubile est uerum. ¶ Responsio. Cõcedenda est maior & etiam minor, si de propositione non reflexiua neq; ex casu se falsificante

intelligat: neganda tñ si de reflexiua & se falsam reddente quale est insolubile, accipiat. Nam ad huius ueritate non sufficit, quauis requiritur, quod utcumq; significat, ita sit. sed praeterea oportet quod copulatiua & per quintam regulam aequiualens sit uera: quod deest praedicto insolubili. ¶ Secundus. Ipsius insolubilis Sortes dicit falsum, si ponatur esse falsum: subiectum scilicet Sortes, & praedicatum scilicet dices falsum pro eodem accipiunt & supponunt. Quia Sorte demonstrato, uerè dicit, hoc est Sortes & hoc est dices falsum, igitur insolubile est uerum. Singularis enim affirmatiua ( cuiusmodi est insolubile ) cuius subiectum & praedicatum pro eodem supponunt, est uera. ¶ Responsio. Concedendum est antecedens, & negandum consequens cum consequentia: quia quauis acceptio subiecti & praedicati pro eodem sufficit ad ueritatem singularis affirmatiuae non reflexiuae & non insolubilis: nõ tñ sufficit ad ueritatem reflexiuae & insolubilis, sed praeter id requiritur copulatiua eius per quintam regulam aequiualem esse ueram. ¶ Tertius paralogismus. Demonstrato Sorte bene sequitur: iste dicit falsum, & iste est Sortes: ergo Sortes dicit falsum, per syllogismum expositorium affirmatiuum. Sed maior est uera, & etiam minor, igitur & conclusio quae est datum insolubile. ¶ Responsio. Si consequens intelligatur esse propositio similis in uoce ipsi insolubili prolata ab alio quam Sorte: concedendum est eam esse bonam consequentiam & eius consequens uerum sicut antecedens: et consequens non est datum insolubile. Si uerò consequens intelligatur esse datum insolubile a Sorte prolatum: negandum est ibi rectè esse syllogismum. Nam ex maiore & minore non reflexiuis, inferitur conclusio reflexiua omnino alterius formae a conclusione istius syllogismi non reflexiua, iste est sedens, & iste est Sortes: ergo Sortes est sedens, quare prior syllogismus est alterius formae a posteriore; & etiam a forma syllogismorum singularium Aristotelis, qui rationes arguendi & regulas solum ponit applicandas ad propositiones non reflexiuas. Idcirco propter insolubilia nõ est cõcedendū ex uero seq falsum; neq; oppositū alicuius

principij, aut propositionis demonstrabilis astruendum. Nam cum ex demonstrationibus patefacta sit uia dissol- uendi, nō modo quæ prius proposita sunt sed alia quæ- cunq; insolubilia: quis, nisi mentis lumine captus, credat ob insolubilia, aut principium logicum, aut quicquam demonstratione cognitum negari debere: cum uerum, o- mni uero aptissime consonet. ¶ Quartus paralogismus. 4. Propositio, Sortes dicit falsum, prolata à Sorte, & ab alio quocunq; ut Platone, sunt synonymæ: nam subie- ctū unius est idem subiecto alterius, & copula copulæ, & prædicatum prædicato, quare & tota toti est eadem. Atqui propositio Sortes dicit falsum prolata à Platone est uera: ergo & propositio prolata à Sorte, nam si unum synonymorum est uerum: & alterum. ¶ Responso. Ne- gandum est propositionem à Sorte prolatam, & eandem à Platone aut alio quocunq; esse synonymas, nam pro- positio Sortis, seipfam falsificat, & est reflexiua: propositio autem Platonis, neq; se falsificat, neq; reflexiua est. Reflexiua autem non reflexiua minime est eadem aut sy- nonyma, quamuis eadem in uoce & mente unius & al- terius sint partes, præter quas ad eam omnimodam identitatem requiritur similitudo quo ad reflexionē aut non reflexionem. ¶ Quintus paralogismus. Contradi- ctoria insolubilis scilicet Sortes non dicit falsum, est fals<sup>5</sup>, igitur datum insolubile est uerum. Quod autem data singularis negatiua sit insolubilis contradictoria, patet: nam sunt singularis affirmatiua, & singularis negatiua, eiusdem subiecti & prædicati: igitur per diffinitionē sunt contradictoriæ singulares. ¶ Responso. Negandum est datam negatiuam contradicere insolubili, nam ea cōtra- dictoriarum singularium que affertur diffinitio, intelligē- da est de singularibus non habentibus reflexionem supra se & non de insolubilibus, cuiusmodi est propositio Sor- tis. Quomodo autem debeat sumi contradictoria dati in- solubilis & cuiuscunq; alterius: quinta regula declarauit. Sumenda quidem primum est copulatiua æquipol- lens insolubilis quod suo nomine uocetur a scilicet Sor- tes dicit falsum, & a est uerum. Deinde capienda disiu- ctiua de

ctiua de partibus contradicentibus prædictæ copulati- uæ, scilicet Sortes non dicit falsum, uel a non est uerum, quæ manifestè contradicit datæ copulatiuæ: igitur etiam contradicit insolubili quod æquipollet (ut ante ostensum est) illi copulatiuæ. Quicquid enim contradicit uni æquiualentium: etiam contradicit alteri.

¶ Commentarij in Logicas Introductiones finis.

¶ Operis peroratio.

**C**irca ea, que à disciplinis reiecta sunt, nō est mel- lius consilium, ut diutius immorandum sit. Satis em̄ est ea uel in transcurso (uelut qui exploratores hostile agmen transcurrunt) attigisse. Nam ea occupatio à uerorum perceptione retraheret animum: qui cum sit ad bona & pulchra & digna natus, solum ea uera que bona sunt, pulchra & seria iugiter meditari debet: & uulgaria, impropria, sterilia, captiuiculas, sophismata & cetera id genus, que ex syncategorematum phantasia surgunt, & que in seipsis marcent (ueluti sterile nubis uestigium) sine ualere. Alioqui nouerint ammoniti se naufragium fac- turos: & in erroribus Charybdis & Scyllæ continue in- stitutos, cum illis securus disciplinarū promittitur portus.

FINIS.

L

**TABELLA CONTENTORVM IN**  
*Enarrationibus Clichtouei super. xij. Introductiones Fabri in Logicam per numeros amplioris marginis luculenter distincta.*

## IN ARTIS SVPPOSITIO:

num commentario, hæc determinantur.	
Suppositionis diuisio.	1
Eius diffinitio.	2
Quid significatum ultimum & non ultimum.	3
Quid est copulam absoluta tempore.	4
Quid descensus.	5
Quid descensus disunctiuus, disunctus, copulatiuus & copulatus.	6
Quod suppositio pro generibus singulorum in disciplinis est frequentior.	7
Quæ sunt distribuentia pro generibus singulorum.	8
Quo pacto cuiuslibet generis propositionum extrema supponunt.	9
Quomodo in propositionibus de secundo & tertio adiacente copula supponat.	10
Quæ sunt propositiones ad scientiam pertinentes.	11
Quis terminus singulariter, & q̄s cõiter accipiat.	12
Quid inter cõiunctionem copulatiuam diuisiue, & cõiunctam sumptam interest.	13
Quando signa & negationes sunt partes extremi.	14
Quod idem distribuens in eadem propositione diuerso modo possit agere.	15
Quid negatio infinitans & terminus infinitus.	16
Distribuens (cum eiusdem aggregati recto aut obliquo casu conforme est) diuerso modo distribuere.	17
Quæ dictiones nim distribuendi includunt.	18
Quod toto extremo una suppositione accepto, interdum partes eius diuerso modo supponunt.	19
Quo uerificatio & descensus in relatiuis fieri debeat.	20
Signa uniuersalia & negationes in sequens relatiuum nihil agere.	21

Quod in contradictorijs relatiuum ad idem antecedens referendum est.	22
Quid post ampliatiõis, diffinitionem posita uocabula denotent.	23
Quæ sit hic copula præsentis temporis.	24
Quid inter modalem compositam & diuisiuam ratione ampliatiõis interest.	25
Quomodo uerbalia in bile & iuum explicantur.	26
Qui uerborum actum interiorem animi importantium proprij sint termini.	27
Quid implicatio, & quod eius officium.	28
Ampliatiõis, implicatiõis, explicatiõis & uerificatiõis per exempla declaratio.	29
Restrictiõis diuisio.	30
Termini appellatiui duplex significatum.	31
In oratione cognosco currentem, accusatiuum determinate accipi & non confuse tantum.	32
Quot sunt propositionum exponibilium genera.	33
Quid artis duo carmina literæ contineant.	34
Verba incipit & definit trifariam accipi.	35
Quis propositionis exponibilis terminus cuiusq; exponentis aut subiectum, aut prædicatum esse debeat.	36
Quomodo in singulis exponibilium generibus terminis supponunt.	37
Quomodo cuiuslibet generibus exclusiue exponant.	38
Quomodo exceptiue.	39
Quo pacto reduplicatiue.	40
Qua ratione comparatiue.	41
Quo item modo propositiones de incipit & definit in prima secundaq; acceptione.	42
Quomodo & in tertia.	43
Quæ ab exponibili ad exponentes & contra, sumi possunt consequentiæ.	44
Ab exclusiua indefinita affirmatiua ad uniuersalem affirmatiuam de terminis transpositis esse necessariam consequentiam.	45
E diuerso ab uniuersali affirmatiua ad exclusiuam indefinitam affirmatiuam terminorum transpositorum.	

formalem esse consequentiam.	46
Ab exclusiua sine negatione sumpta ad exclusiuam cum negatione præposita & postposita signo; firmam esse consequentiam.	47
Ab exclusiua cum negatione postposita tantum ad exclusiuam cum negatione tantum præposita; necessariam esse consequentiam.	48
Quo pacto uulgaria & minus uenusta huius artis uocabula ad latinam locutionem reduci possint.	49
<b>4 In artis Prædicabilium commẽ-</b>	
tario, sequentia pertractantur.	
Quid prædicatio, & quot eius quasiuua.	1
Quid est extrinsecè denotare.	2
Quod cuiusque prædicabilis proprium est subijcibile.	3
Quomodo ex prædicatione propria fiat impropria.	4
Interrogatiuum quid, itidem & quale, bifariam sumi.	5
In quo prædicamento differentia: substantiales sunt collocandæ.	6
Quæ sunt differentia: specie.	7
Quomodo species communiter accepta diffiniatur.	8
Quo pacto & differentia: tertii constituens prædicabile.	9
Ad quid differentia: diuisiua & constitutiua: cõducunt.	10
Oẽm differentia: diuisiua esse constitutiua: & ediuerso.	11
Cuius modi proprium hic diffinitur.	12
Alia proprii extra literam diffinitio.	13
Per quid quadrifaria proprii diuisio denotatur.	14
Quid est omni conuenire & soli.	15
Cuius modi proprium est in disciplinis usurpatum.	16
Cui accidenti prima eius diffinitio conuenit.	17
Cui & secunda.	18
Quid accidentis subiectum.	19
Quid singulorum prædicabilium prædicatio.	20
<b>5 In commentario artis Diuisio-</b>	
num hæc inseruntur.	
Ex arte diuisio: diffiniendi artem haberi.	1
Quid diuisio communiter accepta.	2
Quid diuisio realis.	3

Quid logicalis.	4
Non omnem diuisio: debere esse bimembrem.	5
Quotuplex est generis in suas differentias diuisio.	6
Diuisio: specie in sua indiuidua non esse aptam disciplinis.	7
Quid totum in modo & eius pars.	8
Quo indicio determinatio diminues à non diminuen: dinoscatur.	9
Quid in proposito subiectum.	10
Aequiuoci diuisio.	11
Quid membra diuisio: perfecta & imperfecta.	12
Ex simplicibus cognosci composita.	13
Qualis esse debet diffinitio.	14
Quantum momenti diffinitiones & diuisio: in disciplinis habeant.	15
<b>6 In artis Prædicamentorum com-</b>	
mentario hæc elucidantur.	
Quid in libro prædicamentorum determinatur.	1
Quæ æquiuoca diffiniuntur.	2
Vniuocorum diuisio.	3
Quid unumquoq; tripliciū denominatiuorum dicat.	4
Quid dicibile incomplexum, item & complexum.	5
Quæ sub unoquoque membrorum secundæ diuisio: dicibilia contineantur.	6
In prima regula ante prædicamentali non tradit aliquã argumentandi formam, sed prædicandi.	7
Quæ differentia: in accidentibus reperiantur.	8
Quæ dicibilia simplicem habent modum significandi.	9
Quomodo eadem de deo & cæteris rebus dicuntur.	10
Omnium prædicamentorum dicibilia exemplis declarata.	11
Quomodo per cuiusque prædicamenti quasiuua cognoscantur dicibilia esse in prædicamento.	12
Quid est principaliter & absolute significare.	13
Quomodo secundæ substantia: pluraliter diffiniuntur.	14
An à materia potius an à forma differentia: substantiales sumantur.	15

Nihil interesse an in primæ proprietatis substantiæ enū- tiatione negatio ablatiuum præcedat uel sequatur.	16
Quid est significare hoc aliquid, item & quale quid sub appellationis figura.	17
Quo proprii modo quælibet substantiæ proprietates sit propria.	18
In quas partes quantitas est diuisibilis.	19
Quid quantitatis continuæ terminus communis.	20
Quis numerus sit quantitatis discreta.	21
Quid inter numerum numerantem & numeratum interest.	22
Quid est numerus continui.	23
Quot ad quantitatem constantem ex partibus positione habentibus requiruntur.	24
Ad quas quantitates per se, oratio & locus reducantur.	25
Non omnem quantitatem esse quantitatem discretam.	26
Quomodo quantitas & quomodo substantia dicitur æqua- lis, aut inæqualis.	27
In quo casu omnia relatiua referri possunt.	28
Ad aliqd. communiter sumptum omnia completi predicamenta.	29
Quod relatiua bifariam dicuntur ad conuertentiam.	30
Quid sint relatiua actus & potentie.	31
Quæ relatiua tertium constituunt predicamentum.	32
Quomodo dispositio ad habitum sese habeat.	33
Ad quas disciplinas primæ & secundæ speciei qualitatis dicibilia pertineant.	34
Quid est sensui inferre passionem & inferri ex passione.	35
Formam & figuram re ipsa quantitates esse.	36
Quo proprii modo unaquæque proprietatum qualitatis sit propria.	37
Dicibilia actionis & passionis pro eodem accipi, sed dis- uerlis rationibus.	38
Quo proprii modo dux actionis & passionis proprieta- tes eius conueniant.	39
Quare quatuor ultimorum predicamentorum breuiuscu- la est apud Aristotelem determinatio.	40
Quid sunt dicibilia adinuicem opposita.	41
Relatiue oppositorum diuisio.	42
Quid priuatiue opposita potentie, & quid actus.	43

Quo maxime contraria & non maxime, diffiniri debeant.	44
Dux contrariorum diuisiones.	45
In quo predicamento quælibet oppositorum inueniantur.	46
Quod bonum concors sit, & malum discors.	47
Quid est contrarium actu esse.	48
Quid est inesse simul eidem.	49
Contraria interdum fieri circa idem numero.	50
Quod aliquæ naturales potentie sunt uera aia accidentia.	51
Prioris tertio modo diuisio.	52
Quot modis dicitur posterius.	53
Quare relatiuum est simul & ad quid refertur.	54
Quod motus nunc actionis nunc passionis denominans est.	55
Sex alterationis modi.	56
Quibus opponitur motus.	57
Verbo habere omnium predicamentorum denominatis ua explicari.	58
Partium integralium nomina in genere substantiæ reponi.	59

## 7 In artis Enuntiationum commen-

tario, hæc discutuntur.

Quæ in presenti introductione determinanda suscipiuntur.	1
Vocis, uocis significatiue & cæterorum in diuisione pos- sitorum usque ad oppositionem diffinitio.	2
Quæ partes orationis significatiue sunt & quæ consigna- ficatiue.	3
Scripturarum & conceptuum consimilis ut uocis diuisio.	4
Quid uox incomplexa pariter & quid complexa.	5
In conuersione, applicatione & restrictione interdum uariari.	6
Quatuor regulæ argumentandi a non amplo ad amplum & ediuerso.	7
Propositionum oppositarum diffinitio.	8
Eidem propositionum septem de lege contrarias assigna- ri posse.	9
Et uni propositioni totidem subcontrarias.	10
Quid contradictoriæ communes & quid singulares.	11
Quando oportet terminum distributum in una opposi- tarum, distribui in qualibet reliquarum.	12
Obiectionis contra datam regulam solutio.	13

INDEX

Cuilibet propositiōi unā tantū dari cōtradictōriam.	14
Eidem propositiōi septē assignari secundum legem subalternas.	15
Principia ad demonstrādas oppositarū leges cōducētia.	16
Legis contrariarum demonstratio.	17
Idem & subcontrariarum.	18
Et subalternarum.	19
Quot modis propositiōum sit æquipollentia.	20
Plures propositiōes adinuicē nō æquiuales nō posse eidem propositiōi contradicere.	21
Quicquid opponitur uni æquipollentium: & alteri cōsimiliter opponi.	22
Primæ æquipollentiarum regulæ demonstratio.	23
Reliquarum itidem demonstratiua probatio.	24
Regularum binarij, ternarij & quaternarij per exempla declaratio.	25
Quomodo consequentiæ partes per propositiōis categoricæ partes cognoscuntur.	26
Quod mala consequentia sit consequentia.	27
Quæ ad formā categoricarū & cōsequētiarū p̄tinēt.	28
Ad cōsequentiæ datæ oppositum cōsequētis sequi oppositum antecedētis.	29
Si ad datæ cōsequentiæ oppositum consequētis sequitur oppositum aut repugnans antecedētis: primā cōsequentiā ualere.	30
Quid est conuersio communiter accepta.	31
Quid conuersio simplex & per accidens.	32
Conuersionis per contrapositionem diuisio.	33
Conuersionum uniuersalis affirmatiuæ demonstratio.	34
Uniuersalis itidem negatiuæ.	35
Conuersionum particularis negatiuæ demonstratiua ostensio.	36
Deniq; & particularis affirmatiuæ.	37
Quot modis particularis negatiua conuerti potest.	38
Quæ sit forma conuersionum Aristotelis.	39
Quæ sit transcēdētis apud Aristotelem significatio.	40
Quot sunt propositiōis hypotheticæ partes.	41
Quid hypothetica.	42

INTRODVCTIONVM.

269

Quot eius species.	43
Quòd omnis consequentia ad hypotheticam conditionalem reducitur.	44
Quid hypothetica temporalis, localis & similes.	45
Quando exponibiles sunt copulatiuæ & quando disiunctiuæ.	46
Quæ sit alia disiunctiuæ apud Seuerinum Boetium significatio.	47
Quomodo hypotheticæ affirmatiuæ fiant negatiuæ.	48
Quo pacto hypotheticarum negatiuarum ueritas, aut falsitas deprehenditur.	49
Quot modis ab æquiualentibus sit argumentatio.	50
Ad impossibile sequi quodlibet.	51
A tota conditionali cum positioe antecedētis ad positionem consequētis necessariam esse consequentiam.	52
Ex predictæ consequentiæ opposito consequētis ualere consequentia.	53
Quod ad omnem conditionalem, altera eiusdē consequētis conditionalis sequitur, cuius quidem secundæ antecedens infert antecedens primæ.	54
Ad omnem conditionalem sequi alteram ex transpositis & oppositis partibus constitutam.	55
A tota conditionali cū positioe cōsequētis ad positionē antecedētis non esse necessariam consequentiam.	56
Nec ex opposito consequētis consequentiā ualere.	57
Cum ad copulatiuam sequitur aliquid consequens: ad oppositum consequētis cum una partium copulatiuæ sequi oppositum alterius partis.	58
Quòd a tota copulatiua ad alteram eius partem est formalis consequentia.	59
Ex opposito consequētis itidem ualere consequentiā.	60
A parte copulatiuæ ad totam copulatiuā nō esse necessariam consequentiam.	61
Nec item ex opposito consequētis.	62
A parte disiunctiuæ ad totam disiunctiuam firmam esse consequentiam.	63
Ex opposito consequētis etiam ualidam esse consequentiam.	64

INDEX

Quod tota disiunctiua cum destructione unius partis ad positionem alterius sit necessaria consequentia.	65
Et ea quæ ex opposito sumitur consequentis.	66
A tota copulatiua ad earundem partium disiunctiuam formalem esse consequentiam, non autem ediuerso.	67
Sic a copulatiua negatiua ad partium contradicentium disiunctiuam.	68
Copulatiuam negatiuam & partium oppositarum disiunctiuam æquipollere.	69
Ex disiunctiua negatiua: partium contradicentium copulatiuam necessario sequi.	70
Ita ex disiunctiua: copulatiuam negatiuam de partibus contradicentibus.	71
Disiunctiuam negatiuam & copulatiuam partium contradicentium æquipollere.	72
Quod ad disiunctiuam ex una parte possibili & altera impossibili constitutam sequitur pars possibilis.	73
Ex tota disiunctiua cum positione unius partis non sequi positionem alterius.	74
Nec cum destructione unius ad destructionem alterius.	75
Quomodo accipiuntur modi facientes modales compositiones.	76
Quomodo modalium compositarum extrema & copula.	77
Gemina contingentis acceptio.	78
Primæ regulæ modalium demonstratio.	79
Secundæ: consimilis per demonstrationem probatio.	80
Quomodo quatuor regulæ Petri Hispani duabus primis in litera regulis respondent.	81
Quid dictum affirmatum, quid negatum.	82
Quid dictum uniuersale, particulare, indefinitum singulare.	83
Quot in modalibus compositis eiusdem ordinis sumuntur consequentia.	84
Quid artis habent uocabula quatuor uulgata in modalibus compositis.	85
Formulæ artificialis secundam regulam sequentis declaratio.	86
Quomodo modalium compositarum sumenda est qualitas & quantitas.	87
In cuiusmodi propositionibus oportet conuerſa impossibi-	

INTRODVCTIONVM.

270

bilis conuertentem esse impossibilem.	88
Quibus quantitatum signis modi copulam determinantes respondent.	89
Duplex propositionis de inesse acceptio.	90
Quod modalium diuersarum sumit qualitas & quantitas.	91
Quot eidem propositioni dantur secundum legem contrariæ & subcontrariæ.	95
Quæ modales nullam legem participare possunt.	94
Quod per additionem negationis modales æquipollent.	95
Præterea quatuor æquipollentiarum modalium diuisarum regulæ.	96
Quomodo modalis tota uniuersalis affirmatiua conuertitur.	97
Quod tota uniuersalis negatiua itidem & particularis.	98
Quomodo modalis affirmatiua mixtæ quantitatis conuertitur.	99
Denique quo pacto consimilis quantitatis negatiua.	100

**In artis Syllogismorum commentario, hæc continentur.**

Quid syllogismus.	1
Quid propositio, maior, minor, conclusio.	2
Qui autores de syllogismo hypotheticis determinauerunt.	3
Quot modis fit syllogismus compositus.	4
Duplex syllogismorum primæ figuræ forma.	5
Quomodo singuli primæ figuræ modi diffiniuntur.	6
Quo pacto secundæ.	7
Et singuli tertiæ.	8
Quid medium syllogismi.	9
Quomodo sapiesimo & friscorum cuiuslibet figuræ sunt modi.	10
Qui syllogismi perfecti sunt & qui imperfecti.	11
Quid literæ modorum syllogisticorum significant.	12
Ad quascumque præmissas sequi eandem transpositas.	13
Ad præmissas transpositas, eandem sequi conclusionem quæ ad non transpositas.	14
Tot esse syllogismos indirectæ concludentes quot directæ.	15

INDEX

Modi syllogismorum præmissis transpositis sumpti. 16  
 Quid præmissæ ipsius cōuerse & quid conuertentis. 17  
 Ad præmissas conuerse sequi præmissas cōuertentis. 18  
 Ex cuiuslibet syllogismi cōtradictorio cōclusionis cū maiore necessario sequi contradictorium minoris. 19  
 Si ex opposito conclusionis cum minore; contradictoriū maioris. 20  
 Conuertentem conclusionis ad suæ conuerse præmissas sequi. 21  
 Itidem & particularem ad præmissas suæ uniuersalis. 22  
 Ita & æquipollētes cōclusionis ad easdē seq. præmissas. 23  
 Quid quartam regulam sequens formula artis contineat. 24  
 Quæ conclusiones sequuntur ad præmissas cōclusionis uniuersalis affirmatiuæ. 25  
 Quæ ad præmissas uniuersalis negatiuæ. 26  
 Quæ itidem ad particularis affirmatiuæ. 27  
 Postremum quæ ad particularis negatiuæ. 28  
 Principia ad syllogismorum perfectorum demonstratio- nem ualentia. 29  
 Quid dici de omni & dici de nullo. 30  
 Principium de omni & principium de nullo. 31  
 In quibus ppositionib<sup>9</sup> est dici de oi & dici de nullo. 32  
 Quare particula & concessiua Seuerino Boetio diffini- tionis syllogismi adiecta fuerit. 33  
 Quatuor primorū primæ figuræ modorū demonstratio. 34  
 Quinq; reliquorū eiusdem figuræ cōsimilis probatio. 35  
 Quomodo quatuor secundæ figuræ modi directi demo- strantur. 36  
 Quomodo sapismo & frisesomorum secundæ figuræ modi. 37  
 Sex modorum directorū tertix figuræ demonstratio. 38  
 Sic & sapismo & frisesomorum ut tertix sunt figuræ ostensio. 39  
 Quod in utraq; præmissarum medium particulariter su- mi non possit. 40  
 De quibus syllogismis sexta & sequentes regulæ intelli- gendæ sunt. 41

INTRODVCTIONVM.

271

Quando penes ampliacionē uariatum medium impedit syllogismum. 42  
 Argumentationem à non distributo ad distributum: syl- logismum impedire. 43  
 Quid est dare terminos, in quibus omni & in quibus nulli. 44  
 Dationem terminorū in quibus omni & in quibus nulli, syllogismum impedire. 45  
 Quomodo in sexta regula & sequentibus dantur termin- ni in quibus omni & in quibus nulli. 46  
 Quomodo syllogismis expositorijs affirmatiuis, ipsorū principium applicandum sit. 47  
 Quomodo & negatiuorum negatiuis. 48  
 Quæ syllogismorum communium & expositiorū for- ma doctrinalis. 49

9 In introductionis in secundum

Priorum commentario, hæc ponuntur.

Qui syllogismi per conuersionem plura concludunt. 1  
 Qui sub medio & minore extremitate. 2  
 Duplex syllogismorum tertio modo plura concludentiū forma. 3  
 Quid syllogismus uniuersalis, quid & particularis. 4  
 Quot in syllogismis uniuersalibus ex falsis uerum con- cludendi sunt modi. 5  
 Quot item in particularibus. 6  
 Quæ cuiuslibet syllogismi præmissæ circulariter syllogi- zentur. 7  
 Quod nō est idem propositio de prædicatione conuersa & conuertens. 8  
 Ex contrario conclusionis non fieri necessario syllogis- mum conuersuum. 9  
 Quomodo dati syllogismi primæ figuræ contradictoriū maioris & minoris conuersiuæ syllogizandum sit. 10  
 Qualiter syllogismi secundæ figuræ. 11  
 Quo pacto & tertix. 12  
 In syllogismo ad impossibile solum esse sumendum con- tradictorium propositionis datæ pro præmissa. 13



INDEX

Quid est propositiōem per impossibile syllogizare.	14
Que propositiōes & in quibus figuris per impossibile ostenduntur.	15
Quicquid syllogizatur ostensiuē, syllogizari per impossibile & ediuerso.	16
Quot in syllogismo ex oppositis sunt termini.	17
In quibus figuris & modis fit syllogism <sup>9</sup> ex oppositis.	18
Ad syllogismum ex oppositis non fieri syllogismum conuersiuum.	19
Quatuor modi petitionis principij.	20
Totidem modi non propter hoc accidere falsum.	21
Quomodo fiat fallacia contrariæ opinionis.	22
Quæ sunt inductionis singularia, & quando sufficienter enumerata.	23
Quid inductionis maior extremitas, minor, medium.	24
Sillogismum inductiuum solum in prima fieri figura.	25
Quot in exemplo sunt termini.	26
Quomodo ad syllogismum reducitur.	27
Deductiōis diuisio.	28
Duo modi syllogismi instantiui.	29
Quot modis contra propositiōem in toto falsam, itemi & in parte fertur instantia.	30
Quid enthymema dialecticum & quid demonstratiuū.	31
Quid enthymema signi.	32
Tres enthymematis affirmatiui figuræ.	33
Quando in enthymemate deest maior syllogismi aut minor.	34
Quomodo ex enthymemate uniuersali affirmatiuo fit syllogismus.	35
Qualiter ex uniuersali negatiuo.	36
Itidem ex particulari affirmatiuo.	37
Deniq; ex particulari negatiuo.	38
<b>10</b> Introductionis in librum Posteriorum comentario, habentur sequentia.	
De quibus habenda est præcognitio quid est.	1
Quorum est præcognitio quia est.	2
Quomodo demonstratio facit scire.	3

INTRODVCTIONVM. 272

Scire duobus modis.	4
Quid hic propositio uniuersalis, itide & particularis.	5
Quot sunt modi per se.	6
Quid causa conuertibilis & non conuertibilis.	7
Demonstrationis propter quid, diuisio.	8
Demonstrationis quia, partitio.	9
Quid demonstratio ostensiuæ & ad impossibile.	10
Quid propositio immediata & quid mediata.	11
Quare scientia subalternans totum dicitur, & subalternata pars.	12
Quid scientiarum principia.	13
Dux dignitarum diffinitiones.	14
Quibus positiones apta proportione respondent.	15
Quomodo diuisiones ad principia reducuntur.	16
Ad quid ualent in disciplinis petitiones.	17
Quod aliqua est questio scibilis principij; aliqua conclusiōis.	18
Quod aliqua diuisionum est secundum speciem, aliqua secundum materiam.	19
Quare questio quia est, requirit medium posterius.	20
Questiōis propter quid diuisio.	21
Quare questio propter quid, cæteras questiones ambit.	22

**11** In artis Locorum commentario,

sequentia,	
Quid carmina diuisioni locorum subiuncta designant.	1
Quomodo hic locus & argumentatio sumantur.	2
Non omnem argumentationem dialecticam esse generatiam opinionis.	3
Quot argumentationis dialecticæ sunt termini.	4
Quo casu in loco differentia maximæ termini ponendi sunt.	5
Quid locus a substantia & a concomitantibus substantiam.	7
Quo pacto hic diffinitio & descriptio capiantur.	8
Quid totum in quantitate & eius pars.	
Quo signo determinatio diminuens a non diminuente internoscitur.	9

Quid causa necessaria, non necessaria, sufficiens, non sufficiens.	10
Quomodo hæc quatuor sese habent adinuicem.	11
Vnamquæq; causarum speciem in duo membra diuidi.	12
Quid hic generatio & corruptio dicantur.	13
Dicibilium repugnantium diuisio.	14
Quid proportio & proportionalitas.	15
A quo termino loci dialectici caput denominatione.	16
Quot a diffinitione, descriptione, & interpretatione sumuntur argumenta.	17
Quid est conuenire alicui & disconuenire.	18
Locus a synonymis & æquivalentibus.	19
Quot a toto in quantitate & eius partibus sumuntur argumentationes.	20
Qui est argumentari a pluribus determinatis ad unam determinatam.	21
Quod argumentatio a pluribus confusis ad unam aliquãdo impedit inductionem.	22
Quot a toto uniuersali & eius parte sunt modi argumentandi.	23
Quid propositio constantis, & ubi ponenda est.	24
Locus a magis communi & minus communi.	25
Quæ a toto in modo & eius parte sit argumentandi forma.	26
Quæ itidem a toto integrali & eius parte.	27
Quæ similiter a causa necessaria & sufficiente.	28
Quadruplex per diuersas copulas a causa sufficiente argumentatio.	29
Quæ est a causa finali argumentandi ratio.	30
Quæ item in locis a generatione & corruptione.	31
Quæ deniq; in locis ab usu & cõmuniter acciditibus.	32
Quis in relatiuè oppositis est argumentandi modus.	33
Quis in cæteris oppositis & repugnantibus.	34
Quis item in loco a maiori & minori.	35
Quis denique in loco a simili & proportionem.	36
Quomodo sit locus ab autoritate, trãsumptione & trãsmutata proportionem.	37
Quo pacto & tres loci medij.	38

## In artis Fallaciarum commẽta:

rio, hæc continentur.

Argumentationis sophisticæ diuisio.	1
Quare dicitur fallacia in dictione.	2
Fallaciarum in dictione penes multiplex diuisio.	3
Quid multiplex actuale.	4
Potentiale & phantasticum.	5
Aequiuoci diuisio.	6
Tres modi æquiocationis.	7
Amphibologiæ diuisio.	8
Tres modi amphibologiæ.	9
Tres ad cognoscendum situm magis aut minus debitum regulæ.	10
Tres fallaciæ compositionis modi.	11
Totidem fallaciæ diuisionis.	12
Accentus diuisio, membrorumque descriptiones.	13
Tres fallaciæ accentus modi.	14
Fallaciæ figuræ dictionis quatuor modi.	15
Quinque fallaciæ accidentis modi.	16
Quid dictum secundum quid & simpliciter.	17
Quinque fallaciæ secundum quid ad simpliciter modi.	18
Quatuor modi ignorantis elenchi.	19
Totidem fallaciæ petitionis principij.	20
Quando consequentia conuertitur, & quando non.	21
Duo fallaciæ consequentis modi.	22
Tres modi fallaciæ non causæ ut causæ.	23
Duo: fallaciæ secundum plures interrogationes ut unã.	24
Quam differenter terminus pluralis diuisiue & collectim sumatur.	25
Quomodo recta paralogismorum danda est solutio.	26
Omne multiplex in paralogismis esse distinguendum.	27
Quomodo fallaciarum in dictione paralogismi soluendi sunt.	28
Quare fallacia figuræ dictionis est fallaciarum periculosissima.	29
Quomodo soluendi sunt fallaciarum extra dictionem paralogismi.	30

13	In artis Obligationū commen- tario examinata.	
	Quid nota obligationis, obligatum, & obligatio.	1
	Pro quo tempore accipiuntur copulæ propositionum eiusdem obligationis.	2
	Possibile primo loco propositum, semper esse concedendum.	3
	Quare propositio per positionem concessa, quotiescunq; que proposita fuerit, est concedenda.	4
	Aliiter in obligatione & extra obligationem esse respondendum.	5
	Quarūlibet argumentationū peritiā & usum ad rectē in obligatione respondendum necessarium esse.	6
	Quod magnum est discriminē quo ordine & loco quæ que propositio in obligatione proponatur.	7
	In quibus propositionibus est facienda obligatio.	8
	Quid propositio sequens ad concessum.	9
	Quod inconueniens sequitur admittentem duas repugnantes esse simul ueras.	10
	Omnem propositionem sequentem exposito & cōcesso: esse concedendam.	11
	Et eā ex qua, aut positi, aut concessi oppositum sequitur: esse negandam.	12
	Quid oppositum bene negati.	13
	Quæ propositio repugnat copulatiuæ.	14
	Si ad datam propositionem cū una parte copulatiuæ sequitur oppositū alterius partis: nullam propositionem copulatiuæ repugnare.	15
	Si ad aliquam propositionē alterius oppositum sequitur: illam alteri repugnare.	16
	Quid depositum.	17
	Quid dubiè positum.	18
	In arte obligatoria, uniuersalis concedēdæ quālibet singularem esse negandam.	19
	Contra, uniuersalis negandæ quamlibet singularem esse concedendam.	20
	In uulgaribus propositionibus singularem affirmatiuam	

suæ uniuersali esse impertinentem. 21  
De quibus singularibus dux postremæ regulæ intelligēdæ sunt. 22

14. In artis Insolubilium commen-  
tario, hæc tractantur.

	Quid propositio seipsam falsificans.	1
	Quod propositiones seipsas falsificantes sunt possibiles.	2
	In quo tempore dicenda est propositio uera & pro quo tempore.	3
	Aliquam propositionē esse ueram, pro tempore in quo neq; est, neq; est uera.	4
	Propositiones aliquas de præsentī esse ueras in tempore quo sunt: non tamen pro illo, sed pro altero quo non sunt.	5
	Quod sequatur inconueniens dicentem in omni propositione de præsentī copulam accipi pro tempore in quo ipsa propositio existit.	6
	Quomodo hæc: nulla propositio est uera, ostendatur posse esse uera.	7
	Quod non sunt emendandæ diffinitiones propositionis possibilis, contingētis, impossibilis, & necessariæ: superius datæ.	8
	Diuisio propositionis seipsam falsificantis.	9
	Omnem propositionem insolubilem esse reflexiuam, sed non ediuerso.	10
	Aliquam esse reflexiuam non tamen insolubilem neq; se falsificantem.	11
	Quid propositio similis insolubili.	12
	Quare insolubilia per suas æquiuales sunt cognoscenda.	13
	Omnem propositionem sequi ad seipsam.	14
	Ad omnem propositionem sequi ipsam esse ueram & eodiuerso.	15
	Cum ad aliquod antecedens plura diuisim sequuntur cōsequentia: ad ipsum sequi copulatiuam ex illis antecedentibus constitutam.	16
	Quid hic sunt æquiualentia.	17

## INDEX

Quod omnis propositio æquiualeat copulatiuæ consti- tutæ ex ipsa & altera propositione in qua prædicatū uerum affirmatur de ea.	18
Partem hypotheticæ interdum suæ toti æquipollere.	19
Quomodo cuiuslibet insolubilis sumēda sit æqualēs.	20
Quomodo singularia insolubilia soluenda sunt.	21
Quod duarum propositionem utraq; alteram mutuo fal- sificat.	22
Quæ sit huius propositionis, hæc est uera, subiecto ipsam monstrante: assignanda contradictoria.	23
Quomodo particularia insolubilia soluenda sunt.	24
Aliquorum insolubilium æquiuales, aut cōtradictō- rias tempore casus assignari non posse.	25
Quomodo diluenda sunt insolubilia uniuersalia.	26
Negatiuā de subiecto nō supponēte falsam esse posse.	27
Quomodo insolubile disiunctiuum & copulatiuum dis- soluenda sunt.	28
Quomodo conditionale & exclusiuum.	29
Quo pacto propositio, tu proicies me de ponte, termi- nanda est.	30
Quo item modo hæc, tu non dabis mihi denarium,	31
Qualiter & ista: ego sum æger.	32
Et hæc: tu satis ieiunasti.	33
Protagoræ cum Euatlo discipulo cauillatio.	34
Quomodo propositio, tu respondebis negatiuē, diluen- da est.	35
Item quo pacto hæc, tu es a.	36
Quomodo soluendi sunt paralogismi qui fiunt ad insō- lubilia.	37

FINIS.

## DE DIALECTICA, EIVSQVE laudibus pauca ex autoribus.

**D**IALECTICAM, QUÆ TOT A  
versatur in verbis, teste Fabio lixij. primus  
omnium Romæ latinis uocibus M. Terentius  
Varro inuexit, ut refert Martianus Capella  
in nuptijs Philologie, relicto tamen nuncupationis græco  
uocabulo. Nā multo antè inuenta erat apud Atheniēses per  
Zenonem quendam Eleatem, qui primus hanc philosophiæ  
partem ad uerborum cōtentionem deduxit, præter Epicuri  
sententiam: qui res naturæ dialectica non opus habere dice-  
bat. Nostri uero temporibus Raimundus Lullius hanc  
inuolueris & ambagibus distorsit, artem quādam nos-  
uam excogitans, Sphinge aut Labyrintho non absimilem  
sub Ioanne. xxij. apud Gallias: per quam, tanquam olim  
Gorgias Leontinus (qui primus in conuentu peritorum  
ausus est poscere, quā de re quisq; audire uellet) de quauis  
proposita quæstione abunde disserere possit, atq; inuenire  
artificiosius quibusdam machinis eos demū nexu ac gyros,  
quibus hostes in utraq; partem aut refellere, aut eludere  
ualeat. Has sophisticas argutias uitabunt hi, qui de melio-  
ribus studijs spem habent propter uitæ breuitatem. Porro  
dialecticam illam ueram disputatricem, non autem cauillat-  
ricem, ut ait Quintilianus, omnium artium maximam esse  
dixit Seruius Sulpitius ille iuriconsultus, à Cicerone tan-  
topere commendatus, Cuius artis æstimatio quanti apud  
doctissimos quosq; hætenus fuerit, audiatur Ciceronem ad  
Brutum. Sic enim, inquit Brute existimo, iuris ciuiliis ma-  
gnum usum, & apud Scauolam, & apud multos fuisse, artē

in hoc vno: quod nunquam effecisset ipsius iuris scientia; nisi eam præterea didicisset artem, quæ doceret rem vnam vniuersam tribuere in partes, latentem explicare definiendo, obscuram explanare interpretando, ambiguam primum videre, deinde distinguere, postremo habere regulam, qua vera & falsa iudicarentur, & quæ quibus propositis essent, quæq; non essent consequentia. Hic enim attulit hanc artem omnium artium maximam, quasi lucem ad ea quæ confusæ ab alijs aut respondebantur, aut agebantur. Dialecticam mihi videris dicere, inquit. Recte, inquam, intelligis: sed adiunxit etiam & literarum scientiam, & loquendi elegantiam, quæ ex scriptis eius, quorum similia nulla sunt, facillimè perspicui potest. Epictetus quoq; philosophus libros reliquit Dialecticæ, id est, disceptationum, vt meminit Gellius libro decimo octauo c. i. Metaphysica insuper, quam & primam philosophiam vocant, dialecticæ nomine à Platone celebratur. Quæ logica, id est rationali vtatur tanquam instrumento ad dictiones, conceptus, propositiones, syllogismosq;: quid, vt voluit Plotinus, de omnibus tractans nõ opinione, sed scientia, errore qui circa sensibile accidit vacans, intelligibili prorsus adhaeret, circaq; ipsum diligenter agit falso posthabito, nutriendi animam in ipso veritatis campo. Diuus itè A. Augustinus in Confessionum suarum libris gloriatur dialecticam sine præceptoris opera sibi perceptam: quæ à rhetorica ita demum differt quod quæ orator magnifico orationis splendore molitur, eadem dialecticus breuiter & argute veluti punctis quibusdam colligit. alioqui materia eadem est & dialecticæ & rhetoricæ, nimirum omnis res quæ in disputatione adducitur. Et an sit ars vel facultas, adæatur Agricola lib. ij. c. ij. dialecticæ

es. & quo artium genere contineatur. Comparatur autem, natura, ratione & vsu. Nonnulli tamen conati sunt nomen illi latinum assignare, scilicet diserturam vel disputaturam, quemadmodum & grammaticen dixerent literaturam, sed non patitur vsus. Quapropter suo nominis genio est relinquenda. Et qui in illa non infrugifere nauarunt operam, vel haud ignobiliter scripserunt, innumeri traduntur à scriptoribus: inter quos vertex apud grecos Aristoteles communis in omnium ore traditur, inter latinos quoq; Boetius. Nostro vero seculo præter sophisticas nenas floruerunt quæ plurimi, si quosdam non grauetur commemorare, veluti Laurætius valla, Georgius Trapezontius, Rodolphus Agricola, Georgius valla, Iacobus Faber, Iudocus Clichtoueus, Ioannes Casarius, Carolus Bouillus. &c. Officium autem veri dialectici est, non solum dicenda inuenire, verum etiã inuenta sic locare ac indicare, vt quicquid in re aut veri aut falsi sit, deprehendas. Non igitur abs re Antonius apud Cicronem de oratore & Aristotelem, qui vtrinq; dialecticæ partem complexus sit, laudat, & Stoicos, qui nihil de inueniendo tradunt, vituperat. qui nisi id profiteatur, philosophus impostorq; vocatur ab Aristotele, tanquam fallaci ratiocinatione in errorem secum discentes adducat. illiusq; graphicam descriptionem sic tradit M. Capella, vt Logicum à sophista illico possis dignoscere.

L V G D V N I P E R D I O N Y S I V M  
H A R S I V M, A N N O D O M I N I,  
M. D. XXXV.

Regestum.

